This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

C550.4

Vol. 1, 2 (or 9, 10) 3 4 5 6

BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
Of Boston, Mass.
(Class of 1829.)

Received May 28,
1860.

35-6
34

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS ARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS TUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS VIII.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM III

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

CLEMENTIS

ALEXANDRINI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA

JUXTA EDIT. OXON. AN. 1715.

ACCEDUNT

D. NICOLAI LE NOURRY

COMMENTARIA IN OMNES CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBROS.

ACCURANTE ET ~~RECOGNOSCENTE~~ J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR

VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

C 55014
1860, May 28.
Gray Fund.
82.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO VIII CONTINENTUR.

CLEMENS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Cohortatio ad gentes.	*col.*	49
Pædagogus.		247
Stromata.		685

Monitum. — Meminerit Lector signo ✠ in textu posito paginas editt. Oxoniensis et Parisiensis repræsentari, quarum seriem in inferiori pagina continenter exprimendam curavimus, ut loca parallela quæ varii adnotatores juxta varias editiones innuunt, quærenti facile sint obvia; numeros autem quos typis grandioribus in textu expressimus, nonnisi ad Indices spectare.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

IN CLEMENTEM ALEXANDRINUM

(Fabricius, *Bibliotheca Græca*, editio nova, variorum curis emendatior atque auctior, curante Gottlieb Christophoro Harles. tom. VII [Hamburgi, in-4°, 1801], p. 119).

Titus Flavius (1) Clemens, patria Atheniensis (2), vel, ut alii, Alexandrinus: ex ethnico philosopho Christianos (3), atque inde post peragratas Græciam, Calabriam, Italiam, Orientem, Palæstinam, et Ægyptum, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter (4), et post Pantænum (5), itidem Atheniensem, magistrum suum (6), quem Demetrius, episcopus Alex. circa A. C. 189, in Indiam misit (7), scholæ ibi catecheticæ præfectus, sive κατηχήσεων magister: vir sanctus (8) atque eruditissimus. Inter discipulos habuit Origenem (9), qui in catechetæ (10) munere etiam Clementi, circa A. C. 202, persecutione Se-

(1) Euseb., VI, 13, *Hist.*; Photius. cod. CXI.

(2) Epiphan. XXXII, 6, tom. I, pag. 213; Meursius, pag. 203, ad Palladii Lausiacam; Fabr. Ortu Atheniensis esse potuit; Alexandrinus autem appellabatur, quia Alexandriæ diu commoratus ibique munere docendi functus est. Atqui a veteribus quorum testimonia citavit Fabric. infra not. 19, plura vero collegit Potterus post præf. ad suam edit., semper vocatur Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter. Ab Epiphanio solummodo, l. c., sed incerto rumore, sic citatur: Κλήμης, ὃν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον: in *Chronico* autem *Paschali*, pag. 251, dicitur quidem Clem. Alexandrinus; sed pag. 7, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et bis a Theodoreto Clem. Stromateus. Add. Cavei *Antiqq. Patrum et eccles.* I, pag. 385; vers. Germ. Stollii, *Nachrichten von den Kirchenvätern*, pag. 91 sq.; Walchii, *Historiæ ecclesiasticæ N. T.*, pag. 627, qui copiosius disseruerunt de Clemente Alexandrino, ut alios omittam ab illis jam laudatos. Harl.

(3) Euseb., II, 2, *Præparat. evangel.*, pag. 61; Clemens ipse initio *Pædagogi*.

(4) Euseb., VI, 11; Hieron., cap. 38 *De script. eccles.*, et epist. 84, ad Magnum; Niceph., IV, 33, *Hist.*; Phot., cod. CXI.

(5) Euseb., VI, 6, *Hist.*

(6) Euseb., V, 11; VI, 13, et Hieron., c. 38, *De scriptor. eccles.*; Phot., cod. CIX. Equidem ab horum sententia recedit Philippus Sidetes, et Pantænum Clementis successorem fuisse scribit, Clementem vero Athenagoræ successorem ac discipulum. Pro Philippi Sidetæ sententia asserenda contendit etiam H. Dodwellus, qui Philippi fragmentum edidit, ad calcem Dissert. in Irenæum, pag. 501 sq. Sed malo utique Eusebio, Hieronymo et Photio accedere. De aliis Clementis præceptoribus, quos tecte innuit ipse lib. I *Strom.*, pag. 274, et quorum nomina ex mysteriorum disciplina, Hierophantas de nomine prodere vetantium, siluisse putat idem Dodwellus, Dissertat. IV ad Irenæum, pag. 295. Vide Baronium, ad A. C. 185, n. 4; Valesium, ad Euseb., pag. 95; Caveum, in *Vita Clementis Alex.*, § 2; Steph. le Moyne, ad *Varia sacra*, pag. 208; Jo. Clericum, in *Vita Clementis Alex.*, tom. X *Bibl. universal.*, pag. 181.

(7) Pantæno mortuo successisse scribit Hieronymus c. 38 *De script. eccl.* Sed vide Tillemont., tom. III *Memor. hist. eccles.*, in Vita Pantæni, p. 290, et in Vita Clementis Alex., p. 308 et 522. Fabr. In disciplina Pantæni amorem philosophiæ Stoicæ imbibisse videtur Clemens Alex., neque tamen illi, neque alii sectæ unice adhæsit, sed fuit eclecticus, et Stoicos æque ac reliquos veteres philosophos refutavi. Imo vero *Strom.* I, c. 7, p. 338, ed. Potteri, cujus notam conferes, aperte profitetur se philosophiam non dicere Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream et Aristotelicam; sed quæcunque ab his sectis recte dicta sint, hoc totum selectum (τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικόν) se dicere philosophiam. De Pantæno et reliquis Clementis magistris, ac de controversia inter Caveum, Clericum Baltumque orta, tum de philosophandi ratione, erroribus, etc., Clementis Alex. copiosus est Brucker, in *Hist. crit., philos.*, tom. III, pag. 414 sqq. — De Clemente, qua doctore Alexandrino conf. J. G. Michaelis *Progr. de scholæ catech. Alexandr. origine* Halæ Magd. 1739, 4, novisque accessionibus amplificatum in *Symbol. litter. Bremens.* fasc. III, atque J. Augustin. Dietelmair *Progr.* quo veterum in schola Alexandrina doctorum seriem breviter exponit. Altdor. 1746. 4. Harl.

(8) Quanquam Baronius e Martyrologio Rom. Clementis nomen expunxit (confer *Acta Sanctor.*, tom. VI Maii, p. 777), et sancti elogium Clementi datum excusat Combefisius, tom. I *Bibl. concionatoriæ*, Natalisque Alexander ideo censuram incurrisse testetur virorum religiosorum, quod sanctum Clementem appellasset; tamen constat apud veteres scriptores, ne de Usuardi et juniorum Martyrologiis dicam, passim hoc encomio mactari. Ita Epiphanius XXVI, 1: Ὡς καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, etc.; ἱερὸν vocat etiam Alexander episcopus, apud Euseb., VI, 14 et VI, 11, μακάριον πρεσβύτερον ἄνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον. Nicetæ, *Thesaur. orthodox. fidei*, IV, 10, ex Theodoriti lib. I *De hæretic. fab.*, c. 1, Clemens dicitur ἱερὸς ἀνὴρ, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀποληπών. Et eidem Theodorito ἱερὸς ἀνήρ, et ob πολυμάθειαν διαβόητος. Auctori Chronici Alex. pag. 7, et qui idem est, anonymo scriptori de Paschate, quem Græce edidit Petavius pag. 214 *Uranolog.*: Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων. Idem Clemens judicio Hieronymi, epist. 84, ad Magnum, omnium eruditissimus. Φιλόσοφον τῶν φιλοσόφων vocat S. Maximus, *Diss. cum Pyrrho*, pag. 774. Cyrillus vero Alex.: Ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ, VII *in Julian.*, pag. 231. Idem alibi σοφώτατον vocat, et πολυΐστορα, et alio loco: Τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἑπόμενον πανταχῇ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθόντα. [Add. Walch., l. c., pag. 629 seq.]

(9) Euseb., VI, 6, *Hist.*

(10) Id., VI, 3, licet Philippus Sidetes, in Fragmento, quod edidit Dodwellus, Origenem Pantæno, non Clementi, scribat successisse.

Digitized by Google

veri Alexandria cedere coacto (11, successit, et Alexandrum (12) Flaviadis in Cappadocia ac postea Hierosolymitanum episcopum, atque, si Baronio (13), Combefisio et Bullo credimus, etiam Hippolytum, Origeni haud ignotum. Quo anno obierit (sub Antonino Caracalla et Alexandriæ, ut suspicio est), nemo veterum tradidit, licet quarta die Decembris memoriam ejus consignarit Usuardi Martyrologium.

Tria hujus Clementis scripta, *Protrepticum*, *Pædagogum* et *Stromateon* libros, Daniel Heinsius pulchre observavit referre veterum mystagogorum ac philosophorum tres gradus, ἀποκάθαρσιν, μύησιν ac denique ἐποπτείαν: in *Protreptico* enim Clementem primo veluti purgare futuros Christianos a sordibus adhærentium superstitionum atque ethnicismi, in *Pædagogo* factos jam initiare atque instituere, in *Stromateon* denique libris ad sacra maxima et supremam Dei contemplationem (adde Clementem, pag. 85 edit. Paris. et 443 d.) admittere. Confer, si placet, quæ in eamdem sententiam de *Pædagogo* ac *Stromatibus* Clementis observat D. Mich. Foertschius, theologus lenensis, in decade *Diss. theologicarum selectarum*, diss. x, pag. 398, sqq.

1. Προτρεπτικὸς λόγος, ad gentes liber adhortatorius de Christianismo amplectendo, cujus meminit (ne de Eusebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodoreto, Photio, aliisque dicam), Clemens ipse in limine *Pædagogi*, et disertius etiam VII *Strom.*, pag. 711, ubi ait se in illo de gentium superstitionibus abunde disputasse. Ex hoc Clementis *Protreptico* plura in suos ad gentes libros transtulit Arnobius, ut Theodoro Cantero pulchre observatum (14). Duos codices mss. Græcos, unum regium A. C. 914 exaratum, et alterum Collegii S. J. Paris. memorat Nourrius, pag. 654 *Apparatus ad bibl. Patrum*, variasque lectiones editurum se vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipse deinceps loca quædam feliciter illustrat.

2. Παιδαγωγὸς libris tribus ὑποθετικοῖς ethicam quamdam Christianam perpulchram complexus. Hujus quoque operis sui mentionem facit ipse Clemens VI *Strom.*, pag. 616, ut Eusebium, Hieronymum ac Photium omittam. Videturque illud fuisse fructus quidam κατηχήσεων Alexandriæ ab ipso institutarum (15). Cæterum, ut divisionem operis in tres libros Clemens dicto loco agnoscit, sic divisionem in capita capitibusque præfixa lemmata, quamvis in mss. codicibus obvia, alium quam Clementem videntur habere auctorem. Vide Nourrii *Apparatum*, pag. 657. Clauditur *Pædagogus* Doxologia, de qua conferendus Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, pag. 145. Denique subjicitur *Hymnus ad Christum*, quem Antigeni (16) martyri, Clementis æquali (nescio qua fide) tribuit Cangius in Appendice ad *Glossarium Græcum*, pag. 123, voce Ἀμνεκόν. Hymnum istum separatis foliis cum Herveti versione et commentario suo atque Germanica metaphrasi edidit Hamburgi A. 1681 fol. Rudolphus Capellus. Exstat et Græce et Latine inter *Poetas Græcos Christianos*, Paris. 1609, 8, pag. 235, cum Fed. Morelli versione. Ibidem Græce et Latine occurrunt versus ἀδήλου, sive incerti, in Clementis *Pædagogum*, qui incipiunt Σοὶ τόκε χάρῳ, Παιδαγωγέ, προσφέρω, qui in editione Clementis Græca Florentina Græce leguntur ad calcem *Pædagogi* pag. 92, sed in Græco-Latinis sunt prætermissi (17), atque ideo in supplemento Operum Clementis Ittigiano, p. 170, iterum recusi. Tres codices mss. *Pædagogi* Clementis evolvisse et varias lectiones ex iis notasse se refert Nourrius, p. 658 seq., ex quibus regii A. C. 814 exarati (quo præter *Protrepticum Pædagogo* præmissum etiam Justini *Epistola ad Zenam et Serenum*, atque *Admonitio ad Græcos*, Eusebii *De præparat.* et *adversus Hieroclem* atque Athenagoræ liber uterque continetur) specimen vide in Montfauconi *Palæographia Græca*, p. 274. *Pædagogum* in *Bibl. Patrum concionatoria* Græce et Latine editum scribit Nourrius, p. 904. Sed Latine quædam Clementis Combefisius a se recensita *Bibliothecæ concionatoriæ* inseruit; Græce nihil.

(11) Tillemont., pag. 392.

(12) Euseb., VI *Hist.*, ex quo loco constat, Alexandrum Clementi fuisse superstitem.

(13) Baron., ad A. C. 229, 4. Combefisius, t. I *Bibl. concionatoriæ*, ubi de S. Hippolyto, et Bullus *Defensione fidei Nicænæ*, sect. 3, cap. 8, p. 371.

(14) Add. Potteri, not. pag. 1, qui præter ea syllabum capitum 12 (tot enim capp. constat Cohortatio ad gentes), reddidit, quam, uti etiam tabellam eorum, quæ singulis *Stromatum* libris continentur, una cum observatt. atque emendationibus haud paucis in tria Clementis opera suisque locis insertis a W. Lowthio, ecclesiæ cathedralis Winton. præbendario communicatam accepit. HARL.

(15) Grave judicium de hoc opere, in quo lucidus ordo desideratur, et multa, haud probanda, leguntur, tulit Barbeyrac in: *Traité de la Morale des Pères de l'Eglise*, pag. 44, seqq., eique assentitur Stolle, l. c., pag. 94. HARL.

(16) An Athenogeni? Latine eumdem hymnum Possevinus excudi curavit in calce tom. I *Bibl. selectæ*. FABR. Hymnus in Christum legitur in cod. Regio et Bodl., nec non Veneto D. Marci (quem describit Villoison., in *Anecd. Græc.*, tom. II, p. 98, 1), sed abest cod. quo usus est Sylburgius, Palat. et Oxon., Coll. novi. — Clem. Alex. *Hymni in Christum*; Gr. ac Lat., per Fed. Morellum., Lutetiæ 1598, 8 (*Catal. bibl. Leidens.*, pag. 46), Gr. ac Lat. in *Collect. poet. Gr.*, Colon. Allobr. 1614, fol. HARL.

(17) Sed recepti sunt in edit. Potter., p. 313. — Antea retulerat illum hymnum Jo. Fellus, Oxoniens. episcopus, inter Fragmenta Clementis in editione, inscripta: *Κλήμεντος*, — etc., Clementis Alexandrini liber, *Quis dives salutem consequi possit*. Acc. nonnulla in editt. Opp. Clementis hactenus desiderata. Oxoniæ e theatro Sheldon. 1683, 12. Fellus quoque admonuit, exstare illos sub ἀδήλου titulo in cod. quodam Collectaneorum miscellaneorum ex Græcis poetis, in bibl. Bodl. asservato. Præter ea subjiciunt hymnum illum præcedenti cod. Reg., Bodl. et Venet. teste Villoison, l. c., qui observat, hymni illius in *Pædagogum* initium manifesto expressum esse ex illo hymno, quem in Dianæ laudes erumpens apud Euripidem canit Hippolytus στεφανηφόρος, e venatione redux. HARL.

Digitized by Google

3. *Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων, Στρωματεῖς* Η' (libri VIII *Strom.*) (18), sive Miscellaneorum, Gnosticas secundum veram philosophiam commentationes complectentium : hic enim titulus operis apud Eusebium, VI, 13, *Hist.*; Photium, cod. CXI, et Clementem ipsum in extremo libri I et III, pag. 357, 473, et initio libri VI, pag. 616. Alexandro inscriptum esse hoc opus a Clemente, observat Meursius, ad *Palladii Lausiacam*, pag. 204, ex J. Damasceni lib. III *De adorand. imaginibus : Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στρωματέων.* Alexandrum intelligat aliquis illum ex Clementis auditore Cappadociæ atque deinde Hierosolymitanum episcopum, cui librum *De canonibus eccles.* inscripsit, teste Eusebio, VI, 13, et de quo videnda *Acta Sanctorum* ad diem XVIII Martii. Sed Reinesius, lib. I *Var. lect.*, c. 22, pag. 92, suspicatur Damascenum non scripsisse *πρὸς Ἀλέξ.*, sed *πρεσβ. Ἀλεξ.* Scriptum est hoc opus post Commodum (extremo A. C. 192) defunctum (lib. I *Strom.*, pag. 336), cum Clemens ætatis indeflexa adhuc maturitate gauderet; quare I, pag. 274, ait, se *ὑπομνήματα ἑαυτῷ εἰς γῆρας θησαυρίζειν.* Codices illius mss. præter Mediceum, e quo Florentina editio initio libri primi mutila profluxit, vix usquam exstare, notat Montfauconus in *Diario Italico*, p. 64 [et in *Bibl. biblioth. mss.* t. I, pag. 480], ubi excerpta prolixa ex Clementis *Stromatis* in codice bombycino sæculi XIV, Venetiis apud Antonium Capellum, patricium Venetum, reperisse se refert, una cum nonnullis ex *Protreptico* et *Pædagogo*. Claromontanus recens codex, cujus Nourrius, pag. 896, meminit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, ac Florentino, usi sunt interpres uterque Strozza et Hervetus. Librum septimum claudit Clemens his verbis : *Καὶ δὴ μετὰ τὸν ἕβδομον τοῦτον ἡμῖν στρωματέα τῶν ἐξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον.* At

(18) Clemens, I *Strom.*, pag. 278 : Περιέξουσι δὲ οἱ *Στρωματεῖς* ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν (Christianam puta) τοῖς φιλοσοφίας δόγμασι. Et pag. 279 : Σωπῶ γὰρ ὅτι οἱ *Στρωματεῖς* τῇ πολυμαθίᾳ σωματοποιούμενοι κρύπτειν ἐντέχνως τὰ τῆς γνώσεως βούλονται σπέρματα. Lib. VII, pag. 767 : Οὔτ' οὖν τῆς τάξεως, οὔτε τῆς φράσεως στοχάζονται οἱ *Στρωματεῖς*, *nec ordinem nec dictionem curant Stromata.* Vide et lib. IV, pag. 476, ubi opus suum confert ἀπηνθισμένῃ προσφορᾷ sive εἰρεσιώνῃ ex omni genere florum atque fructuum quondam Athenis soli aliisque diis dicari solitæ, de qua videndus Tho. Gataker, in *Adversariis*, pag. 473. *Stromata* veluti a stragularum vestium varie contextarum colore multiplici petito nomine (vide Casaubonum, p. 15, in *Athenæum*) Mich. Neander reddit *Varietates*, Jo. Vindetus *Centones*, Samuel Petitus, ad *Leges Atticas*, pag. 145, *Florida*. Mottanus Vayerus, t. I Opp. pag. 552, *Tapisseries*. Ab illo opere Clemens Theodoreto, Cassiodoro, et aliis dicitur ὁ Στρωματεύς : etsi Clementis exemplo etiam discipulum ipsius Origenem X libros *Stromatum* scripsisse constat ex Hieronymo, Rufino, etc. Atque Cæsellium Vindicem, grammaticum Latinum, in *Stromateo* laudat Priscianus, lib. VI, pag. 685 et 696. Plutarchi *Στρωματεῖς* Eusebius, I *Præparat.*, c. 4, 5, et Lamprias, in *Catalogo* ejus scriptorum. Videturque Plutarchum ac Cæsellium respicere Gellius, *Στρωματεῖς* memorans in præfat. *Noctium Atticarum.*

A loco illius, qui hodie sequitur, *octavi libri*, in quibusdam codicibus Photio (19), cod. CXI, lectis, secutus est liber, de quo mox dicam, *Quis dives salvetur:* alii tamen, quos idem vidit Photius, hunc ipsum octavum librum habuerunt, atque in hoc pag. 785 exstant verba, quæ Clementem philosophum laudans profert Pseudo-Dionysius, c. 5 libri *De divinis nominibus*, ut Albertinus etiam, pag. 266 operis *De Eucharistia* observavit. Octo *Stromatum* Clementis libros legerunt etiam Eusebius atque Hieronymus. Porro liber iste octavus, qui exstat, cum prioribus septem nihil habet commune; sed totus de demonstratione, definitione, divisione et causis dialectico more disputat. Eumdem tamen nos habere, quam olim legit Photius, non dubito, licet B aliud sentire videam Nourrium, pag. 1289, qui in eo etiam fallitur, quod, quæ de doctrina parum sana Photius notat, de octavo hoc libro accepit, cum de toto *Stromatum* opere istud ille scripserit. Non integrum vero, sed imperfectum ad nos librum hunccc, qui octavus inscribitur, pervenisse, libentius assentior Tillemontio, tom. III *Memor. histor. eccles.*, p. 318, 524. Quod vero Nourrius, p. 1308, ex *Catena ms. in Genesin* notat, ab Acacio Cæsareæ in Palæstina episcopo citari verba ex octavo Clementis *Stromatum* libro deperdito, id ampliore consideratione dignum est. Verba hæc sunt : *Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ Στρωματεῖ ἀθετεῖ τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν* (Cassiani puta, quam C III *Strom.*, p. 466, confutaturum se promiserat,) *λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν· Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ ποῦ ἦμεν καὶ προῆμεν, καὶ πῶς καὶ διὰ τί δεῦρο ἥκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἴτιος ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώζει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνας χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει· μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἴρηται, Μήποτε*

(19) Photius, postquam inscriptionem operis D integram in vetere quodam exemplari repertam *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α', β', γ', δ', ε', ς', ζ' καὶ η'*, indicarat, pergit, *primos* quidem *septem* libros eumdem præferre titulum, eosdemque prorsus esse in omnibus codd. sed *octavum cum inscriptione tum rei subjectæ variare* et in quibusdam inscribi : Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; — In aliis vero, Στρωματεὺς ὄγδοος, uti reliqui septem libri inscribi solent. Add. Heinsii not. ad initium libri I *Stromat.*, et ad init. libri octavi, et Stolle, l. mem. Doctum hoc *Stromatum* opus in quo etiam permulta veterum auctorum, in primis poetarum, citantur, in quibus colligendis, aut comparandis emendandisque criticus ingenium ac diligentiam potest exercere, historicorum, chronologicorum et theologicorum esse plenum errorum, David Blondellus *De Sibyllis*, lib. I, cap. 6, aliique animadverterunt. Quæ singularia falsaque aut ex nimio allegoriarum studio

Digitized by Google

λοίδη τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ χάγη, καὶ ζήσεται εἰς αἰῶνα.» Hæc (quæ Nourrium præteriit) excerpta sunt ex Ἐκλογαῖς προφητικῶν, § 17, edit. Combefisii [et Potteri]. At idem Nourrius recte observat, in mss. J. Damasceni *Parallelorum* codicibus laudari tanquam ex octavo *Stromatum* libro, quæ iisdem verbis exstant in Ἐκλογαῖς προφητικῶν, quæ Græce libro *Stromatum* subjiciuntur, § 20, edit. Græco-Lat. Combefisii : Ἀγάπη ἐκνικᾷ πάντα, ἀκίνητον δὲ ὁ φόβος οὗτος ὁ χαῦλος. Ὁ δὲ εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν, εἰς Χριστὸν ἄγει, καὶ ἔστι σωτήριος. Laudantur a Damasceno etiam hæc, octavo *Stromatum* libro prænotato : Φοβηθῶμεν οὐχὶ τόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἁμαρτήματα, δι' ἃ τόσος· καὶ τόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος (quæ exstant in eisdem *Eclogis*, § 11). Et: Νόμος ἐστὶ κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾶν οὐκ ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀορασίας.

4. Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐκτιθέμαι. Hæc excerpta, Græce sine versione ex Florentino exemplari Græco-Latinis Clementis editionibus subjecta, varias locorum S. Scripturæ explicationes Gnosticas et Valentinianas continent. In his Theodotus (20) plus simplici vice citatur; mentio et Basilidis et Valentini ac Valentinianorum, et pag. 799, afferuntur verba, quæ Christus dixerit ad Salomen, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν, quæ ex Evangelio secundum Ægyptios petita esse constat ex Clementis III *Strom.*, pag. 445, 452, 453. Combefisius Latine transtulit, sed veritus est edere (21) ob hæreses et errores Gnosticos, qui in illis continentur. Quoniam vero eisdem vix quisquam hodie poterit moveri, nec tamen inutile ad alios scriptores ecclesiasticos illustrandos, neque injucundum est specimine tam insigni cognoscere, qualis fuerit et quam longe petitis S. Scripturæ expositionibus subnixa hæreticorum istorum doctrina, non dubitavi illam Combefisii versionem, cujus apographum beneficio doctissimi viri, Erici Benzelii, in manus meas incidit, infra cum lectore communicare (22). Germanice quidem reddita hæc excerpta edidit Godfridus Arnoldus, in *Apologia hæresium*, Lipsiæ 1700, fol., tom. IV, pag. 41 sq., a quo tempore melior et emendatior, itidem Germanica, interpretatio, auctore H. G. W. E. M. (23) lucem vidit Ulmæ 1701, 4, cum præfat. D. Eliæ Veielii.

5. Ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαί. Hæc excerpta posteriora saniora sunt prioribus, sed in Græco-Latinis Clementis editionibus (24) itidem tantum Græce exstant, atque extrema parte mutila. Cæterum cum notis Francisci Combefisii leguntur Græce et Latine in auctario ipsius novissimo ad *Bibliothecam Patrum*, Paris. 1672, fol. In his subinde refellit Clemens (illum enim auctorem non dubito) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis : plura etiam refert ex Apocryphis Henochi, et Apocalypsi atque κηρύγματι Petri; ex Hermæ etiam *Pastoris* lib. II, mandato 5, verba desumpta et illustrata videre est § 45, licet de nomine eum non laudet. Dogmatum vero hæreticorum expositionem utilem esse disputat § 29 : Φέρει δὲ καὶ ἄλλην συγγυμνασίαν ψυχῆς ζητητικῆς ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἔκθεσις, καὶ ἀνεξαπάτητον τῆς ἀληθοῦς τηρεῖ τὸν μαθητήν. Has *Eclogas* esse partem *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini, non abenata in illis *Stromatum* reliquisque libris reperiuntur, ea post Nourrium et Ittig. Fabricio post indic. edd. laudatos, diligenter collegit et dijudicavit, neque tamen, quæ bona in illis essent libris, reticuit Semler, in *Historia doctrinæ Christianæ*, præmissa tom. II *Theolog. polemicæ*, Baumgart., § 61, pag. 133 sqq. Epitomen librorum German. confecit Chr. Frid. Rössler in *Bibl. Patrum eccles.*, part. II, pag. 1-75. HARL.

(20) Theodotum intellige Byzantinum coriarium, a Victore, Rom. episcopo, excommunicatum, cujus hæresin perstringit etiam S. Hippolytus in homilia contra errores Noëti. Cætera veterum de illo loca diligenter excerpsit Ittigius, diss. *De hæresiarchis*, pag. 259 seqq., qui pag. 243 alterum refert Theodotum, Montanistam, et pag. 261 tertium Theodotum, trapezitam, auctorem *Melchisedecianorum*. Videnda etiam de Theodoto coriario erudita dissertatio D. Mich. Waltheri, edita Witebergæ 1688, sub titulo : *Jesus ante Mariam*, § 10 sq. FABR. Valesius ad Eusebium, *H. E.*, lib. v, c. 11 (quem locum repetiit Potterus ad Clem. *Strom.* I, pag. 322, ubi Clemens de suis præceptoribus loquitur), duorum illorum, quos in Orientis partibus ab se auditos esse narrat Clemens, alterum Assyrium genere, Tatianum esse suspicatur; alterum autem Hebræum, ex Palæstina oriundum, quem Theophilum esse, Cæsariensem episcopum, opinatus est Baron., ad a. Chr. 185, potius esse Theodotum crediderit, quod ex eo conjicit, quia epitome *Hypotyposeon* Clementis inscribatur : Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας, Clementem vero ea, quæ a magistris in Oriente didicisset, vocare ἀνατολικὴν διδασκαλίαν. Quæ conjectura num admittenda sit, necne, alii judicent. — De Theodoto, cujus meminit Ignatius, epist. interp. ad Trallianos, cap. 11, vide quæ ibi adnotavit Cotelerius. HARL.

(21) Vide Combefis., tom. I, *Auctar. noviss.*, pag. 194, et Rich. Simonis *Bibliothecam criticam*, Gallice editam, tom. I, pag. 66.

(22) Fuerunt quidem viri docti, quorum auctoritas apud me multum valet, qui suaderent, ut in nova hac edit. retinerem libellum illum cum versione notisque Combefisii. Enimvero quod in edit. Potteri, pag. 966 sqq., textui Græco adjuncta est versio Lat. Roberti Pearse, et subjunctæ sunt notæ Sylburgii, Combefisii et paucæ Potteri; atque operis redemptor urget flagitatque, ut vela contrahamus; aliorum consilio obsecutus ea omnia in nova hac edit. omittere statui. Si plures velint, ut saltem recudatur Combefisii versio Lat., hæc forsan in supplementis locum habebit. HARL.

(23) Georgio Wachtero, ecclesiaste Memmingensi. FABR. Inscriptio haud urbana hæc est : *Augenscheinliche Erweisung, dass der vermessene Ketzer-Patron*, Gottfried Arnold, *das valentinianische Ketzer-Fragmentum Theodoti weder verständlich, noch treulich übersezet, und damit seine schlechte Wissenschaft in der griechischen Sraache selbst verrathen habe*. ID.

(24) In edit. tamen Potter., pag. 989 sqq., leguntur Gr. cum versione Lat. notisque Sylburgii atque Combefisii et paucis Potteri. ID.

Digitized by Google

surde conjiciunt viri doctissimi : haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio et Damasceno, ut e locis pluribus, supra a me descriptis, patet, habitas fuisse pro octavo *Stromatum* libro.

Operum Clementis Alex. codd. et editiones.

Plures codd. jam passim laudavit Fabricius. De codice membr. Florent. Medic. Laurent. sæc. XI, qui continet *Stromata*, cujus Fabr. supra in § 3 meminit, plura scripsit Bandin. in *Cat. codd. Gr.* I, pag. 12, qui præter ea post Fabricium (supra § 3) observat, cod. Claromontan. rec. a Nourrio memoratum, videri e Mediceo descriptum. Codicem illum præstantissimum olim fuisse apud Basilianos Messanenses monachos, putabat Montf. in *Bibl. bibliothecar.*, I, pag. 234. — In eodem codice sunt *Excerpta ex libris Theodoti* et *Selecta prophetarum.* — *Pædagogi* libri III, *Κλήμεντος λόγοι* dicuntur in codice XXIV, plut. V, cum notis incerti auctoris margin. quem Bandin., l. c. I, pag. 49 seq., uberius describit. Libri in cod. dividuntur in capita, et singulis capitibus præmittuntur argumenta. Illos libros excipiunt *Hymnus Christi servatoris*, S. Clementis et Versus incerti in Clementis *Pædagogum*. Illo cod. usus est quoque Victorius ; sed omisit scholia quædam, charactere ligato et currenti ab eodem scriptore codicis in ora libri hinc inde adjecta, quorum quædam Bandinius descripsit et promulgavit. Idem calligraphus, ait Bandin., ut ostenderet consensum textus Clementis cum quadam Arethæ, archiepiscopi Cæsariensis, interpretatione, desumpta forsan ex ejus *Catena in Apocalypsin Joannis*, longum scholium in ora libri descripsit, cujus initium ac finem edidit Bandin. — In codd. VIII, n. 55, plut. IX (*a*), sunt inter breves definitiones SS. PP. de substantia et natura, etc., excerpta ex Clem. Alex. Sermone de Providentia. (Band., I, pag. 402.) — Cod. Alex. Clem. cui Stephan. multas adscripsit notas, Francofurti ad Moen, memorat Folard., in *Histoire d'un Voyage littéraire, fait en* 1733, etc. Hagæ Com. 1735, mai. 12, teste Stollio, in notitia illius bibl. (Kurze Nachricht von den Büchern — in *der Stollischen Bibl.*) tom. I, p. 563. — Loca Clem. occurrunt in *Catenis* in Psalmos, in Jobum et IV Evangelia, et citatur Clem. in *Florilegio sententiarum*, in Violario compos. et a J. Cantacuzeno contra Palamam. (Bandin. I, pag. 34, 52, 161, 253, 347 et 549.) — *Pædagogi* tres libri in cod. Veneto D. Marci, cum lemmatibus singulis capp. præfixis, et notis nonnullis ad oram conjectis, vid. Villoison, *Anecd. Græc.* II, pag. 98 et pag. 249. — In cod. biblioth. Mutinensis *Προτρεπτικὸν*, *Παιδαγωγικόν* et Hymnus, ut in editis, teste Montf. in *Diario Ital.*, pag. 31.

Neapoli, in *bibl. Regia*, cod. CLXV continet : Clem. Alex. *Pædagogum* ; Hymnum ad Christum et anonymi Versus in Clem. *Pædagogum;* excerpta longiora ex VII libris *Stromatum*. Inc. *τέρατα προγινώσκει καὶ ἐκβάσεις καιρῶν καὶ χρόνων ὁ τῆς σοφίας μαθητής·* quæ in editis initio libri I mutilis desunt. — Teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, pag. 14, inter codd. Vatic. Romæ *Quis dives salvetur* opusc. et alia inter Clementis papæ opera nominantur : fragmenta Clem. Alex. in *Catenis* in Exodum, Job, Epp. ad Corinth. et Galat., in Matthæum et Lucam sunt in pluribus codd. Vatic. ibid. (uti in *Catenis* in codd. Coisl. Vindob. August. Vindel. aliisque). — Romæ, in bibl. Ottobon. *Stromatum* fragm. in II codd. recent., nec non *Stromata* bis, et *Pædagog.* (ibid., pag. 183 et 190), et ibidem, in *Bibl. Patrum S. Basilii* (ib., pag. 198, D.). — In Galliis inter codd. abbatiæ S. Petri de Selincurte, diœc. Ambianensis, *Admonitio ad gentes* et *Pædagogus* (ibid. II, pag. 1198). — *S. Clementis Vita*, etc., in cod. bibl. Mediolan. (Ibid., I, p. 495.)

Paris., in *Bibl. publ.* (sec. catal. cod. tom. II) in cod. CDLI, A. C. 914, manu Baanis, notarii Arethæ, Cæsareæ archiepiscopi, exarato, Clem. adhortatorius liber ad Græcos, cum scholiis marg. et *Pædagogus*, sed desunt libri I decem capita prima, et undecimi initium : in cod. CDLII et DLXXXVII (in quo ea quoque desunt, quæ in cod. CCCCLI, notavimus) *Pædagogi* libri III cum *Hymno in Christum*, et anonymi Versibus in *Pædagogum*. — In cod. CDXL fragmentum, ubi de sancto Joanne, theologo et evangelista, agitur. — Cod. Paris., coll. S. J., qui integrum *Stromatum* opus complectitur, varias lect. Montfauc. enotavit et ad Potterum transmisit.

In bibl. Coislin., secundum Montf., in cod. LXXXVI, ex libro *Quis dives sit salvus*, historia quædam, quæ est quoque ap. Eusebium III *H. E.*, cap. 23 (pag. 140). — Loca Clem. occurrunt in cod. CXII et CXIII, in Collectionibus sententiarum, rerum moralium et interpretationum, e pluribus script. eccles. excerptarum (pag. 186, 187 ; sic quoque codd. Augus. Vind., teste Reisero, pag. 22 et 39 catal.) ; — in cod. CCLIX, in Anastasii responsionibus, etc. (pag. 305) ; — in cod. CCLXXVI, in Damasceni *Parallelis* (pag. 390) ; — in cod. CCLXXXXIV, in Damasceni *Eclogis* (pag. 412).

Codices seqq. qui in Anglia asservantur, et a Pottero sunt collati, ab eo nominantur in *Præfat.* Oxonii : In cod. bibl. novi Collegii, *Cohortatio ad Græcos*, una cum duobus *Pædagogi* libris posterioribus eorumdemque nonnullis fragmentis : — in cod. Bodlei. et alio, qui exstat in bibl. regis, *Pædagogi* III libri. — Ad Clementis periochas, quas Eusebius operi *De præpar. evang.* inseruit, emendandas, utilis fuit cod. Eusebii in biblioth. Collegii J. Baptistæ. — Præter ea, secundum catal. in codd. Angl. et Hibern., etc., in cod. Barocc. Bibl. Bodlei. nr. V, sunt ex Clem. Alex. aliisque excerptæ sententiæ, etc. ; — in codd. Bodl. MCCXXXII et

(*a*) Hæc Scholia, quæ ex codice Parisino evulgavit Reinholdus Klotz in sua editione Operum Clementis (Lipsiæ, 1830-34, in-12), exstant tomo II nostræ recensionis. EDIT. PATR.

Digitized by Google

MMXCIV, Clementis aliorumque glossæ ad VII Epp. canon. et Epp. catholicas min. N. T. — In bibl. Jacobæa nr. MMMMMMMMDLXXV (tom. II *catal.*, p. 276), Clem. *Pædagogus*. — Dublini in cod. CCCCXXVIII Collegii S. Trinit. excerpta ex Clem. *Protreptico*, a Gent. Herveto verso, et ex *Pædagogo*.

Vindobonæ in bibl. Cæsar. in cod. XXXXIX, n. 3, et cod. L, est frag. ex Clem. oratione: *Quis salvetur dives?* (Lambec., *Comment.* III, pag. 190, seq., et 193.) — Monaci in bibl. Bavar., cod. chart. CLXX, orat. exhortatoria ad Græcos (catal. codd. pag. 66). — Augustæ Vindel. *Stromatum* epitomes fragment. in cod. ex quo quædam restituta fuisse in ed. Commel. observavit Hœschel ap. Reiser., pag. 27 cat., et Sylburg. in fine suarum not. ad Clement. Alex., ubi quoque memorat codd. Palat., in quorum uno recent. fuit *Pædagogus*, in aliis excerpta; atque cod. Guil. Xylandri. HARL.

Græce scripta Clementis, hactenus memorata, prodierunt e bibl. Medicea, collato ad *Protrepticum* et *Pædagogum* etiam Rodulfi Pii, antistitis Carpensis, codice, recensente Petro Victorio, cujus præfatio ad Marcellum Cervinum, cardinalem S. Crucis (postea per XXII dies pontificem Max. Marcellum II), præfigitur, Florentiæ 1550, fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri passim notata fuit in bibliotheca Grævii. FABRIC. Exemplar, in membranis impressum, exstat Florent., in bibl. Magliabech., vid. Bandini cat. codd. Gr. Medic. I, pag. 12, et in præf. præmissa edit. *Epistolarum claror. Italorum et German.*, etc., Florent., 1759, tom. I, p. XLII, atque Hamberger Z. N. II, p. 489. In bibl. Leidensi est exemplar, cui nonnulla ascripsit Hadr. Junius. (Catal. bibl., p. 35.) HARL.

Ex recensione et cum castigationibus Frid. Sylburgii. Heidelbergæ ap. Commelin. 1592, fol.

Latine *Protrepticus* et *Pædagogus* Gentiano Herveto, et libri VIII *Stromatum* Cyriaco Strozza (25) interprete, Florent. 1531, fol., apud Laurentium Torrentinum.

Protrepticus, *Pædagogus* et *Stromata* (26) Gentiano Herveto, Aureliano et Ecclesiæ Remensis postea canonico, interprete, cum ejus scholiis Basil. 1556, fol., ap. Froben. et 1566, fol., Paris. 1566, 8, 1572 et 1590, fol., et denique in *Bibliotheca Patrum Lugdunensi* tom. III, a. 1677, fol., ex Dan. Heinsii recognitione, et scholiis Herveti amissis.

Græce et Latine cum Herveti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque et castigationibus Frid. Sylburgii et Danielis Heinsii, Lugd. Bat. 1616, fol. Hæc editio cum pluribus notis mss. Davidis Blondelli fuit in bibliotheca Samuelis Gruteri ecclesiastæ Harlemensis.

Clem. Alex. *Admonitio*, *Pædagog.*, *Stromat.* Latine inter Franc. Rous *Mella Patrum*. Lond. 1630, 8, p. 149-292. HARL.

Recusa hæc editio additis Frontonis Ducæi notis, Paris. 1629, fol., et minus emendate 1641, ibid. et Coloniæ (sive Witebergæ potius), 1688, fol.

Clementem Alex. emendatissimum et auctum se habere, et in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinaturum se olim testatus est J. Croius cap. 21 *Observatt. in Nov. Test.*, pag. 172. Sed illa Clementis editio nunquam prodiit.

In bibliotheca Jesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum a Jacobo Deshans, S. J.; verum nec illæ notæ editæ sunt.

Plenior cæteris, cultior et ex codd. emendatior, ed. cum notis Sylburgii, Heinsii, Wilh. Lowthi aliorumque VV. DD. est a Pottero curata: qui *Protrepticum* de integro vertit, in cæteris castigavit, ad Græca interpretationem Herveti, aliaque adjecit utilia. Est autem inscripta:

Κλήμεντος — *Clementis Alex. Opera quæ exstant, recognita et illustrata per J. Potterum*, episcopum Oxoniensem. Oxonii, e theatro Sheldon. sumpt. Ge. Mortlock, bibliop. Londinens. 1715, fol. Addita sunt supplementa, a Fello Ittigioque edita, et fragmenta a Grabio collecta. Adjectus est Herveti *Comment. in Opp. Clementis*. V. *Acta erud.* a. 1717, pag. 97, sqq. — Recusa est illa editio Venetiis, ex typogr. Ant. Zatta, 1757, II voll. in fol. cum fragmentis novis ex Fabricio, ac *Vita* Clementis ex tomo III Adriani Baillet desumpta et Latine reddita. Fabricius autem fragmenta, quæ in exemplo Potteri partim solummodo Græce exstant, partim in eo desiderantur, ex codd. mss. aut libris editis collegerat, et Gr. ac Lat. publicarat ad calcem tom. II Opp. Hippolyti ab ipso ed. pag. 66, sqq. — Fragm. sunt quoque in Gallandii *Bibl. vett. Patrum* II, pag. 153. HARL.

De scriptis Clementis Alexandrini diligentissime egit Nicolaus Nourrius libro tertio integro *Apparatus ad Bibliothecam Patrum*; nam et analysin singulorum post Abrahamum Scultetum, Eliamque Dupinium dedit pleniorem, et de doctrina ipsius atque ad varia Clementis loca observationes magno numero, et Chronographicam tabulam addidit qua Clementis supputatio cum Eusebiana et Syncelliana confertur, et de auctoribus, quos laudat Clemens, copiosius disseruit. Paris. 1703, fol. p. 622-1362. Vide etiam quæ de Clementis doctrina notavit Ittigius in selectis *Hist. eccles.* capitibus, sect. II, pag. 230, sq. FABR. His, quæ cum passim ad hoc caput, tum in Introd. in *Hist. Lat. Gr.* II, 2, pag. 209, indicavi scripta, addi possunt:

I. G. Walchii Exercitat. de Clemente Alex. ejusque erroribus, Ienæ 1737, 4, rec. in ejusdem *Mi-*

(25) Papirius Massonus *Strozzæ Vita* tom. II Elogior., p. 229: *Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cum esset, primus omnium Latinitate donavit.*

(26) In Gentiani versione et commentariis plura reprehendit Nourrius, quem vide *Apparatu ad Bibl. Patrum*, pag. 902 sq. [et Potterus in præf.].

Digitized by Google

scell. sacr. pag. 510, lib. III. — J. Fabric., in *Hist. biblioth. Fabricianæ*, I, pag. 78 sq.

Fabricius in *Delectu argumentorum . . . pro veritate relig. Christ.* pag. 58, sqq., ubi de Clemente Alex. agit, quædam addit, quæ hic repetam :

« Adversus Guil. Whistonum, qui Clementis scripta tanquam juvenilia contemnit, I. Ern. Grabius in libello posthumo *Some instances of the defects and omissions in* Mr. *Whistons collection of testimonies*, Londin. 1712, 8 (27), pag. 11, ostendit ex lib. I *Strom.* pag. 276, jam χρόνου μῆκος intercessisse, ex quo magistros suos audiverat Clemens, quos p. 274 testatur, sancte servasse beata dogmata, quæ a Petro, Jacobo, Joanne et Paulo acceperunt.

« Notas in Clementem affectas se habuisse testatus est Ægidius Menagius, in *Menagianis*, tom. I, pag. 385.

« Inter Joannis Mariæ Borzini Ord. Prædic. affecta opuscula Oldoinus in *Athenæo Ligustico* refert Logicam Clementis Alexandrini explanatam. »

J. Tribbechovii *Diss. de vita et scriptis Clementis Alexandrini*, Halæ Magdeb. 1706, 4. Hæc quidem disp. nihil novi continet ; sub finem tamen (§ XXV-XXXI) bene colliguntur et recensentur nævi Clementis, primum ii qui ad philologiam, deinde ii qui ad theologiam pertinent. — Altera ejusdem J. Tribbechovii *Diss. in Clementem Alexandrinum*, eaque de philosophiæ definitione, præmissa pleniore analysi libri I *Stromatum* ex *Apparatu* Nourrii ad *Bibliothecam PP. maximam*, Halæ 1706, 4, est ad meliorem librorum atque indiciorum quorumdam Clem. intelligentiam interdum efficacior. Num Tribbechovius, quem in ultima paragrapho promisisse videtur, continuaverit laborem, equidem ignoro, et fere dubito.

J. Jortin scripsit obss. in Clement. Alex. in suis *Remarks on ecclesiastical History*, Lond. vol. II, 1751, 8, pag. 353 ; — vol. II, 1752, pag. 378, 401.

Jo. Custph. Dommerichi *Progr. de λόγῳ Patrum* (præcipue Justini martyris et Clementis Alexandr.), Helmstadt. 1760, 4. De λόγῳ Clem. acute docteque Semlerus quoque disputat l. supra cit., — atque J. Ge. Arn. Oelrichs in *Comment. de vera et certa eorum qui medio secundo atque ineunte tertio sæculo floruerunt Patrum, de ratione s. relatione Filii, seu Verbi cum Patre sententia*, Gottingæ 1787, 4, p. 34, sqq.

Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien und des Tertullian. Ein Beitrag zur Geschichte der Christlichen Sittenlehre, von Wilh. Münscher (prof. theol. Marburg.) in D. Henke *Magazin, für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, etc., tom. VI. Helmstadt. 1796, 8, nr. 6.

D. D. (h. e. *Josephi Wassii*) *Obss. in auctorem Titanomachiæ*, ap. Clem. Alex. laudatæ, in *Miscell. observat.* vol. IV, tom. I, pag. 72, sqq., et K. *Obss. seu conjectanea quædam in Clem. Alex. Stromatum librum* I, ibid. pag. 103 sqq. HARL.

Tho. Holzclau *Diss. de Clemente et ejus morali doctrina*, Wirceb. 1779, 8. Add. Rosenmüller, *Hist. Interpr. LL. S.*, tom. I, p. 209. Flügge, *Gesch. d. theol. Wiss.* tom. I, p. 177 sq., 343 sq.

Supplementum Operum Clementis Alexandrini.

Hoc cum præfatione erudita et fasciculo Miscellanearum ad Hist. ecclesiasticam spectantium observationum editum Lipsiæ 1700, 8, ab eodem præclaro doctore meo, Thoma Ittigio, complectitur (28) :

1. Librum pium et lectione in primis dignum, qui inscribitur : Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος ; *Quis dives salvetur ?* Clementi hic diserte tribuitur ab Eusebio, III, 23, VI, 13, Hieronymo aliisque et Photio, qui codice CXI testatur in quibusdam exemplaribus hunc libellum fuisse loco octavi *Stromatum* libri. Unde non mirum, quod Anastasius Sinaita in psalmum VI (ap. Combefis. tom. I *Auctar. noviss.*, pag. 966), ἐκ τινος τῶν στρωματικῶν Clementis λόγων afferre se ait narrationem de Joanne apostolo, juvenem perditum persequente et ad frugem reducente, quæ capite ultimo hujus libri exstat, repetiturque inde ab Eusebio III, 23, *Hist.*, et aliis quos laudavi ad Abdiam v, 3, pag. 536. Codicis apocryphi Novi Test. meminit iterum Anastasius pag. 934, ubi Clementem τὸν ἱστορικὸν Ἀλεξανδρείας appellat. Igitur haud dubie Clementis est, non Origenis, licet in ms. Vaticano Origenis in Jeremiam homiliis adjunctus, atque inde sub falso Origenis nomine editus sit a Mich. Ghislerio tom. III *Commentar. in Jeremiam* (Lugd. 1633, fol.), p. 262, cum versione Jo. Matthæi Caryophili. Sed in præfat. c. 7, § 4, ipse errorem Ghislerius agnovit, et Clementi vindicandum illum librum statuit, sub cujus nomine cum nova versione et notis edidit Franciscus Combefisius, nullo alio ms. codice usus, in *Auctario noviss. Bibliothecæ Patrum*, tom. I, pag. 1672, fol. Ex Combefisii editione recusus Latine in *Bibliotheca Patrum*, Lugd. a. 1677, tomo III, ac Græce et Latine cum succinctis J. Felli, Oxoniensis episcopi, scholiis, Oxon. 1683, 12, e theatro Sheldoniano, sed notis Combefisii omissis, quas suæ tamen editioni præter Felli scholia, et varias e Ghisleriana et Combefisiana lectiones, Ittigius adjunxit. FABRIC. Rec. Oxon. in ed. Potteri Fellique notis subjectis textui quem excipiunt p. 961 sq. notæ Combefisii. HARL.

2. *Adumbrationes in aliquot epistolas canonicas*, ex veteri Latina versione, de qua Cassiodorus c. 8 *Institut. divinarum litterarum : In epistolis canonicis Clemens Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola S. Petri prima, S. Joannis prima et secunda, et Jacobi* (29) *quædam Attico* (30)

(27) Conf. Brüggemann. View., etc., pag. 373.

(28) Conf. de hoc Ittigii supplem., *Acta erud.*, Lips., a. 1700, pag. 451, sqq. HARL.

(29) In adumbrationibus quæ exstant, nullæ ad Epistolam Jacobi, sed in Epistolam Judæ leguntur. Et de Epistola Judæ meminit etiam Eusebius VI, 14, ubi Clementis Ὑποτυπώσεις refert.

(30) I. e. Græco.

Digitized by Google

sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est: quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri. Clementem in *Hypotyposeon* libris etiam Epistolas catholicas interpretatum testantur Eusebius IV, 14, *Hist.* et Photius cod. CIX. Verisimile igitur est, ex illo opere (31) Cassiodorum, *Adumbrationes* hasce, quo ipso forte vocabulo Græcum Ὑποτυπώσεων exprimere voluit, excerpendas curasse, quas Latine Ittigius dedit post editiones in *Bibliothecis Patrum*, Paris. 1575 (tom. VI Par. 1576, fol.), 1589, 1654, et Lugd. 1677, et post editionem Oxoniensem ad calcem libri *De divite salvando* 1683, 12 (in ed. Potteri pag. 1006, sqq.).

3. *Fragmenta* Clementis Alex. a Jo. Fello collecta ex Nicetæ in Jobum et Corderiana in Lucam Catena, quibus alia Ittigius addidit tum ex eadem in Jobum, tum ex Nicetæ in Matthæum Catena, ex Eusebio item atque Œcumenio. His cæterisque, quæ in præfatione etiam monet adjungenda esse, addi potest fragmentum Clementis, quod exhibet Catena in Pentateuchum, Latine edita a Francisco Zephyro, p. 146, licet consimilia quodammodo legantur v *Strom.*, pag. 564: *Nomen illud mysticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum pervium erat, sonat Jehovah, quod interpretatur* qui est et qui erit; *candelabrum vero, quod australem plagam adstabat altaris, septem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni utrinque rami consurgunt, quoniam sol quasi candelabrum mundi medius inter alios planetas divina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius aræ posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte cœli flatus nobis vitales et almi adspirent.* Fabr. Hæc et plura alia, a Grabio collecta, etiam id, quod Fabr. h. l. produxerat, reperiuntur in Oxon. Potteri edit. p. 1011 sqq. Editioni Venetæ Potter. ea, quæ Fabric. calci edit. suæ Hippolyti adjecerat, esse addita, supra me jam monere memini. Harl.

Scripta Clementis deperdita.

1. *Hypotyposeon* (32) sive compendiosarum S. Scripturæ enarrationum *libri VIII*, ex quibus petita videntur, quæ hodieque exstant, excerpta Theodoti, et Adumbrationes in aliquot Epistolas catholicas, ut jam dixi. Meminit Euseb. I, 12, II, 1, 9 et 15, et VI, 13 et 14, *Hist.*, Hieron. in *Catalogo*, c. 38, Photius cod. CIX, CXI. Fragmenta ex illis præter Eusebium locis laudatis et Œcumenium in Epistolas Pauli, servavit *Chronicon Alex.* p. 224 edit. Cangii, S. Maximus ad Dionys. c. I *De mystica theol.*, pag. 17, et Jo. Moschus in *Prato spirituali*, cap. 176 35, quem locum, cum laudasset Baronius ad A. C. 31, n. 40, ut probaret Petrum a Christo baptizatum esse, Richardus Montaculius lib. II *Originum eccles.* pag. 52: *En tibicinem*, inquit, *ruituro alioqui parieti! Clemens ὁ παμμαθής adnotatur in partes ex* Hypotyposibus, *sed citatus a Sophronio in* Prato spirituali. *Neque enim Baronius Clementis, credo, ridit* Hypotyposes. *Certe magnus auctor Clemens, licet nimis interdum credulus apocrypticis narrationibus et rumoribus ab incerta traditione. Secundo criticorum quidam nominatissimi opus illud* Hypotyposeon *non lectum sibi visum (sed περὶ παντὸς ὄντος καὶ μὴ ὄντος judicant critici) devocant in quæstionem. Quod si exstaret, multiplici procul dubio doctrina, ut ille alter λόγος στρωματεὺς nos recrearet. Sed an ille antiquissimus et eruditissimus Pater tale aliquid retuleris in* Hypotyposibus, *tum tandem intelligemus, cum Patres Societatis qua summa pollent gratia et auctoritate apud hodiernum patriarcham Alexandrinum, illud opus tessellatum in usum publicum Ecclesiæ impetraverint. Scribebat enim aliquando doctissimus Fronto litteris ad clarissimum Savilium missis, apud illum patriarcham librum hunc exstare.*

2. Σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμώς memorat Palladius in *Historia Lausiaca*, pag. 147 edit. Meursii.

3. Περὶ χρονοίας, ex quo fragmenta apud S. Maximum tom. II Opp., pag. 144, 152, itemque aliud ex mss. Reg. apud Nourrium, pag. 1336 sq. *Apparatus ad Bibl. Patrum.* Fragmentum insigne ex Clem. Alexandr. libro I χρονοίας exstat apud Anastas. Sinaitam quæst. XCVI. Fabr. — Frag. in Pott. edit. pag. 1016, sq., — et in append. Fabr. in edit. Veneta. In cod. Laurent. Med. esse excerpta ex Clem. sermone *De providentia*, ex Bandin. I, pag. 402, supra jam adnotavimus. Harl.

4. Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα. Euseb. IV, 26, VI, 13; Hier. *De script. eccles.*, c. 38; Phot. cod. III. Fragmenta in *Chronico Alex.*, pag. 7 edit. Cangii. Et in Petavii *Uranologio*, pag. 214. In hoc libro testatus, Eusebio teste, fuit Clemens, se a fratribus adactum ad scripto consignandas παραδόσεις, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat. Per has nolim Constitutionum apostolicarum opus intelligere cum doctissimo Beveregio; sed illud ipsum de Paschate opus, in quo traditiones antiquiorum de hoc argumento exposuerat. [Fragm. in Potter. edit. pag. 1017.]

5. Διαλέξεις περὶ νηστείας. Hieron. *De jejunio*

(31) Levia sunt, quæ conjecturæ huic opponit Nourrius, pag. 1320.

(32) De hoc vocabulo, quod brevem et succinctam (quæ compendio et ὡς ἐν τύπῳ fit) expositionem significat, dixi ad Sexti Empirici libros Hypotyposeon Pyrrhoniarum.

(33) Fragmenta v. in præf. Ittigii ad suum Supplement. et edit. Potter. Oxon., pag. 1014 sqq., et pag. 1023. — Jacturam *Hypotyposeon* valde dolet Semler, l. c., pag. 155. Conf. Jo. Franc. Buddei, *Isagoge ad universam theologiam*, pag. 545. Harl.

Digitized by Google

disceptatio, quasi legisset *διάλεξις*, non *διαλέξεις*. Apud Photium tantum est *Περὶ νηστείας*.

6. *Περὶ καταλαλίας*. Hieron. *De obtrectatione, liber unus*. Phot. *Περὶ κακολογίας*. [Vid. fragm. in Pott. ed. pag. 1020, sq.]

7. *Προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονήν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*. Euseb. VI, 13, *Histor.*

8. *Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας*. Hieron. *De canonibus ecclesiasticis et adversus eos qui Judæorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo, προσεφώνησε*. Canonum apostolicorum collectionem, quæ hodie exstat, per hoc opus ab Eusebio et Hieronymo innui, non crediderim. Sane Photius, qui mox lectos a se canones apostolorum cod. CXII commemorat, Clementis, Romani, sub nomine, inter ea, quæ a Clemente Alex. scripta non ipse legit, sed memorari tantum ab aliis meminit cod. CXI, refert *Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ*. Atque unius, non duorum scriptorum hunc esse titulum, Eusebius et Hieron. dubitare nos haud sinunt. Fragmentum Clementis *Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαΐζόντων* servatum in Nicephori *CPol. Antirrheticis* mss. Græce et Latine edidit Nourrius p. 1334, *Apparat.* [et in Fabr. append. in ed. Pott. Veneta, circ. fin.].

9. *Ὅροι διάφοροι*. Jo. Veccus de processione Spiritus S., apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 248 : *Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ Θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί πνεῦμα, καὶ ὁσαχῶς λέγεται πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις*. [In append. Fabric. in edit. Veneta.]

10. Plura scripta sua sive memorat sive promittit Clemens ipse (34), ut *De principiis*, Strom. III, p. 431 : *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους (Μαρκιωνιστάς) ἀπόντ' ἂν τὸν Περὶ ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν λόγον, ἀκριβέστατα διαλεξώμεθα*. Libro, *Quis dives salvetur?* § 26, *ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν*. Iterum meminit hujus tractationis, III *Strom.*, pag. 434 : *Ἐπειδὰν δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν*, etc. Hic est *ἀρχικὸς λόγος*, de uno Deo, qui per legem et prophetas atque Evangelium prædicatur, quem promittit, *Strom.* IV, pag. 510, licet jam de hoc argumenta quædam dixisset III, pag. 457, seq.

De prophetia. Strom. V, pag. 531 : *Καὶ ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν τοῖς Περὶ προφητείας ἢ ἐν τοῖς Περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν*. Adde IV, pag. 511.

De membris et affectibus, quando de Deo dicuntur, allegorice interpretandis, Strom. VI, pag. 580 : *Ἀλληγορεῖσθαι δέ τινα ἐκ τούτων τῶν ὀνομάτων, ὁσιώτερον, ἃ δὴ καὶ προϊόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν διασαφήσομεν*.

De angelis. Strom. VI, pag. 631 : *Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τῷ Περὶ ἀγγέλων λόγῳ προϊούσης τῆς γραφῆς κατὰ καιρὸν διαλεξώμεθα*.

De diabolo. Strom. IV, pag. 507 : *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς*.

Περὶ γενέσεως κόσμου. Strom. VI, pag. 698 ; *Περὶ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως*, Strom. III, p. 466. Hinc Eusebius *De Clemente*, VI, 13, *Hist.* : *Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι*.

De Ecclesiæ unitate et excellentia, Strom. VII, pag. 765 : *Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς Ἐκκλησίας καθάπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως κατὰ τὴν μονάδα ἐστὶν, πάντα τὰ ἄλλα ὑπερβάλλουσα καὶ μηδὲν ἔχουσα ὅμοιον ἢ ἴσον ἑαυτῇ. Ταυτὶ μὲν οὖν ὕστερον*.

De officiis episcoporum, presbyterorum, diaconorum et viduarum videtur promittere se alio opere acturum III, ult. *Pædagogi*, pag. 265.

De anima ὁπηνίκα ἂν περὶ ψυχῆς διαλαμβάνωμεν, Strom. III, pag. 432. Adde IV, p. 591. [Fragm. Potter. pag. 1020.]

De resurrectione, Pædagog. II, 20, pag. 199 : *Ὡς ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται*, et lib. I, c. 6, p. 104 : *Ἀλλὰ γὰρ αὖθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται*.

De nuptiis, ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ. Pædagog. III, 8, p. 237. Nisi forte respicit, quæ II, 10, *Pædagogi* de illo argumento, aut tertio *Stromatum* disseruit. [Fragment. Potter. pag. 1022.]

De continentia, καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται, Pædagogi, II, 10, p. 193. In eodem forte *λόγῳ* disputaverat de eo, quid vere sit turpe et obscenum, quod II, 6, *Pædagogi*, p. 169, testatur se fecisse : *Διειλήφαμεν δὲ βαθυτέρῳ λόγῳ ὡς ἄρα οὔτε ἐν ὀνόμασιν, οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνουσιαστικοῖς μορίοις καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπλοκῇ ἡ τοῦ ὄντως αἰσχροῦ προσηγορία τάττεται*. Videtur itidem librum tertium *Stromatum* innuere, in quo pag. 434, diserte : *Ὁ δὲ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν προβαιρέτω λόγος*.

Adversus hæreses, Strom. IV, pag. 510, ubi se unum Deum adversus illas demonstraturum promittit. Contra philosophorum sententias de summo bono, II *Strom.*, pag. 419. Contra hæreticorum *γνῶσιν* profanam, VII *Strom.*, pag. 722. Sed forte non peculiares hi libri fuerunt, verum ut in *Stromatis* passim facit, ita et in *Hypotyposibus* hæreticos illos et philosophos oppugnare potuit.

(34) Confer Nourrium, pag. 1337 seq. [et indicem scriptorum a Clem. Alex. citatorum].

Digitized by Google

LECTORI S.

(Ed. Oxon. 1715.)

Cum mihi semper in votis fuerit, primo ut Christianæ Ecclesiæ, deinde ut Reipublicæ litterariæ pro viribus inservirem; non posse videbar horas illas, quæ cum e Regii S. theologiæ professoris munere, tum a reliquis, quæ mihi incumbunt, curis ac negotiis vacabant, cuipiam alii studio vel jucundius vel utilius impendere, quam emendandis, explicandis, publicique juris faciendis Clementis Alexandrini, antiquissimi doctissimique Patris, operibus, quæ supersunt.

Prima igitur cura fuit ut auctorem ipsum, quam fieri potuit, integrum et emaculatum exhiberem. Quo fine non solum impressos codices universos evolvi, in quibus, si Victorianum et Sylburgianum excipiamus, nihil fere accurati est; sed etiam manuscripta, quæcunque reperire potui, exemplaria diligenter perlegi, et perlecta cum editis contuli. Porro Cohortationem ad Græcos *manuscriptam, una cum duobus* Pædagogi *libris posterioribus, eorumdemque nonnullis fragmentis, suppeditavit Novi apud Oxonienses Collegii bibliotheca. Trium* Pædagogi *librorum codicem unum Bodleii, et huic in omnibus fere concordem alterum præbuit augustissimi regis nostri Bibliotheca. Ad insignes illas Clementis nostri periochas pristinæ sanitati restituendas, quas operi* De præparatione evangelica *inseruit Eusebius, non leve adjumentum attulerunt libri ejus impressi, manuscriptumque exemplar, quod apud nos in Collegio D. Joannis Baptistæ asservatur. Veterum exemplarium inopiæ remedium non raro attulerunt antiquorum scriptorum libri, Platonis præsertim ac Philonis Judæi, e quorum posteriori non breves tantum sententias, sed integras etiam paginas, nonnullis omissis, aliis mutatis vel in epitomen redactis, prout instituto suo optime conveniebat, idque celato nonnunquam auctoris nomine, in* Στρωματεῖς *suos Clemens transtulit. Scriptum* Stromatum *exemplar nullum oculis meis perlustrare hactenus licuit. Verum hoc me, cum infortunio, tum onere levavit vir clarissimus Bernardus Montefalconius, qui pro acerrimo, quo semper ardet, humaniores litteras promovendi studio variantes lectiones non solum ex Ottoboniano, qui eorum prolixiora quædam fragmenta, sed ex Parisiensi etiam codice, qui integrum* Stromatum *opus complectitur, accurate descriptas ad me transmisit; quas, cum paulo serius advectæ non antea ad manus meas pervenerunt, quam priores quatuor libri, cum quinti principio, e prælo evasissent, ad calcem operis simul exhibendas curavi.*

S. Scripturæ, necnon aliorum veterum librorum vocibus a Clementis nostri verbis distinguendis, quod nemo hactenus satis accurate præstitit, non parvus quidem labor, verum ei, qui auctorem hunc explicandum susciperet, in primis necessarius, impendendus fuit. Latinam vero versionem, seu novam concinnare, seu veterem emendare, majoris adhuc operis res erat. Nam Herveti interpretatio, quæ in hominum manibus ut plurimum versatur et posteriorum Clementis Editionum comes est individua, licet a doctis antehac viris in melius sæpe mutata; adhuc tamen in multis ab auctoris mente adeo aliena, in aliis manca et imperfecta, in quamplurimis ambigua et obscura est, ut sæpe in ipso Clemente nihil magis quam Clementem desideres, nec raro Latina potius a Græcis, quam hæc ab illis lucem exspectent; et qui hanc denique, prout res exigit, corrigendam susciperet, Augæe plane stabulum purgare videretur. Proinde Cohortationem ad Græcos *ex Græca Latinam iterum fecimus, ad* Pædagogi *forsan ac* Stromatum *etiam libros progressuri, nisi alia nos studia, quæ diutius intermittere haud licuit, eo tandem compulissent, ut de Herveto potius ad Græcum textum accommodando deinceps cogitaremus; qui, prout nunc apparet, etiamsi parum elegans et ornatus, in plerisque tamen, uti spes est, haud plane infidus habebitur Clementis interpres.*

Græco ac Latino textui Sylburgii, Heinsii, aliorumque doctorum virorum Notas adjunximus, quas libri antehac editi, cum a se invicem, tum ab ipso etiam auctore nimium remotas in calce totius operis exhibentes, ingratas studiosis lectoribus moras injiciunt. His alias immiscuimus e philologicis hujus ac proxime superioris sæculi scriptoribus a nobismetipsis undique excerptas. In margine codicis sui, quem mihi, cum ad quartum Stromatum *librum pervenissem, moriens legavit, nonnulla adnotaverat Grabius ὁ μακαρίτης. Post nullum vero mihi memorandus est W. Lowthius, Ecclesiæ cathedralis Winton. præbendarius dignissimus; qui non solum perpetuas fere in Clementem notas ultro mihi obtulit, sed etiam* Cohortationem ad Græcos, *et octo* Stromatum *libros pro diversa materiæ, qua constant, ratione, quatenus fieri potuit, in capita redegit. Hæc autem infra, propriis auctorum nominibus distincta, et suis quæque locis disposita, reperientur. Alios præterea rogavi amicos doctosque viros, ut symbolas suas conferrent; omnibus, qui ad auctorem nostrum illustrandum emendandumve aliquid tribuissent, gratias, quas possem, maximas habiturus. Utrum his usibus quadantenus inservire poterint, quæ nos e tenui nostro penu deprompsimus, æquus lector facile judicabit. Hæc porro excipiunt quæ de Clemente ejusque scriptis collegit vir clarissimus Joannes*

Digitized by Google

Albertus Fabricius, una cum auctorum, quos laudavit Clemens, Indice locupletissimo; cui nos alterum adjecimus, qui S. Scripturæ sententias ab eo adductas monstraret. Sequitur Herveti Commentarius; *ne quid eorum, quæ reliquæ Clementis editiones exhibent, in hac nostra desideretur. Agmen claudunt Indices duo, rerum prior, verborum posterior; quos maxima quidem ex parte Sylburgio debemus. Postremo, cum editionem Sylburgianam ac Parisienses duas in manibus doctorum præcipue fuisse viderem, harum paginas in Græci textus, illius vero in Latini margine curavi perpetuo describendas.*

Hæc præcipue sunt, amice Lector, quæ de hac nostra Clementis Alexandrini editione admonitum te vellem. Quod si ea paulo quam expectaveras serius prodeat, vel si publici nunc juris facta votis tuis minus respondeat, id aliqua saltem ex parte oculorum meorum imbecillitati imputes, rogo; quæ cum in Pædagogo *versantem primo invasisset, adeo tandem invaluit quinto* Stromatum *libro sub prælo sudante, ut alienis multo plus quam propriis deinceps fidere dura me, sed prorsus ineluctabilis, necessitas cogeret. Quod si quam tibi seu voluptatem seu utilitatem hi nostri labores attulerint, hanc vicem reddere ne dedigneris, ut Deo nos Opt. Max. precibus tuis commendes. Vale.*

Dabam Londini, XIII Kal. Septemb. A. D. MDCCXV.

Lipsiæ 1831-34 *prodiit, sed Græce tantum, nova Clementis Operum editio, curante Reinholdo Klotz, phil. doct.* (*a*). *Quid in hac recensione præstiterit editor, ipse in præfationibus suis sic explicat :*

PRÆFATIO TOMI I.

Carolus Ernestus Richterus vir clarissimus, is qui Bibliothecam hanc sacram ante paucos hos annos edere cœpit, cum qua me est amicitia complexus, a me petisset, ut quemadmodum ipse Josephi et Philonis Judæorum opera edidisset, ita ego Clementis Alexandrini scripta edenda curarem; quanquam me non præteribat quam operosum hoc esset quamque difficile negotium, non tamen putavi operam meam quantulamcunque roganti amico ac pene postulanti recusandam esse ac deprecandam : quam ob causam si quid cui vires meæ haudquaquam pares esse videantur susceperim, id magis facilitate mea, qua amicorum voluntati semper putavi esse inserviendum, quam alia ulla culpa mea contigit.

Neque vero eæ mihi præscriptæ erant leges, ut aut novis libris anquirendis aut aliis adjumentis criticis undique conquirendis novam horum scriptorum recensionem instituerem, sed ut quæ optima haberetur editio, eam litteris mandarem, ac si quid aperte peccatum deprehendissem, id corrigerem atque emendarem : qua ego in re si quando plus quam receperam præstare conatus sum et quavis fere pagina ab iis, qui ante me orationem Clementis constituerant, discedendum esse duxi, id ut fieret et res ipsa flagitabat et a multis me spero hoc nomine, quod ultro exsolvi, bonam gratiam inivisse : ea enim huic scriptori cecidit sors, ut cum a Friderico Sylburgio discesserit, qui majorem et utiliorem in eo operam ponere aut posset aut vellet, editorem invenerit neminem. Namque Joannes Potterus, qui superiore sæculo ineunte scripta Clementis edidit, etsi ita optime est de eis meritus, quod libros scriptos diligenter accurateque contulit; non proinde tamen ac libri postulabant optimi locos corruptos emendare ausus est atque conformare. Itaque sæpe accidit, ut scriptura ea, quam et libri tuerentur et ipse duceret probandam, in adnotatione duntaxat locum obtineret : aperta librariorum menda non tollerentur. Sylburgius contra quanquam præter editionem P. Victori uno libro Palatino usus est, multa tamen ab eo sunt emendata vitia et omnis cura atque opera in singulis universisque expediendis posita.

Quod cum ita sit, non spero futurum, ut quisquam hac de re mecum dissentiat, quod Sylburgii editionem malui quam Potteri sequi, ita ut hanc cum illa diligenter conferrem et si quid a recentioribus criticis sive ex libris sive de conjectura rectius constitutum vidissem asciscerem, qua in re quod quantumque unicuique debeatur : dicetur eo volumine, quod criticam adnotationem continebit.

Tum in emendandis his Clementis libris usus sum scholiis Parisinis nondum editis, quæ editioni nostræ adjicientur.

Deinde præter quam quod quæ viri docti hic illic de Clementis locis præceperant, studiose collegi et sicubi usus iis erat, in meam rem converti, etiam ea, quæ Villoisonius in *Epistolis Vinariensibus* inde a pag. 92-97, de locis quibusdam Clementis scripta e bibliotheca Vinariensi foras dedit, excussi. In his vero virorum doctorum adnotationibus etsi nonnulla ita erant declarata, ut et assensum meum tulerint nec ego dubitaverim quam proposuerunt scripturam recipere; multa tamen esse cognovi ita comparata, ut qui caute criticum agat, aut in dubitationem vocare ea debeat aut plane rejicere. Itaque quos locos viri docti pro corruptissimis habuerunt multos, eos ego mihi videor aut mutata interpunctione aut faciliore quadam medicina quam quæ istorum fuit persanavisse. Cujus rei quamvis permulta possim exempla edere, id tamen tum declarabitur, cum id agemus.

Quod ad libros scriptos attinet, antistare cæteris videtur ille liber, qui asservatur in bibliotheca novi apud Oxonienses Collegii, qui tamen præter *Cohortationem ad Græcos* duo tantum posteriores *Pædagogi* libros continet. Eum potissimum his in libris sequendum existimavi. Præter enim quam quod plerumque meliores exhibuit scripturas, deteriores sprevit, interdum singula vel plura etiam supplevit verba, quæ librariorum negligentia in aliis libris videmus esse omissa, ut *Protrept.*, § 2, p. 3, ed. Pott., hæc verba : *Καὶ τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ θυμηδίας θεάματα*, quæ quin ab ipso Clemente profecta sint non potest esse dubium. *Ibid.*, § 11, p. 11, ed. Pott., hæc verba ex eo adjicienda duxi : *Καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια.* Est enim boni critici non solum quæ merito sunt suspecta rejicere, verum etiam si quid librariorum incuria amissum sit, id quantum in se est reprehendere.

Versus quos multos laudat Clemens ita studui constituere, ut exceptis paucis quos aperte viderem esse depravatos, et metro et sententiæ poetæ satis facerem, præsertim cum in adnotatione critica quæ in libris esset scriptura essem indicaturus. Alii sic erant cum Clementis oratione conjuncti, ut separari

(*a*) *Bibliotheca sacra Patrum Ecclesiæ Græcorum. Titi Flavii Clementis Alexandrini Opera omnia. Recognovit Reinholdus* Klotz Lipsiæ, 1830-34, sumptibus E. B. Schwickerti, in-12, vol. 1-4.

Digitized by Google

et disponi non possent. Ita *Pædagog.*, lib. II, § 109, p. 235, ed. Pott. *τί γὰρ φρόνιμον γυναῖκες ἐργάσαιντο* intacta reliqui, quoniam his Clemens pro suis usus est, quanquam paulo post *Pædagog.*, lib. III, § 7, p. 254, ed. Pott., versum eum, quem fecit Aristophanes, recte sic scriptum habet :

Τί γὰρ γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίμεθα....

itemque *Pædag.*, lib. II, § 25, p. 181 sq., ed. Pott. hæc verba sicut vulgo legebantur edidi : *Ὃν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος*, in quibus ut concedam Clementem ante oculos habuisse comici poetæ versum, non tamen queo neque Marklandi probare rationem, qui *Explicat. vet. auct.*, p. 247, sic hæc verba scribi voluit :

Ὃν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη,
Κῶμος, βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία,
Πότος,

neque cum Porsono facere, qui *Adversar.*, p. 300 sq., hos voluit esse versus :

Ὃν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη,
Βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος.

Ac primum quidem verba ista *ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ* — aperte videntur esse Clementis, ut *Pædag.*, lib. II, § 1, p. 163, ed. Pott., ubi hæc verba leguntur : *Οἷς οὐδὲν ἄλλ' ἢ γαστὴρ ἐστιν ὁ βίος*, quæ nihil habent cum versu commune : tum in Porsoni ratione, qui verbum *κῶμος* ab librariis illatum sit intelligi non potest, nisi forte ex eo exstitisse ais, quod ascriptum fuerit *ὁ κωμικὸς φησιν*.

Quemadmodum igitur his in locis malui librorum auctoritati morem gerere, quam cum incerta et verisimilia consectarer, a regula severæ critices declinare, ita alibi non dubitavi conjecturis tantum tribuere, ut libris posthabitis eas recipere auderem. Quod quanquam pluribus locis factum est, unum tamen satis habeo afferre, ubi certam quamdam conjecturam meam incertæ atque haud scio an absurdæ omnium librorum scripturæ anteferendam esse arbitratus sum. *Pædag.*, lib. III, § 49, p. 283, ed. Pott., ubi hæc verba sunt in libris : *Ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας ὧν δεόμεθα, καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐτάς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕψος ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, δρειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ*, ubi cum alius *περὶ τὸ ὄψον* conjecisset esse scribendum, alius *περὶ τὸ ὕφος*, utrumque Sylburgius recte reprobavit, quod alterum supra commemorari diceret, alterum post esse dictum, in eo tamen falsus, ut opinio mea fert, quod librorum scripturam quodam modo posse explicari ratus est : quod quam parum ei successerit tacendum arbitror. Illud dico qui diligenter Homerum lectitaverit cognitumque habeat Clementis studium hæc egregia carmina quotiescunque occasio data est in usum suum transferendi, eum non dubitaturum quin recte hæc verba a me sic sint scripta : *Οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕδωρ ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, δρειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ* · poeta enim præclare hoc mulieris officium *Odyss. K*, v. 358 sqq., his verbis descripsit :

Ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιεν
Πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ· λάινετο δ' ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἠνοπι χαλκῷ,
Ἐς ῥ' ἀσάμινθον ἔσασα, λό' ἐκ τρίπυδος μεγάλοιο,
Θυμῆρες κεράσασα, κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,
Ὄφρα μοὶ ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων,

ubi quemadmodum hunc versum :

Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,

rectius quam Fr. A. Wolfius fecit interpunxi, ita *Iliad O*, v. 176 sq. videtur esse scribendum :

Παυσάμενόν σε κέλευσε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
Ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν,

pro eo quod idem Wolfius edidit *παυσάμενόν σ' ἐκέλευσε*. Cf. *Iliad. B*, v. 28 et 65.

Θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιούς,
Παννυδίῃ.

et *Ω*, 175.

Λύσασθαί σε κέλευσεν Ὀλύμπιος Ἕκτορα δῖον.

In isto vero Clementis loco vel verbum *θυμῆρες* satis arguit esse scribenti Homeri versum ante oculos obversatum. Quapropter apud peritos judices nulla debebit esse de conjectura mea dubitatio.

PRÆFATIO TOMI II.

Etsi in præfatione quam ad primum Clementis volumen adjunxi satis est explicatum quid in hac editione adornanda secutus sim, tamen videtur de his quoque *Stromatorum* libris breviter dicendum, ne quæ ego tum de iis potissimum libris qui volumine primo continentur dixeram, ea de his quoque libris dicta esse videantur. Horum enim librorum longe alia est ratio atque illorum. Cum enim plures libri manu scripti iique auctoritate admodum diversa istos libros contineant, Stromata nobis videntur uno tantum codice, sed eo satis antiquo servata esse, ex quo primum fluxit editio Florentina quæ plerumque manifestis vitiis vix exceptis antiquissimi istius libri scripturam exhibet. Hinc Fr. Sylburgius prudenter editionem ita derivavit suam ut librariorum menda, quantum in se esset tolleret, cum non celaret quibus locis ab editione princ.pe discedendum fuisset. Ex hujus editione cæteræ emanarunt, quarum alia est alia vitiosior. Una tamen paulo melior, eam dico quam J. Potterus edendam curavit, quanquam is quoque pleraque vitia in suam editionem recepit, id quod eo debet videri mirabilius, quod collationem libri Parisini habebat unde p te rat discere quid falso quid recte fecissent critici. Nam ille liber sive est idem quo P. Victorius usus erat in editione Florentina curanda, sive alius, ex eodem tamen fonte est derivatus, habet easdem lacunas quam editio princeps, habet eamdem Clementis orationem, habet eadem librariorum vitia aperta pariter atque tectiora, ita ut ejus collatio quæ est ad editionem Potterianam adjuncta nullam fere aliam diversitatem contineat nisi ubi editores imperitissimi artis criticæ sine ullo judicio a Victori vel Sylburgii editione discesserant, paucis exceptis locis ubi aut ex aliorum scriptorum auctoritate aut ex doctorum hominum conjectura aliquid mutatum est : id recte a me dici satis superque ex adnotationibus quas ultimo volumini adjiciam criticis patebit. Quam ob causam nolo hic exempla quæ pene sunt innumerabilia turpissimorum errorum ascribere. Illud dico me editionem Sylburgii quam etiam olim dicebam esse sequendam ita litteris mandasse, ut cum libro Parisino cujus accuratam collationem Potterus exhibuit, conferrem et quæ alii critici præstitissent antiquiora ex editionis Potterianæ fide acciperem, recentiora ex hominum doctorum commentariis colligerem, in qua re quid ab aliis acceperim, quid ipse exantlaverim patebit ex adnotatione critica. Illud tamen hic quoque debeo profiteri me nec voluisse nec potuisse nunc novam horum librorum recensionem instituere, accuratam me recognitionem, suscepisse peritus nemo negabit. Postremo hoc mihi videtur adnotandum, editionem Sylburgianam editam esse a. 1592. Video enim multos, in quibus etiam eos quos non putabam his in rebus posse falli, editiones eas quæ Sylburgio plane indignæ sunt, tanquam Sylburgii laudare, uti Parisiensem et Coloniensem, ita ut eum sæpe Sylburgianæ paginæ numerum citatum viderim ad quem nunquam accrevit Sylburgii editio quæ edita est *ex typographeio Hieronymi Commelini* CIↃIↃXCII, et constat paginis 386.

Digitized by Google

VETERUM TESTIMONIA.

Eusebius, Ecclesiast. Histor. lib. IV, *cap.* 26.

Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ἑαυτὸν συντάξαι.

A Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo De Paschate; quod quidem ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi præbuisse testatur.

Idem, ibid. lib. V, *cap.* 11.

Κατὰ τοῦτον (τὸν Πάνταινον) ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ φοιτητῇ τῶν ἀποστόλων· ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν, ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν Στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, ὅτε τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατείληφεν ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτά φησιν· Ἤδη δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη ἥδε ἡ πραγματεία· ἀλλά μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται, λήθης φάρμακον, εἴδωλον ἀτεχνῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηξιώθην ἀκοῦσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν μακαρίων καὶ τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν, ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ὁ Ἰωνικός· ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς κοίλης ἕτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ, ἀπ' Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ, ἀνὰ τὴν Ἀνατολήν· καὶ ταύτης ὁ μέν τις, τῶν Ἀσσυρίων· ὁ δὲ, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, Ἑβραῖος ἀνέκαθεν. Ὑστάτῳ δὲ περιτυχών· δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν· ἀνεπαυσάμην ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λελησόμενος. Ἀλλ' οἱ μὲν, τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζοντες παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεξάμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι· ἦκον δὴ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ κατασθησόμενοι σπέρματα.

Clemens gentilis illius Clementis, qui apostolorum discipulus erat, ac Romanorum olim rexerat Ecclesiam, temporibus Pantæni, cujus opera in sacris litteris educatus, multumque exercitatus erat, Alexandriæ hominum fama et commemoratione multum nobilitatus est; qui quidem in libris Ὑποτυπώσεων ab ipso compositis, nominatim præceptoris sui Pantæni mentionem facit. Quem etiam in primo libro *Stromatum* videtur innuisse, ubi certos quosdam viros apostolica doctrina (quam ipse ab illis acceperat) cum primis eximios recenset, B his verbis : Istud a me jam institutum opus non est certe opus artificiose ad inanem ostentationem elaboratum, sed tanquam commentarius ad oblivionis morbum curandum in summam senectutem repositus, simulacrum plane et adumbratio non modo efficacis illius et plenæ spiritu ac vita doctrinæ quam mihi concessum est audire; verum etiam beatorum hominum, qui sunt omnium revera præconiis merito celebrandi. Quorum unus Ionicus genere, in Græcia vixit; alter magnam Græciam incoluit; alter in Cœlesyria natus, ibidem commoratus est; alter ex Ægypto oriundus fuit; alii Orientem doctrina evangelica imbuerunt : quorum unus ex Assyriis prognatus est, alius in Palæstina antiqua Hebræorum stirpe editus. Et cum demum C ipse hominem in Ægypto delitescenten vestigassem, inque eum postremum incidissem, qui virtute et doctrina erat re ipsa omnium primus, tandem cum illo conquievi. Atque isti veram sacrosanctæ doctrinæ traditionem, quam successionis serie ab ipsis usque sanctis apostolis, Petro, Jacobo, Joanne et Paulo deducta, velut filius a patre acceperant, licet pauci numero (pauci enim sunt patribus similes) assidue conservantes, ad nostram ætatem usque, divina favente clementia, vitam propagarunt, quo antiqua illa et apostolica doctrinæ prædictæ semina in animis nostris insererent.

Idem, ibid. lib. V, *cap.* 28.

Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν. Λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός.

Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ; deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem, et Tatianum, ac Clementem, aliosque quamplurimos; in quorum omnium libris Christi divinitas D astruitur.

Idem, ibid. lib. VI, *cap.* 13 *et* 14.

Τοῦ δὲ Κλήμεντος Στρωματεῖς οἱ πάντες ὀκτὼ παρ' ἡμῖν σώζονται· οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσεν ἐπιγραφῆς·

Clementis omnes octo libri Στρωματεῖς, id est *varie contexti*, apud nos integri servantur, quos

Digitized by Google

tali inscriptione donavit : *Titi Flavii Clementis commentaria* Στρωματεῖς, hoc est *varia ratione contexti, qui multiplicem veræ ac divinæ philosophiæ cognitionem complectuntur.* Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui Ὑποτυπώσεις, id est *Informationes*, inscribuntur ; in quibus Pantænum doctorem et magistrum suum nominatim memorat, cum Commentarios ejus in sacras litteras recensendo, tum traditiones etiam explanando. Est ejus liber ad gentiles *Hortatorius.* Tres item, qui inscribuntur *Pædagogus.* Alius, cujus titulus sic habet : *Quisnam dives ille sit, qui salvetur. De Paschate* liber unus. *Disputationes de jejunio.* Liber *Obtrectationis.* Est præterea liber ejus *Hortatorius* ad patientiam. Alius, *Ad nuper baptizatos.* Alius qui nuncupatur *Canon ecclesiasticus*, sive contra eos qui Judæorum sequuntur errorem ; quem episcopo Alexandro, de quo supra verba fecimus, dedicavit. In libris Στρωματέων, non modo sententias ex sacra Scriptura collectas disperse intexit ; sed etiam ex gentilium scriptorum libris, si quid ab illis commode dictum videatur, sumit, cum Græcorum simul et barbarorum opiniones, quæ apud multos jactatæ sunt, aperiendo : tum falsos et commentitios errores eorum, qui inter hæreticos principem locum obtinebant, coarguendo ; denique explanationem multiplicis doctrinæ, et litterarum cujusque generis, unde copiosa materia nobis suppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his universis philosophorum dogmata admiscuit. Unde non sine causa inscriptionem operis argumento valde consentaneam fecit, Στρωματεῖς. In eisdem octo libris utitur testimoniis Scripturarum, quibus a multis solet contradici : nimirum *Sapientiæ*, quæ Salomonis dicitur, et *Ecclesiastici*, Jesu Sirach, et Epistolæ ad Hebræos, et Barnabæ, et Clementis, et Judæ. Tatiani item librum contra gentiles citat : et librum Cassiani, quem *De temporum ordine* conscripsit. Philonis porro, et Aristobuli, Josephi et Demetrii et Eupolemi, Judæorum scriptorum, memoriam non præterit : quippe qui suis scriptis Moysen, et Judæorum gentem, vetere illa prosapia quæ apud Græcos jactatur, longe antiquiorem fuisse perspicue commonstrant. Atque isti Clementis libri, quos jam persecuti sumus, maxima optimarum disciplinarum materia referti sunt. In primo libro ejusdem operis de seipso loquitur, quod prope ad apostolorum tempora successerit. In eisdem libris *Commentarios in Genesim* se editurum pollicetur. Item in libro illius quem *De Paschate* composuit, fatetur se a familiaribus suis compulsum, ut traditiones, quas a veteribus presbyteris accepisset, litteris proderet ad posteritatem. In eodem libro Melitonem, Irenæum et alios nonnullos commemorat, narrationesque aliquot ex eorum libris pias recenset. In libris Ὑποτυπώσεων, ut summatim comprehendam, sicut in universas Scripturas, quæ omnium consentiente auctoritate confirmantur, breves scripsit explicatio-

A Τίτου Φλαυίου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς. Ἰσάριθμοί τε τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι Ὑποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι· ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου, τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ γράφων, καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος ὁ Προτρεπτικός, τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου *Παιδαγωγοῦ*· καὶ Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος ; οὗτος ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τό τε Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα, καὶ Διαλέξεις περὶ νηστείας, καὶ Περὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὁ Προτρεπτικὸς πρὸς ὑπομονήν, καὶ Εἰς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους, καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος Κάρων ἐκκλησιαστικός, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας· ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. Ἐν μὲν

B οὖν τοῖς Στρωματεῦσιν οὐ μόνον τῆς θείας κατάστρωσιν πεποίηται Γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν, εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἐδόκει αὐτοῖς εἰρῆσθαι, μνημονεύει, τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ τὰ βαρβάρων ἀναπτύσσων, καὶ ἔτι τὰς τῶν αἱρεσιαρχῶν ψευδοδοξίας εὐθύνων, ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν ἡμῖν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας. Τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. Ὅθεν εἰκότως κατάλληλον τῇ ὑποθέσει καὶ τὴν προγραφὴν τῶν Στρωματέων πεποίηται. Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων Γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος Σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ

C Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. Μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ Χρονογραφίαν πεποιημένου. Ἔτι μὴν Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων, ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωϋσέα τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποδειξάντων. Καὶ ἄλλης δὲ πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Ὧν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἑαυτοῦ δηλοῖ ὡς ἔγγιστα τῆς τῶν ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν Γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι. Καὶ ἐν τῷ

D λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ Εἰς Πάσχα ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι. Μέμνηται δ' ἐν αὐτῷ Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειται. Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου Γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς (λοιπὰς) καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ Ἐπιστολήν, Παύλου μὲν εἶναί φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ, Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν· ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς Ἐπιστολῆς, καὶ τῶν Πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, *Παῦλος ἀπόστολος*, εἰκότως. « Ἑβραίοις γὰρ, φησὶν, ἐπιστέλλων, προλήψιν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ

Digitized by Google

καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέτρεψεν αὐτοὺς, τὸ ὄνομα θείς. » Εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει· « Ἤδη δὲ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος, Ἀπόστολος ὢν τοῦ Παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον. » Αὖθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Προγεγράφθαι ἐλέγετο τῶν Εὐαγγελίων, τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ Πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν, καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ. Ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μή τε κωλῦσαι μή τε προτρέψασθαι· τὸν μέν τοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον. » Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

A nes : ita neque eas quidem quæ a multis vocantur in controversiam, passus est interpretationum suarum expertes esse : Judæ Epistolam dico, et catholicas, et epistolam Barnabæ, et Revelationem quæ Petri esse dicitur. Epistolam item ad Hebræos scriptam, Pauli esse affirmat, et Hebraico sermone ad Hebræos ab eo editam, Lucam autem eam accurate in Græcum, ut Græcis traderet, convertisse : illudque plane ex interpretatione ipsa facile intelligi posse, quod Epistola et Acta apostolorum idem orationis filum habeant; atque hanc inscriptionem, *Paulus apostolus*, non sine causa in Epistolæ principio fuisse prætermissam; « nam cum Paulus ad Hebræos Epistolam scriberet, qui præjudicatam animis sententiam, et suspectam opinio-
B nem, contra eum ejusque doctrinam combiberant, nomen consulto admodum non inscripsisse : ne in ipso exordio animos illorum prorsus ab Epistolæ lectione averteret. » Deinde longius aliquanto in oratione progressus, addit ista : « Jam vero sicut beatus quidam presbyter dicebat : quoniam Dominus, ipse Apostolus Patris sui omnipotentis, ad Hebræos missus fuit, Paulus quia erat ad gentes missus, modeste quidem, cum ad Hebræos scr.beret, se apostolum Hebræorum non inscripsit, partim, ob suam erga Dominum reverentiam, partim, ne cum gentium præco et apostolus esset, præter officium ad Hebræos scribere videretur. » Rursus Clemens in iisdem libris, traditionem de ordine temporum quibus Evangelia scripta erant, a veteribus presbyteris acceptam ad hunc modum exponit : « Evangelia, quæ in se complectuntur genealogias, ante scripta dicuntur. Illud autem quod secundum Marcum inscribitur, talem causam habuisse fertur : Cum Petrus Romæ publice verbum Dei prædicaret et Spiritus sancti instinctu Evangelium Christi exponeret, multos qui præsto aderant, Marcum, utpote qui eum diutius comitatus fuisset, et ejus verba memoria teneret, magnopere obsecrasse ferunt, ut ea quæ fuissent ab illo prædicata, scriptis mandaret. Quod quidem Evangelium simul ac ediderat, illis qui illud ab eo rogavissent, impertiit; Petrum autem, ubi de eo certior factus erat, neque plane prohibuisse, neque adhortatum esse; Joannem vero, utpote sacrosancti Spiritus impulsu commotum, postquam intellexit, ea quæ ad corpus et humanitatem Christi spectabant, in illis Evangeliis explicata, quorumdam familiarium ac necessariorum rogatu, Evangelium spirituale post reliquos evangelistas conscripsisse. » Hæc Clemens.

Alexander Hierosolymitanus episcopus ibidem de eodem.

Πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς C προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα, Πάνταινον τὸν μακάριον ἀληθῶς καὶ κύριον, καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κύριόν μου γενόμενον, καὶ ὠφελήσαντά με.

Nam illos beatos Patres, qui ante nos viam virtutis sedulo institerunt, ad quos non multo post nos profecturi sumus, cognovimus : Pantænum dico vere beatum ac dominum meum, et sanctum Clementem etiam dominum meum, qui multum mihi sæpe commodavit.

Rursum Euseb. ibid. lib. II, *cap.* 9.

Περὶ δὲ τούτου ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν *Ὑποτυπώσεων* ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ, φάσκων, ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς, ὁμολόγησεν καὶ αὐτὸς εἶναι ἑαυτὸν Χριστιανόν. Συναπῆχθησαν οὖν ἄμφω, φησίν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ, ὀλίγον σκεψάμενος, Εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν.

De isto Jacobo Clemens in septimo libro *Ὑποτυπώσεων* historiam plane memorabilem inserit, eamque narrat quasi ex traditione majorum acceptam; nimirum, eum ipsum, qui Jacobum in judicium adduxisset, cum testimonium Christo illum tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, se etiam Christianum ingenue confessum esse. Igitur ambobus una ad supplicium adductis, hunc inter eundum a Jacobo postulasse, veniam sibi concedi. Jacobum autem, paululum rem anim.o

Digitized by Google

complexum dixisse, Pax tibi, illumque osculatum esse; et sic tandem utrumque securi percussum vitam deseruisse.

Idem, Chronic. Canon., pag. 216.

Clemens, *Stromatum* auctor, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, optimus Christianæ philosophiæ magister, libris conscribendis inclaruit; et Pantænus e Stoicorum secta philosophus, in divinis litteris excelluit.

A Κλήμης ὁ Στρωματεὺς πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, συντάττων διέλαμπεν, καὶ Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.

Idem, Præpar. evangel., lib. II, *cap.* 2.

Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea quam *ad Græcos* dirigit *Cohortatione*, nudam omniumque spectandam oculis proponit, quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris, et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus, etc.

Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ* διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. . . .

B

Idem, ibid. lib. II, *cap.* 3.

Itaque deorum ipsorum ædes, mortuorum sepulcra esse perhibentur, quemadmodum Clemens in ea quam *ad Græcos* scribit *Cohortatione* commemorat, Græcorum ipsorum testimonia proferens, etc.

Ἔνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημονεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ* ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς Ἕλληνας ἐπαγόμενος. . . .

Idem, ibid., lib. IV, *cap.* 16.

Jure sane et merito Clemens, vir plane singularis, in ea quam gentilibus inscripsit *Cohortatione*, eadem ista carpens, hominum illorum cæcitatem lamentatur, etc.

Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται. . . .

Idem, lib. IX, *cap.* 6.

Atque istius etiam (Clearchi scil.) Clemens noster libro primo *Stromatum* meminit, etc.

Τούτου δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν C τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ...

Idem, lib. X, *cap.* 1.

Et quoniam Clemens ille noster fuse admodum Stromate sexto disputationem istam exsequitur, etc.

Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης, ἐν ἕκτῳ Στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε...

Idem, ibid. cap. 5.

Jam vero Clementem audi in eadem mecum disputatione versantem, etc.

Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἃ φησιν...

Idem, ibid. cap. 11.

Hactenus Tatianus. Jam ad Clementem transeamus, etc.

Τοσαῦτα καὶ ὁ Τατιανός. Μετίωμεν δὲ καὶ ἐπὶ Κλήμεντα...

Idem, lib. XI, *cap.* 24.

Atque hactenus Philo, cui affinia plane et gemina Clemens Stromate sexto hunc in modum D persequitur, etc.

Ταῦτα ὁ Φίλων· συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ Στρωματεῖ λέγων ὧδε..

Idem, lib. XIII, *cap.* 12.

Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex sequentibus intelliges, etc.

Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων...

Cyrillus Alexandr. contra Julianum, lib. VI, *pag.* 205, *edit. Paris.*, 1638.

Clemens enim qui sanctos apostolos ubique sequitur, quique infinitas Græcorum historias audiendo acceperat, in *Stromatis* refert, etc.

Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἑπόμενος πανταχῇ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν, ἐν τοῖς *Στρωματεῦσί* φησι...

Idem, ibid., lib. VII, *pag.* 231.

Hujus historiæ nominatim meminit Clemens in *Stromatis*, vir in primis doctus et eruditus, qui

Ταύτης ἰδία μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς *Στρωματεῦσιν* ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής,

Digitized by Google

καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας τὸ βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. A

Grœcarum litterarum altitudinem, quantum fortasse ante illum pauci, perscrutatus est.

Idem, ibid., lib. x, *pag.* 342.

Ἔφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μέντοι καὶ πολυΐστωρ περί τε θεῶν καὶ ναῶν ὠδί...

Clemens autem eruditus vir et multarum historiarum scientissimus de diis ac templis ita quoque scribit, etc.

Epiphanius Adversus hæreses, lib. I, *tom.* II, *in Secundianorum hæresi.*

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραψάμενοι, καὶ ἀλήθειαν τούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἤλεγξαν, Κλήμης τε, ὃν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον.

Verum quam hæc a veritate abhorreant omnia, egregii quidem scriptores editis adversus eos Commentariis demonstrarunt, præcipue vero Clemens Alexandrinus, quem Atheniensem alii faciunt.

Dionysius Areopagita, lib. De divinis nominibus, cap. 5.

Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῷ. B

Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta, et simplicia nomina.

Hieronymus in Ecclesiasticis scriptoribus.

B *appensa habens.* Quo loco illud ἐκδησάμενος, Valla exp. *exutis simulacris*, ac si legisset ἐκδυσάμενος, absurdo sensu, quem tamen alii hactenus secuti sunt.

(10) *Τοῖς ἄλλοις*. Τῆς ἄλλης, Nov.

(11) *Ὧν δὴ χάριν*. Muretus, lib. X, cap. 17, *Var. lect.* Diagoras et Hippo, Melii fuerunt; de iisque, et de Theodoro, quasi de hominibus impiis locuti sunt veteres, quod, etsi veri Dei cognitionem consecuti non erant, eos tamen qui colerentur a popularibus suis, deos non esse intelligebant. Ideo Aristophanes Socratem, *Melium* vocat, cui eamdem notam inurere calumniatores volebant. Idemque de Socrate testatur Justinus, in *Apol.* 2 *pro Christianis*, et de Heraclito, cum modeste ac frugaliter viverent, atheos habitos illos. Et certe Socrates nunquam docuit nullos deos esse, sed tantum supremum quemdam Deum immensum, æternum, multo superiorem iis

C omnibus qui tum publice colerentur: Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. Hæc Muretus. Arnobius lib. IV: *Possumus hoc in loco omnes istos, votis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstrare; vel Agragantino Euhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit; vel Nicagora Cyprio, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille.* Lactantius, lib. I, cap. 11, meminit Euhemeri, sed Messenium dicit; Plutarchus apud Eusebium lib. XIV, cap. 6, Tegeaten, sic enim legendum est ex lib. *De placitis philos.* I. Itemque Diagoras Melius, non Milesius, paulo post. Quod apud Epiphanium legitur Heraclitus Ægyptius, sine dubio mendosus est locus; licet et Græco sit Αἰγύπτιος φησί. COLLECT.

(12) *Νικάνορα*. Nicanorem forte intelligit, Epicuri discipulum, cujus meminit Diogenes Laert., lib. X, seg. 20. Itaque malim Arnobium ex Clemente corrigere, quam hunc ex Arnobio, qui loco superius laudato, *Nicagoram* hunc atheum vocat. Porro Sextus Empiricus, initio lib. I atheos enumerans, nominat Prodicum Ceum, Diagoram Melium, Euhemerum Critiam, Theodorum cognomine Atheum, Protagoram Abderitam, Epicurum. Quibus alii alios addunt.

D

(13) *Οὐ σμικρὸν εἰς ἀληθείας φρονήσεως ζώπυρον*. Sunt, qui malint εἰς ἀλήθειαν, vel εἰς ἀληθοῦς φρονήσεως ζώπυρον. SYLBURG.

(14) *Ὧν ὁ μέν τις*. Is, cujus hic nomen dissimulatur, Xenophanes est Plutarcho lib. *Περὶ δεισιδαιμονίας* extremo. Heraclito Ægyptio tribuit Epiphanius, p. 512, ubi Diagoræ quoque factum his verbis memorat idem Epiphanius: Τὸν ἴδιον Ἡρακλέα, ξύλινον ὄντα, δι' ἀπορίαν ξύλων, ὑποκαίοντος, καὶ σκωμματικῶς ἐπιλέγοντος· Ἄγε δὴ, Ἡράκλεις, τὸν τρισκαιδέκατον ἄθλον ἐκτελῶν πάρελθε, τὸ ὄψον ἡμῖν

Digitized by Google

ρεγγυᾷ τοῖς Αἰγυπτίοις· *Εἰ θεοὺς νομίζετε, μὴ θρηνεῖτε αὐτούς, μηδὲ κόπτεσθε· εἰ δὲ πενθεῖτε αὐτούς, μηκέτι τούτους ἡγεῖσθε εἶναι θεούς.* Ὁ δ' Ἡρακλέα ἐκ ξύλου λαβὼν κατεσκευασμένον· (ἔτυχε δὲ ἥψων τι οἰκοι, οἷα εἰκός·) *Εἶα δή*, ὦ *Ἡράκλεις*, εἶπεν· *νῦν σοι ἤδη καιρὸς, ὥσπερ Εὐρυσθεῖ, ἀτὰρ* (15) *δὴ καὶ ἡμῖν, ὑπουργῆσαι τὸν τρισκαιδέκατον τοῦτον ἆθλον, καὶ Διαγόρᾳ τοῦτον παρασκευάσαι κατ' αὐτὸν*, εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκεν (16) ὡς ξύλον. Ἀκρότητες ἄρα ἀμαθίας ἀθεότης καὶ δεισιδαιμονία· ὧν ἐκτὸς μένειν σπουδαστέον. Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἱεροφάντην τῆς ἀληθείας Μωϋσέα προστάττοντα, *θλαδίαν* (17) καὶ *ἀποκεκομμένον μὴ ἐκκλησιάζειν*· καὶ προσέτι *τὸν ἐκ πόρνης*; αἰνίττεται δὲ διὰ μὲν τῶν προτέρων τὸν ἄθεον τρόπον, τὸν τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως (18) ἐστερημένον· διὰ δὲ τοῦ λοιποῦ τοῦ τρίτου τὸν πολλοὺς ἐπιγραφόμενον ψευδωνύμους θεοὺς, ἀντὶ τοῦ μόνου ὄντος Θεοῦ, ὥσπερ ὁ ἐκ τῆς πόρνης τοὺς πολλοὺς ἐπιγράφεται πατέρας ἀγνοίᾳ τοῦ πρὸς ἀλήθειαν πατρός. Ἦν δέ τις ἔμφυτος ἀρχαῖα πρὸς οὐρανὸν ἀνθρώποις κοινωνία, ἀγνοίᾳ μὲν ἐσκοτισμένη, ἄφνω δέ που διεκθρώσκουσα τοῦ σκότους, καὶ ἀναλάμπουσα· οἷον δή ἐκεῖνο λέλεκταί τινι, τό·

A de diis opiniones ✠ perspicaciores reliquis hominibus fuere, *atheos* cognominarint. Quamvis nec hi veritatem sunt assecuti, sed aliorum duntaxat errores senserunt: quod quidem ipsum haud exiguum est semen, e quo lux veritati sit exoritura. Quidam ex his præcepit Ægyptiis: *Si deos existimatis, nolite eos lugere, neque plangere, sin vero lugetis, nolite amplius deos esse putare.* Alius vero, cum Herculem e ligno formatum cepisset in manus (aliquid forte domi tum coquebat, ut verisimile est): *Age*, inquit, *Hercules, tempus jam est, ut, sicut olim Eurystheo, nobis etiam in hoc decimo tertio certamine inservias, et hoc Diagoræ pares in prandium;* deiñ, seu inutile lignum, in focum imposuit. Extrema plane ignorantiæ sunt impietas et superstitio; extra B quæ summopere laborandum est, ut consistamus. Quo pertinet præceptum Moysis, sanctissimi veritatis interpretis, quo cum ille cui vel *contusa*, vel *exsecta sunt virilia;* tum etiam *meretricis filius concionem ingredi* [20] prohibetur; nam per illos priores significat affectum atheum, divinæ naturalisque virtutis expertem; per hunc vero tertium innuitur, qui loco unius veri Dei, multos sibi falsos ascribit; quemadmodum spurius propter veri patris ignorantiam, multos ascribit sibi patres. Erat autem antiqua quædam et nativa homini cum Deo communitas; quæ quidem, cum diu fuisset ignoratione obscurata, repente tandem e tenebris exsiliit et resplenduit, prout aliquis dixit:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ (19), *τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,*
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;

C *Vides hunc sublimem, hunc immensum æthera,*
Qui terram humidis complectitur brachiis.

Καὶ τό·

Ὦ γῆν ὄχημα (20), *ταπὶ γῆς ἔχονθ' ἕδραν,*
Ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰσιδεῖν (21).

Et iterum:

Qui terræ vehiculum, et supra terram sedem habes,
Quicunque demum sis, visu difficilis.

καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ποιητῶν ᾄδουσι παῖδες. Ἐν-

✠ Et quæcunque hujusmodi alia canunt poetarum fi-

✠ P. 21, 22 ED. POTTER, 15, 16 ED. PARIS.

[20] Deut. XXIII, 1, 2.

ἐψήσων. SYLBURG. — Xenophanis dictum Julius Firmicus hoc modo expressit: *Si dii sunt, quos colitis, cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis?* Et Minutius: *Nonne ridiculum est*, inquit, *vel lugere, quod colas; vel colere, quod lugeas?* Id etiam expressit Athenagoras *Legat.*, pag. 52, et rursus pag. 114. Idem Diagoræ factum commemorat ejusdem libri pag. 18, 19. Cui adde Scholiasten in Aristophanis *Nub.* act. 3, sc. 1, p. 173.

(15) Ἀτάρ. Αὐτάρ, Nov.

(16) *Παρασκευάσαι κατ' αὐτὸν, εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκεν.* Procul dubio, facta post παρασκευάσαι interpunctione, legendum, καὶ αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ ἐνέθηκε. SYLBURG. Vel potius, κἀτ' αὐτὸν, etc.

(17) *Θλαδίαν.* Θλασίαν, Nov.

(18) *Τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως.* Explicationem hujusce commatis prolixe infra in *Pædagogo* invenies, lib. II, c. 10. SYLBURG. — Theodoretus, Τὸ ἄγονον, inquit, τῆς ψυχῆς διὰ τούτων αἰνίττεται· *Animæ sterilitatem per hæc innuit.* Cæterum Clemens hanc interpretationem, ut alias solet, e Philone Judæo sumpsit: is enim lib. *De nominum mutat.*, p. 1076, hæc dicit: Τεθλασμένοι γὰρ τὰ γεννητικὰ τῆς διανοίας, ἢ καὶ τελείως ἀποκοπέντες, οἱ τὸν ἴδιον νοῦν καὶ αἴσθησιν ἀποσεμνύνοντες, ὡς μόνα τῶν κατ' ἀνθρώπους αἴτια πραγμάτων· ἢ οἱ πολυθεΐας ἔρασταὶ, καὶ τὸν πολύθεον ἐκτετιμηκότες θίασον, οἱ ἐκ πόρνης γεγονότες, τὸν ἕνα ἄνδρα καὶ πατέρα φιλαρέτου ψυχῆς Θεὸν οὐκ εἰδότες, ἀρ' οὐκ εἰκότως ἐλαύνονταί τε καὶ φυγαδεύονται; *Nam illi, quibus proli-*

ficæ partes mentis contusæ sunt, vel penitus abscissæ, hoc est, qui proprium intellectum et sensum extolluni, ut solas humanarum rerum causas; vel illi, qui multitudinem deorum amplexi sunt, et deorum ritus celebrant, ex meretrice scilicet nati, quippe qui Deum solum probæ animæ maritum et patrem, non agnoscunt, nonne merito abiguntur et fugantur?

(19) *Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ.* Duo priores ex his quatuor versibus Euripidis sunt, ut monet Clemens ipse lib. v. Athenagoras citat in *Legat. pro Christianis*, et Cicero lib. II *De natura deorum:*

D *Vides sublime fusum immoderatum æthera,*
Qui tenero terram circumjectu amplectitur,
Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

Jo. Villiomarus in *Titium* VIII, 17, legit, *Vides sublime sursum*, non *fusum*, id est ὑψοῦ· et *immoderatum* ἄπειρον significare ait. Ennius item:

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes
Jovem.

Alii legunt, *sublimem æthera, quem vocant Jovem.* COLLECT. — Hos versus ex Euripide recitat Clemens infra *Protrept.*, p. 46, *St.* V, p. 603; Stobæus *Eclog. Phys.*, lib. I, tit. 3; Heraclides Ponticus, lib. *De allegoriis Homericis.*

(20) Ὦ γῆν ὄχ. Rectius,

Ὦ γῆς ὄχημα, κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν.

(21) *Εἰσιδεῖν.* Legitur in vulg. editionibus δυστόπαστος εἰδέναι. SYLBURG. — Superioris versiculi emendationem firmat ms. Nov. in quo γῆς pro γῆν, ἔχων pro ἔχονθ' occurrit.

Digitized by Google

lii. Sed pravæ quædam rectoque alienissimæ et manifeste perniciosæ sententiæ, hominem, cœlesti stirpe prognatum, abduxerunt a cœlesti vita, et persuaserunt in creaturas terrenas adhærescere, sicque humi prostraverunt. Alii enim cœlorum contemplatione decepti sunt, et, solos oculos in consilium assumentes, conspectis astrorum motibus statim admiratione capti, illa in numerum deorum retulerunt, et deos a cursu nominarunt: hinc Indi soli, Phryges lunæ divinos honores tribuerunt. Alii vero, quod felicibus terrestrium plantarum fructibus vitam sustentarent, frumentum quidem appellavere Cererem, ut Athenienses; vitem vero Bacchum, ut Thebani. Alii, scelerum suorum conscientia stimulati, pœnis et calamitatibus divinitatem tribuerunt. Atque hinc scenici poetæ Furias et Eumenides, aliosque piaculares, ac malorum vindices et ultores deos commenti sunt. Nec defuerunt philosophi, qui poetarum exemplo vestrorum affectuum formas, veluti Timoris, Amoris, Gaudii et Spei, coluerint; quemadmodum priscus ille Epimenides Contumeliæ et Impudentiæ altaria Athenis constituit. Aliæ vero ex ipsis rebus natæ, effinguntur specie corporea, et in deos referuntur: veluti illæ Atheniensium deæ, Justitia, et Clotho, et Lachesis, et Atropos, et Parca, et Auxo, et Thallo. His adjiciam sextam introducendi has fraudes, et deorum numerum augendi rationem, qua duodecim deos numerant; quo referendi sunt etiam de quorum ortu *Theogoniam* suam scripsit Hesiodus, et quæcunque Homerus de diis disseruit. Superest adhuc postrema (sunt enim omnino septem) quæ a divinis erga homines beneficiis emanavit. Nam cum Deum, a quo bona ipsis tribuun-

A νοιαι δὲ ἡμαρτημέναι καὶ παρηγμέναι τῆς εὐθείας, ὀλέθριαι ὡς ἀληθῶς (22), τὸ οὐράνιον φυτὸν τὸν ἄνθρωπον, οὐρανίου ἐξέτρεψαν διαίτης, καὶ ἐξετάνυσαν ἐπὶ γῆς (23), γηΐνοις προσανέχειν ἀναπείσασαι πλάσμασιν. Οἱ μὲν γὰρ (24), εὐθέως ἀμφὶ τὴν οὐρανοῦ θέαν ἀπατώμενοι, καὶ ὄψει μόνῃ πεπιστευκότες, τῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις ἐπιθεώμενοι, ἐθαύμασάν τε καὶ ἐξεθείασαν, θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν (25) ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας· καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοί, καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. Οἱ δὲ, τῶν ἐκ γῆς φυομένων τοὺς ἡμέρους δρεπόμενοι καρποὺς, Δηὼ τὸν σῖτον, ὡς Ἀθηναῖοι, καὶ Διόνυσον τὴν ἄμπελον, ὡς Θηβαῖοι, προσηγόρευσαν. Ἄλλοι, τὰς ἀμοιβὰς τῆς κακίας ἐπισκοπήσαντες, θεοποιοῦσι, τὰς ἀντιδόσεις (26) προσκυνοῦντες, καὶ τὰς συμφοράς· ἐντεῦθεν τὰς Ἐριν-
B νύας καὶ τὰς Εὐμενίδας, παλαμναίους τε καὶ προστροπαίους (27), ἔτι δὲ ἀλάστορας, ἀναπεπλάκασιν οἱ ἀμφὶ τὴν σκηνὴν ποιηταί. Φιλοσόφων δὲ ἤδη τινὲς, καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς ποιητικοὺς, τῶν ἐν ὑμῖν παθῶν ἀνειδωλοποιοῦσι τύπους, τὸν Φόβον, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὴν Χαρὰν, καὶ τὴν Ἐλπίδα· ὥσπερ ἀμέλει καὶ Ἐπιμενίδης ὁ παλαιὸς, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας (28) Ἀθήνησιν ἀναστήσας βωμούς. Οἱ δὲ, ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενοι τῶν πραγμάτων, ἐκθεοῦνται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ σωματικῶς ἀναπλάττονται· Δίκη τις, καὶ Κλωθὼ, καὶ Λάχεσις, καὶ Ἄτροπος, καὶ Εἱμαρμένη, Αὐξώ τε, καὶ Θαλλὼ, αἱ Ἀττικαί. Ἕκτος ἐστὶν εἰσηγητικὸς τρόπος ἀπάτης, θεῶν περιποιητικὸς, καθ' ὃν ἀριθμοῦσι θεοὺς τοὺς δώδεκα· ὧν καὶ Θεογονίαν Ἡσίοδος ᾄδει τὴν αὐτοῦ· καὶ ὅσα θεολογεῖ Ὅμηρος. Τε-
C λευταῖος δὲ ὑπολείπεται (ἑπτὰ γὰρ οἱ ἅπαντες οὗτοι τρόποι) ὁ ἀπὸ τῆς θείας εὐεργεσίας τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους καταγινομένης ὁρμώμενος. Τὸν γὰρ εὐερ-

(22) *Ὡς ἀληθῶς.* Priores editiones hæc verba connectunt cum præcedente ὀλέθριαι, quæ referre ad φυτὸν οὐράνιον, quod sequitur, suadent alia Clementis verba, hujus libri pag. 63: Τὸν ἄνθρωπον, inquit, ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ Θεοῦ. *Hominem, qui ad cœli contemplationem natus est, et vere est planta cœlestis, ad Dei cognitionem hortamur.*

(23) *Ἐξετάνυσαν ἐπὶ γῆς.* Phrasis Homerica ex Il. P, v. 58:

Βόθρου τ' ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ.

(24) *Οἱ μὲν γάρ.* Deorum originem septem causis tribuit. 1 Cœlestium corporum splendori, quem mirati homines, ea in deos retulerunt; 2 frugibus terræ inventis; 3 scelerum pœnis in malefícos irrogatis; 4 humanis affectibus in deos relatis; 5 humanæ vitæ casibus corporea specie descriptis; 6 poetarum fabulis; 7 beneficiis humano generi per divinam Providentiam collatis.

(25) *Θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν.* Plato in *Cratylo* existimare se dicit sidera, quibus solis Barbari et Græci veteres divinos honores solvebant, primo θεοὺς dictos fuisse, tanquam ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, *quæ perpetuo cursu ferantur;* dein id nominis ad alios deos venisse. Plutarchus, lib. *De Iside et Osir.*, pag. 375, dicit omnibus diis a duabus vocibus, θεατοῦ, *spectabili*, et θέοντος, *currente*, θεοῦ nomen inditum fuisse. *Etymologici* auctor: Θεός, παρὰ τὸ θέω, τὸ τρέχω, εἰς ὃν πάντες τρέχομεν. Παρὰ τὸ θέω καὶ θεύω, θεὸς, ὡς φωλεύω φωλεός. Οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων, ἀστατοῦσι γὰρ, ἐτίθεσαν τὸ ὄνομα, παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν καὶ κινεῖσθαι. Καὶ ἐπὶ τοῦ χωρὶς τούτων λεγομένου θεοῦ λέγοιτ' ἂν παρὰ τὸ πανταχοῦ εἶναι καὶ περιθεῖν. Clemens, *Strom.* IV, pag. 535, vult θεὸν dici κατὰ τὴν ἀμετάτρεπτον τοῦ ἀεὶ θεῖν τὰ ἀγαθὰ ἕξιν· *propter immutabilem* cursum *quo bona semper fluunt.* Conf. Theophilus Antiochenus non procul a principio lib. I *ad Autolycum.*

(26) *Θεοποιοῦσι, τὰς ἀν.* Hæc sic distinguit Nov.: θεοποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις, προσκυν. *Retributiones in deos referunt, calamitates etiam ipsas adorantes.* Non male.

(27) *Προτροπαίους.* Προστροπαίους, Nov., recte. Nam δαίμονες προστρόπαιοι vel προστροπαῖοι iidem sunt, qui παλαμναῖοι et ἀλάστορες, id est *scelerum ultores.* Suidas: Παλαμναῖος, φονεὺς, ἢ μιαρός .... D καὶ Ζεὺς Παλαμναῖος, ὁ τοὺς τοιούτους τιμωρούμενος· καὶ Προστροπαῖος, ὁ προτρέπων τὸ ἄγος αὐτοῖς. Παλαμναῖος, *homicida, vel piaculo obstrictus. Et Jupiter* Παλαμναῖος, *qui tales punit;* et Προστροπαῖος, *qui piaculum in eos convertit.*

(28) *Ὕβρεως καὶ Ἀναιδ.* Fanum his deabus positum fuisse, non solum altare, memorat Cicero, *De leg.*, lib. II: *Illud vitiosum Athenis, quod Cylonis scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum et Impudentiæ.* At vero, referente Pausania, in *Atticis*, ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες· τὸν μὲν Ὕβρεως, τὸν δὲ Ἀναιδείας, αὐτοὶ ὀνομάζουσι· *Ex argento lapides, quibus insistunt, cum qui rei* in Areopagit. foro, *tum qui actores, illum Contumeliæ, istum Impudentiæ vocant.* Quo loco, pro Ἀναιδείας, Ἀναιτίας, *innocentiæ*, perperam substitui, Ciceron. ac Clement. verba manifestum faciunt.

Digitized by Google

γετοῦντα μὴ συνιέντες Θεὸν, ἀνέπλασάν τινας σωτῆ- A
ρας Διοσκούρους, καὶ Ἡρακλέα ἀλεξίκακον, καὶ
Ἀσκληπιὸν ἰατρόν. Αὗται μὲν αἱ ὀλισθηραί τε καὶ
ἐπιβλαβεῖς παρεκβάσεις τῆς ἀληθείας, καθέλκουσαι
οὐρανόθεν τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἰς βάραθρον περιτρέ-
πουσαι. Ἐθέλω δὲ ὑμῖν ἐν χρῷ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς
ἐπιδεῖξαι, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσὶν, ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς πλά-
νης λήξητε, αὖθις δὲ παλινδρομήσητε εἰς οὐρανόν·
Ἦμεν γάρ που καὶ ἡμεῖς τέκνα ὀργῆς (29), *ὡς καὶ*
οἱ λοιποί· ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ
τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς,
ὄντας ἤδη νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν, συνεζωο-
ποίησεν τῷ Χριστῷ. Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος, καὶ συνταφεὶς Χριστῷ, συνυψοῦται Θεῷ (30). Οἱ δὲ ἔτι ἄπιστοι
τέκνα ὀργῆς ὀνομάζονται, τρεφόμενα ὀργῇ (31)· ἡμεῖς
δὲ οὐκ ὀργῆς (32) θρέμματα ἔτι, οἱ τῆς πλάνης ἀπε- B
σπασμένοι, ἅῖσσοντες δὲ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Ταύτῃ τοι
ἡμεῖς οἱ τῆς ἀνομίας υἱοί ποτε, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν
τοῦ Λόγου νῦν υἱοὶ γεγόναμεν τοῦ Θεοῦ· ὑμῖν δὲ καὶ
ὁ ὑμέτερος ὑποδύεται ποιητὴς ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμ-
πεδοκλῆς·

Τοιγάρ τοι χαλεπῆσιν ἀλύοντες κακότησιν,
Οὔ ποτε δειλαίων ἀχέων λωφήσετε θυμόν.

Τὰ μὲν δὴ πλεῖστα μεμύθευται καὶ πέπλασται περὶ
θεῶν ὑμῖν· τὰ δὲ καὶ ὅσα γεγενῆσθαι ὑπείληπται,
ταῦτα δὲ περὶ ἀνθρώπων αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶς βε-
βιωκότων ἀναγέγραπται·

Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων. Τί πλανᾶσθε; βροτέων παύσα- C
[σθε (33) *μάταιοι,*
Καλλίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.

tur, ignorarent, commenti sunt quosdam servatores Dioscuros, et Herculem malorum averruncum, et Æsculapium medicum. Atque hactenus de lubricis et exitiosis egressibus a veritate, quibus homines a cœlo detrahi, et in barathrum impelli solent. Restat nunc ut interius vobis ostendam qui qualesque fuerint dii vestri: ut, ab his erroribus tandem aliquando desistentes, in cœlum revertamini: *Eramus enim et nos filii iræ, sicut et cæteri; Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum jam essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo*[31]. Vivens enim Verbum, et consepultum Christo, una cum Deo extollitur. Qui vero adhuc in sua infidelitate persistunt, *filii iræ* vocantur, ut qui ad iram Dei subeundam nutriantur. Nos autem, qui, errore liberati, totis viribus ad veritatem contendimus, nequaquam adhuc iræ filii sumus. Quocirca nos, qui quondam improbitatis filii fuimus, jam per Verbi clementiam Dei filii sumus facti; vos autem vester etiam poeta Empedocles Agrigentinus incessit:

Quamobrem importunis excruciati vitiis,
Nunquam acerbis animum doloribus levabitis.

Et quæ de vestris diis traduntur, maxima quidem ex parte ficta sunt et commentitia: cætera autem quæcunque vere gesta fuisse putantur, ad alium neminem pertinuisse memorantur, quam homines libidine atque omnibus vitiis infames.

Cum fastu miseri erratis, verique relicto
Tramite, per sentes fugitis, perque horrida spinis
Devia. Quorsum isthæc? studiis absistite vanis,

Mortales, pulsaque diem comprendite nocte.

✠ P. 23 ED. POTTER, 17 ED. PARIS.

[31] Ephes. II, 3, 4, 5.

(29) *Τέκνα ὀργῆς.* In vulgatis editt. Pauli Ephes. II legitur τέκνα φύσει ὀργῆς. SYLBURG. — Sed φύσει omittit etiam versio Æthiopica.

(30) *Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος, καὶ συνταφεὶς Χριστῷ, συνυψοῦται Θεῷ.* Quæri potest, quomodo Λόγος, hoc est Deus Filius, *consepultus Christo, et cum Deo elevatus fuerit?* Quam difficultatem sic tolli posse admonuit vir quidam amicus doctusque, si Λογάς scriberetur pro Λόγος. Illi porro λογάς est *electio*, quam pro *electis* ac fidelibus Dei servis sumi posse arbitrabatur: hos autem in baptismo cum Christo sepeliri, et resurgere, sæpe affirmant post Paulum scriptores veteres recentesque. At vero hæc vox nec in ullo Clementis codice habetur, nec pro *electis* usurpari solet; quos Græci auctores ἐκλεκτούς vocant, raro aut nunquam λογάδα. Itaque hac mutatione non tam solvitur nodus, quam secatur. Sit igitur hoc loco, ut alias, Λόγος, divina Jesu persona: Logos autem *consepultus Christo* dicitur, quia secundum humanam naturam mortuus ac sepultus fuit; *cum Deo* vero *extollitur*, quia divinæ naturæ virtute resurrexit: quemadmodum a Petro dicitur θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι· *mortificatus quidem carne, vivificatus vero spiritu*, I Pet. III, 18. Nam hoc loco, ut sæpe alias, πνεῦμα oppositum σαρκὶ, divinam Christi naturam significat. Nec vero insolens est, quod dicitur Λόγος sepultus fuisse; cum ei, propter unionem ad humanam naturam, humanos affectus tribuere soleant, cum alii, tum etiam Clemens; ut cum dicit: Τὸν Λόγον τὸν ὑπὸ πολλῶν ἐκχεόμενον, *Logon pro multis effusum*, *Pæd.* lib. II, c. 2, p. 158. Ubi Logon sumit pro Logi incarnati sanguine. Qua ratione Patres Ephesini B. Virgini non solum Χριστοτόκου, sed etiam Θεοτόκου, nomen jure deberi contra Nestorium statuerunt. Posset etiam dici Λόγος Christo consepultus fuisse, quia humanam naturam ne mortuam quidem deseruit. Quod multi Patres clare affirmant. Gregorius Nyssenus, orat. 1, *De resur.*: Τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος ἡ θεότης ἐκουσίως διέζευξεν, ἑαυτὴν δὲ ἐν ἀμφοτέροις μένουσαν ἔδειξεν· *Animam quidem deitas a corpore voluntarie separavit, se vero in utroque manentem clare ostendit.* Augustinus, *Tract. in Joan.* 47, negat quidquam ultra *fecisse mortem* Christi, *nisi* quod *corpus ab anima separavit.* Leo, serm. 1, *De resurr.*: *Deitas, quæ ab utraque susceptī hominis substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate conjunxit.* Fulgentius, *ad Trasimund.* lib. III, c. 34: *Non est Deus ab humanitate, quam susceperat, separatus; qui et in anima sua fuit, ut solutis inferni doloribus ab inferno victrix rediret, et in carne fuit, ut celeri resurrectione corrumpi non posset.*

(31) *Τρεφόμενοι ὀργῇ.* Similis phrasis occurrit hujusce libri pag. 70, θανάτῳ τρεφόμενοι, *ad mortem*, hoc est, ut moriantur, *nutriti*: quod de avibus saginatis dicitur. Item, p. 69, εἰς ὕλας τρεφομένη, *nutrita* ut ignis *materia* fiat. Iterum *Pædag.* lib. II, cap. 1, pag. 144: Βοσκημάτων δίκην πιαινόμενον, θανάτῳ τρέφεσθαι· *pecudum more saginatum, morti nutriri.*

(32) *Ἡμεῖς δὲ οὐκ ὀργ.* Particulam δὲ non agnoscunt editt. Victorii et Sylburgii; nos tamen retinuimus, quod occurrat in Nov.

(33) *Τί πλανᾶσθε; βροτέων παύσασθε. Desistite ab humanis*, studiis scilicet, aut simile quid. A et H

Digitized by Google

✠ Hæc nobis præcipit Sibylla, utriusque artis, prophetic æ atque poeticæ, scientia insignis; præcipit etiam ipsa veritas, quæ deorum turbam exuit his terribilibus larvis, quæ stuporem imperitis incutiunt; et opiniones temere conceptas, detecta nominum similitudine, redarguit. Est enim a nonnullis memoriæ proditum, tres Joves fuisse; quorum unus ab Æthere in Arcadia; cæteri autem duo a Saturno, hic quidem in Creta, alter vero rursus in Arcadia, oriundi sunt. Sunt etiam, a quibus quinque Minervæ celebrantur: prima quidem Atheniensis Vulcani filia; secunda Ægyptia, Nili; tertia Saturni, cui bellicæ artis inventio tribuitur; quarta Jovis, quam Messenii de matris suæ nomine Coryphasiam appellaverunt; postrema, Pallantis et Titanidis Oceani filia, quæ cum patrem suum impie trucidasset, ejus pelle, tanquam ovino vellere, se ornavit. Quin etiam Aristoteles Apollinem primum, Vulcani et Minervæ (actum est igitur de virginitate Minervæ); secundum Creticum, Corybantis; tertium, Jovis; quartum Arcadem, Sileni (eum Arcades Nomium vocant); quintum denique, Libycum, Ammonis filium, recenset; quibus Didymus grammaticus subjungit sextum, Magnete genitum. Nunc vero quot habemus Apollines? multitudo nobis est propemodum infinita mortalium hominum; qui quod humanum genus adjuverint, eo nomine, pariter ac cæteri jam prædicti, gaudent. Quid vero, si Æsculapios vobis omnes, aut Mercurios, aut Vulcanos, qui in fabulis memorantur, recensere pergam? nonne nimius esse videbor, vestrasque aures ipsa nominum multitudine obruam? Transeundum igitur ad patrias, artes, vitas, et ipsa denique sepulcra vestrorum deorum; quæ singula satis convincunt eos fuisse homines. Mars autem, qui a poetis summo in honore habitus est:

A Ταῦτα ἡμῖν ἡ προφητικὴ παρεγγυᾷ καὶ ποιητικὴ Σίβυλλα· παρεγγυᾷ δὲ καὶ ἀλήθεια, γυμνοῦσα τῶν καταπληκτικῶν τουτωνὶ καὶ ἐκπληκτικῶν προσωπείων, τὸν ὄχλον τῶν θεῶν, συνωνυμίαις τισὶ τὰς δοξοποιίας διελέγχουσα. Αὐτίκα γοῦν εἰσιν, οἱ τρεῖς τοὺς Ζῆνας ἀναγράφουσιν· τὸν μὲν Αἰθέρος, ἐν Ἀρκαδίᾳ, τὸ δὲ λοιπὸ τοῦ Κρόνου παῖδε· τούτοιν τὸν μὲν ἐν Κρήτῃ, θάτερον δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλιν. Εἰσὶ δὲ, οἱ πέντε Ἀθηνᾶς (34) ὑποτίθενται· τὴν μὲν Ἡφαίστου τὴν Ἀθηναίαν, τὴν δὲ Νείλου τὴν Αἰγυπτίαν τρίτην τοῦ Κρόνου, τὴν πολέμου εὑρέτιν· τετάρτην τὴν Διὸς (35), ἣν Μεσσήνιοι Κορυφασίαν (36) ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπικεκλήκασιν· ἐπὶ πᾶσι, τὴν Πάλλαντος καὶ Τιτανίδος τῆς Ὠκεανοῦ· ἣ, τὸν πατέρα δυσσεβῶς καταθύσασα, τῷ πατρῴῳ κεκόσμηται δέρματι, ὥσπερ B κωδίῳ. Ναὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστοτέλης πρῶτον Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, (ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι παρθένος ἡ Ἀθηνᾶ·) δεύτερον ἐν Κρήτῃ, τὸν Κορύβαντος (37)· τρίτον τὸν Διός· καὶ τέταρτον τὸν Ἀρκάδα, τὸν Σιληνοῦ· (Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν·) ἐπὶ τούτοις, τὸν Λίβυν καταλέγει, τὸν Ἄμμωνος· ὁ δὲ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς τούτοις ἕκτον ἐπιφέρει, τὸν Μάγνητος. Πόσοι δὲ καὶ νῦν Ἀπόλλωνες; ἀναρίθμητοι (38), θνητοὶ, καὶ ἐπίκουροί τινες ἀνθρωποι εἰσιν, οἱ παραπλησίως τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις κεκλημένοι. Τί δ' εἰ σοι τοὺς πολλοὺς εἴποιμι Ἀσκληπιούς; ἢ τοὺς Ἑρμᾶς τοὺς ἀριθμουμένους, ἢ τοὺς Ἡφαίστους τοὺς μυθολογουμένους; μὴ καὶ περιττὸς εἶναι δόξω, τὰς ἀκοὰς ὑμῶν τοῖς πολλοῖς τούτοις ἐπικλύζων ὀνόμασιν; Ἀλλ' ἄγε πατρίδες αὐτοὺς, καὶ αἱ τέχναι, καὶ οἱ βίοι, πρὸς δέ γε καὶ οἱ τάφοι, ἀνθρώπους γεγονότας διελέγχουσιν. Ἄρης γοῦν, ὁ καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ὡς οἷόν τε, τετιμημένος,

Mars, Mars, hominum pestis, sanguinarie mœniorum eversor:

Ἄρες (39), Ἄρες, *βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.*

✠ P. 24 ED. POTTER, 18 ED. PARIS.

malunt τί πλανᾶσθε, βρότοι; παύσασθε μάταιοι. Sylburg. — Quam emendationem firmat Nov. At vero Theophilus Antiochenus sub finem lib. II *Ad Autol.*, nos versus sic descripsit:

Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε· βροτοὶ παύσασθε μάταιοι
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ, καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.

Fastu et furore perciti incessistis, et callem
Rectum deserentes abiistis, ac per spinas
Et per vepres errastis: Mortales cessate vani
Errantes in tenebris, et in obscura nigraque nocte:
Relinquite tenebras noctis, et lucem apprehendite.

(34) *Οἱ πέντε Ἀθηνᾶς.* Locum de quinque Minervis latius ex Cicerone declarat Petrus Victorius, *Var. lect.*, lib. II, cap. 15. Sylburg. — Julius Firmicus, *De errore prof. relig.: Quinque Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est, Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Ægypto, Nili regis filia, textrinæ artis magistra. Tertia vero, patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant; nam nunquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum, et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta, Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit liberum. Quinta, Pallante*, etc., quæ mox sequentur.

(35) *Τὴν Διός.* Τοῦ Δ., Nov.

(36) *Κορυφασίαν.* De Minerva Coryphasia vide P. Victorium lib. II, cap. 15, qui locum Pausaniæ ex *Messeniacis* consentientis cum Clemente profert. Quod vero Minerva quinta patris pelle se induerit D tanquam ægide, Julius Firmicus, cap. 17 *De err. prof. relig.: Quinta Minerva Pallante patre et Titanide matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amentia furoris, et vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte juguluit. Nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est.* Cicero, III *De nat.: Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt.* Isacius Tzetzes, in *Lycophronem:* Πάλλαντα τὸν ἴδιον πατέρα πτερωτὸν ὑπάρχοντα, διάζοντα αὐτὴν, ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλετο, καὶ τὰ πτερὰ τούτου τοῖς ποσὶν αὐτῆς προσήρμοσεν. Collect.

(37) *Κορύβαντος.* Κύρβαντος, Nov.

(38) *Ἀναρίθμητοι.* Ἐναρίθμητοι, Nov.

(39) *Ἄρες.* Homeri *Il.*, E, vers. 31. Mox eum ve-

Digitized by Google

Ὁ ἀλλοπρόσαλλος οὗτος καὶ ἀνάρσιος, ὡς μὲν Ἐπίχαρμός φησι, Σπαρτιάτης ἦν· Σοφοκλῆς δὲ Θρᾷκα οἶδεν αὐτόν· ἄλλοι δὲ Ἀρκάδα. Τοῦτον δὲ Ὅμηρος δεδέσθαι φησὶν ἐπὶ μῆνας τρισκαίδεκα·

Τλῆ μὲν (40) *Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ'*
[Ἐφιάλτης,
Παῖδες Ἀλωῆος, δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ·
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.

Πολλὰ κἀγαθὰ Κᾶρες σχοῖεν, οἳ καταθύουσιν αὐτῷ τοὺς κύνας! Σκύθαι (41) δὲ, τοὺς ὄνους ἱερεύοντες μὴ παυέσθων, ὡς Ἀπολλοδωρός φησι, καὶ Καλλίμαχος·

Φοῖβος (42) *Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται* (43)
[ἱροῖς.

Ὁ αὐτὸς δὲ ἀλλαχοῦ·

Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι (44).

Ἥφαιστος δὲ, ὃν ἔρριψεν (45) ἐξ Ὀλύμπου Ζεὺς, *βηλοῦ ἀπὸ θεσπεσίοιο ἐν Λήμνῳ καταπεσών*, ἐχάλκευε (46), πηρωθεὶς τὼ πόδε·

... ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.

Ἔχεις καὶ ἰατρὸν, οὐχὶ χαλκέα μόνον ἐν θεοῖς. Ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς (47) ὄνομα αὐτῷ. Καί σοι τὸν σὸν παραθήσομαι ποιητὴν, τὸν Βοιώτιον Πίνδαρον·

Ἔτραπεν κἀκεῖνον (48) *ἀγάνορι μι-*

A ✠ Ille, inquam, *qui nunc has, nunc illas partes sequitur*, et *in hostes insurgit*, tradente Epicharmo, Spartanus erat; Sophocles autem Thracem, et alii Arcadem fuisse produnt. Homerus eumdem *vincula tredecim menses perpessum* memorat :

Et Mars sustinuit, cum eum Otus, fortisque
[Ephialtes,
Filii Aloei, forti vinculo ligarunt :
Æneo autem in carcere ligabatur tredecim menses.

Bene vertat Caribus, quod canes ei sacrificant. Scythæ asinos immolare ne desinant; cujus sacri meminit Apollodorus, itemque Callimachus :

Phœbus Hyperboreis asinorum immolationibus
[exoritur.

Idem vero alio in loco.

B *Delectant Phœbum pingues asinorum mactationes.*

Vulcanus autem, quem Jupiter ex Olympo *deturbavit, a limine divino*, cum *in Lemnum cecidisset*, ærariam exercuit, mutilatus pedibus,

... graciles autem illi tibiæ fluebant.

Nec solum æris fabrum, sed etiam medicum habes inter deos. Is vero avarus erat, et nomen habuit Æsculapii. Testis sit tuus poeta, Bœotius Pindarus :

Pervertit enim et illum ingenti mer-

✠ P. 25 ED. POTTER, 18 ED. PARIS.

cat ἀλλοπρόσαλλον, quæ vox Homerica est, ex *Il.* E, v. 830 :

. . . . . *μηδ' ἄζεο θοῦρον Ἄρηα*
Τοῦτον μαινόμενον, τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσ-
[αλλον.
. . . . . *ne timeas impetuosum Martem*
Hunc furentem; natum malum, subinde partes mu-
[tantem.

Et ibidem, vers. 889 :

Μήτι μοι, ἀλλοπρόσαλλε, παρεζόμενος μυρίζε·
Ne juxta me sedens, qui partes subinde mutas, la-
[menteris.

Ἀνάρσιος est etiam Homerica vox. *Iliad.* Ω, v. 365 :

. . . *δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι ἐγγὺς ἔασιν.*
. . . *infesti et hostiles prope sunt.*

(40) *Τλῆ μέν.* Ex *Iliad.* E, v. 385. In vers. 1. Ἐφιάλτης Homer.

(41) *Σκύθαι.* Hyperboreos in Scythia Apollini asinos sacrificasse testatur Pindarus Pyth., *Od.* 10. Ad quem locum Scholiastes Græcus posteriorem ex his Callimachi versibus citavit. Conf. etiam Antonii Liberalis *Metamorph.*, cap. 20, quo commemorat, quomodo Apollo Cleinidem, ejusque familiam punivit, eo quod Hyperboreorum ritu asinos ei Babylone mactare vellent.

(42) *Φοῖβος.* Φόβος Nov., mendose.

(43) *Ἐπιτέλλεται.* Anna T. Fabri filia in suis ad Fragmenta Callimachi notis ait : « Pater meus amantissimus putabat legendum ἐπιτέρπεται. Vel fortasse ἐπιτέλλεται significat *adest propitius et faxens.* » Ricardus Bentleius, ibid. : « Placet eorum conjectura, qui pro ἐπιτέλλεται scribunt ἐπιτέρπεται. Nisi sic potius interpreteris, sacra illa fieri solita esse sub solis ortum. Ergo ἐπιτέλλεται, *exoritur.* »

(44) *Ὀροσφαγίαι.* Arnobius, lib. IV *De Marte : Quis ei canes ab Curibus, quis ab Scythis asinos immolari? non principaliter cum cæteris Apollodorus?* COLLECT.

C (45) *Ὃν ἔρριψ.* Hunc locum sic interpunxit Nov. ὃν ἔρριψεν ἐξ Ὀλύμπου Ζεὺς βηλοῦ ἀπὸ θεσπεσίοιο, ἐν Λήμνῳ κατ. *Quem deturbavit e limine cœlesti Jupiter, cum in Lemnum cecidisset*, etc. Quem sensum præbet Homerus, cujus *Iliad.* A, v. 590, Vulcanus de Jove hæc dicit :

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.

(46) *Ἐχάλκευε.* Homerus *Il.* Σ, v. 410, de Vulcano ait :

... ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη
Χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.

(47) *Ἀσκληπιός.* Eo pertinent sequentes Pindari versus, ut ostendatur Æsculapius fulmine ictus, quod auro corruptus mortuum quemdam ad vitam revocasset. Pindari Scholiastes ad loc. : Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς, ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι Καπανέα· οἱ δὲ Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον. Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ· οἱ δὲ διὰ τὸ τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι· οἱ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα· Φίλαρχος, ὅτι τοὺς Φοινείδας ἴασατο· Φερεκύδης δὲ, ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίει. Conf. Plato, *Polit.* III; Cicero, *De nat. deor.*, l. III; Plinius, *Hist. nat.*, l. XXXIX, c. 1; Arnobius, *Adv. Gent.*, l. IV.

(48) *Ἔτραπε κἀκεῖνον.* Locus est ex ode 3 *Pythiorum*, antist. 3, quem disposuimus, ut in editionibus vulgatis reperitur : sed illa non satis tuto vertit Hervetus,

Ῥίψας δὲ ἀμφοῖν ἀμπνοὰς
Στέρνων,

manus per ambas. N. Sudorius, qui versu reddidit, eleganter :

Phœbigenæ certe perstrinxit lumina fulvo
Nitore, et illum blanda merces impulit,

Digitized by Google

cede auram in manibus apparens,
Virum e morte ut reduceret
Iam captum. Manibus igitur Saturnius fulmen
Jaculatus per utrumque, respirationem
Pectorum abstulit
Celeriter, ardensque fulmen inflixit mortem.

✠ Et Euripides :

Jupiter enim interfecto filio meo auctor fuit,
Æsculapio, pectoribus immisso fulmine.

9 Hic igitur ictus fulmine jacet in finibus Cynosuridis. Philochorus etiam tradit Neptunum medicum in Teno coli; et Saturnum situm esse in Sicilia, atque illic fuisse sepultum. Patrocles Thurius, et junior Sophocles tribus tragœdiis contexuit historiam de Dioscuris. Hi autem Dioscuri fuere mortales homines, si Homerus dignus sit, cui fides habeatur :

... Hos autem jam tenebat terra mater animantium,
In Lacedæmone, quæ chara ipsis patria fuit.

Accedat etiam, qui Cypriaca poemata scripsit :

Castor quidem mortalis, et mors ipsi fato decreta est :
Immortalis autem Pollux, progenies Martis.

Quod ille quidem poetico more fabulatus est; sed Homerus fide dignior est, qui de utroque Dioscuro ioquitur, et ipsum præterea Herculem, idolum esse ostendit :

Virum Herculem, magnorum scientem operum.

Hinc satis constat, Herculem ab ipso Homero mortalem hominem habitum fuisse. Quin etiam

✠ P. 26 ED. POTTER, 19 ED. PARIS.

Jupiter iratus redivivi pectora Glauci,
Et insolentis rupit Æsculapii
Fulmine, quod toto connixus corpore torsit;
Illosque adustos liquit audax spiritus.

Scholiastes Græcus, ὥστε ἐνσκῆψαι βέλος δι' ἀμφοτέρων τῶν μαστῶν, ἢ τῶν πλευρῶν, δι' αὐτοῦ τε τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ ἰατρευθέντος. Utrumque ergo occidit Jupiter, et Æsculapium, et eum qui ab eo fuerat curatus, sive ille fuerit Glaucus, sive Hippolytus, sive Tyndarus, ut varii tradunt. Athenagoras, in *Legatione*, hunc etiam locum gentibus objicit. COLLECT.

(49) Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἐαλωκότα. Hæc verba in prioribus Clementis editionibus omissa, tandem ex Pindaro supplevit Parisiensis. At vero, cum Athenagoras pag. 116, 117, *Legat.*, et Cyrill. *contra Julian.* lib. 1, pag. 101, quibus locis hos versus laudarunt, eadem omittant, nec agnoscat ms. Nov., verisimile est Clementem ea, seu memoriæ lapsu, seu ut minus ad suum propositum necessaria, præteriisse.

(50) Ῥίψας. Ῥίψαις, Pindar. Mox, ἀμπνοάν, Pindar., Athenag., Cyril. Dein, καθέλεν pro καθεῖλεν, Pindar Paulo post, ἐπέσκηψε pro ἐνέσκηψε, Cyril.

(51) Εὐριπίδης. Hos versus disposuimus, ut initio *Alcestidis* Euripideæ se habent; cum in prioribus Clementis editt. scripti essent, nulla metri ratione habita. Eos porro recitat etiam Cyrillus, loco cit. statim post Pindari versus. In secundo versu Nov. Ἀσκληπιός habet, pro Ἀσκληπιόν.

(52) Ἰατρόν. Hoc nomen Neptuno inditum est, quoniam serpentum multitudinem sustulisset. Quod

A σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς,
ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἑαλωκότα (49). Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων
ῥίψας (50) δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰς
στέρνων καθεῖλεν
ὠκέως· αἶθων δὲ κεραυνὸς ἐνέσκηψε μόρον.

Καὶ Εὐριπίδης (51)·

Ζεὺς γὰρ, κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν, αἴτιος,
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

Οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος ὁρίοις. Φιλόχορος δὲ, ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν (52)· Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ (53), καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι. Πατροκλῆς τε ὁ Θούριος, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳ-
B δίαις, ἱστορείτων (54) τὼ Διοσκούρω πέρι· ἀνθρώπω τινὲ τούτω τὼ Διοσκούρω ἐπικήρω γενέσθην, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος (55) τὸ λελεγμένον·

... τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα,
Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ.

Προσίτω δὲ καὶ τὰ Κυπριακὰ (56) ποιήματα γράψας·

Κάστωρ μὲν θνητὸς, θανάτου (57) δὲ οἱ αἶσα πέπρωται·
Αὐτὰρ ὁ γ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος.

Τοῦτο μὲν ποιητικῶς ἐψεύσατο· Ὅμηρος δὲ, ἀξιοπιστότερος αὐτοῦ, εἰπὼν περὶ ἀμφοῖν τοὺν Διοσκούροιν· πρὸς δὲ, καὶ τὸν Ἡρακλέα εἴδωλον ἐλέγξας·

C Φῶτα γὰρ (58) Ἡρακλέα, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων.

Ἡρακλέα οὖν καὶ αὐτὸς Ὅμηρος θνητὸν οἶδεν ἄνθρωπον. Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφος καὶ τὴν σχέσιν αὐτοῦ

memorat Hesychius Milesius in *Originibus Byzant.*

(53) Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίᾳ. Legendum, Κρόνῳ δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίαν, *Saturno autem impositam esse Siciliam*, ut habet Nov. Non enim Saturnum Siciliæ, sed eam Saturno impositam fuisse fabulantur. Verum in Epiphanii *Ancorato* Jupiter dicitur ταρταρῶσαι τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει, *patrem suum, Saturnum, subjecisse Caucaso monti.* Item *Clementin.*, homil. 5, cap. 23 : Κρόνου γὰρ ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐν γῇ, τάφος τις δείκνυται· *Saturni enim in Caucasiis montibus, non in cœlo, sed in terra, sepulcrum ostenditur.* Mox, τεθάφθαι, pro τετάφθαι, Nov.

(54) Ἱστορείτων. A. rectius ἱστορεῖτον, præsenti tempore. Ibidem A. inavult genit. casu τῶν Διοσκούρων πέρι· vel duali numero, τοῖν Διοσκούροιν. SYLBURG.

(55) Ὅμηρος. *Iliad.* Γ, vers. 243.

(56) Ὁτὰ Κυπριακά. Stobæus tit. 31, *De verecundia*, citat Stasinum in *Cypriacis*, Athæneus lib. VIII et XV dubitat Cypriorum versuum auctor sitne Stasinus, an Hegesias. COLLECT.

(57) Θανάτου. A legendum θάνατον δὲ οἱ αἶσα πέπρωται monuit. SYLBURG.

(58) Φῶτα γάρ. Hic versus reperitur initio lib. Φ *Odysseæ*, ubi narratur Iphiti mors ab Hercule occisi. Cæterum quod Hervetus substituit ἄνθρωπον in locum τοῦ εἴδωλον, Homerus, *Odyss.* M, vocat etiam βίην Ἡρακλείην, εἴδωλον, cum occurrit Ulyssi apud inferos; qui locus ab Homeri reprehensoribus carpitur, et Lucianus inde sumit occasionem irri-

Digitized by Google

ὀφρῦεῖται τοῦ σώματος *μικρὸν* (59). *φριξότριχα*, *ῥωστικόν*· Δικαίαρχος δὲ *σχιζίαν* (60), *νευρώδη*, *μέλανα*, *γρυπὸν*, *ὑποχαροπὸν*, *τετανότριχα*. Οὗτος οὖν ὁ Ἡρακλῆς, δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα ἔτη βεβιωκὼς κατέστρεψε τὸν βίον, διὰ τῆς ἐν Οἴτῃ πυρᾶς κεκηδευμένος. Τὰς δὲ Μούσας, ἃς Ἄλκανδρος Διὸς καὶ Μνημοσύνης γενεαλογεῖ, καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς ἐκθειάζουσι καὶ σέβουσιν· ἤδη δὲ καὶ ὅλαι πόλεις μουσεῖα μὲν ἴζουσιν (61) αὐταῖς Μούσαις· οὔσας θεραπαινίδας ταύτας ἐώνηται Μεγακλὼ, ἡ θυγάτηρ Μάκαρος. Ὁ δὲ Μάκαρ Λεσβίων μὲν ἐβασίλευεν, διεφέρετο δὲ ἀεὶ πρὸς τὴν γυναῖκα· ἠγανάκτει δὲ ἡ Μεγακλὼ ὑπὲρ τῆς μητρός· τί δ' οὐκ ἔμελλε; καὶ Μούσας (62) θεραπαινίδας ταύτας, τοσαύτας τὸν ἀριθμὸν, ὠνεῖται, καὶ καλεῖ Μύσας κατὰ τὴν διάλεκτον τὴν Αἰολέων (63). Ταύτας ἐδιδάξατο ᾄδειν, καὶ κιθαρίζειν τὰς πράξεις τὰς παλαιὰς ἐμμελῶς. Αἱ δὲ, συνεχῶς κιθαρίζουσαι, καὶ καλῶς κατεπᾴδουσαι, τὸν Μάκαρα ἔθελγον, καὶ κατέπαυον τῆς ὀργῆς. Οὗ δὴ χάριν ἡ Μεγακλὼ, χαριστήριον αὐταῖς ὑπὲρ τῆς μητρὸς, ἀνέθηκε στήλας (64) χαλκᾶς, καὶ ἀνὰ πάντα ἐκέλευσε τιμᾶσθαι τὰ ἱερά. Καὶ αἱ μὲν Μοῦσαι, τοιαῖδε· ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Μυρσίλῳ τῷ Λεσβίῳ. Ἀκούετε δὴ οὖν τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν τοὺς ἔρωτας, καὶ τὰς παραδόξους τῆς ἀκρασίας μυθολογίας, καὶ τραύματα αὐτῶν, καὶ δεσμὰ, καὶ γέλωτας, καὶ μάχας· δουλείας τε ἔτι, καὶ συμπόσια· συμπλοκάς τ' αὖ, καὶ δάκρυα, καὶ πάθη, καὶ μαχλώσας ἡδονάς. Κάλει μοι (65) τὸν Ποσειδῶ, καὶ τὸν χορὸν τὸν διεφθαρμένον (66) ὑπ' αὐτοῦ, τὴν Ἀμφιτρίτην, τὴν Ἀμυμώνην, τὴν Ἀλόπην, τὴν Μελανίππην, τὴν Ἀλκυόνην, τὴν Ἱπποθόην, τὴν Χιόνην, τὰς ἄλλας τὰς μυρίας· ἐν αἷς δὴ, καὶ τοσαύταις οὔσαις, ἔτι τοῦ Ποσειδῶνος ὑμῶν ἐστενοχωρεῖτο τὰ πάθη. Κάλει μοι καὶ τὸν Ἀπόλλω (67)· Φοῖβός ἐστιν οὗτος, καὶ μάντις ἁγνὸς, καὶ σύμβουλος ἀγαθός. Ἀλλ' οὐ ταῦτα ἡ Στερόπη λέγει, οὐδὲ ἡ Αἴθουσα, οὐδὲ ἡ Ἀρσινόη, οὐδὲ ἡ Ζευξίππη, οὐδὲ ἡ Προθόη, οὐδὲ ἡ Μάρπισσα, οὐδὲ ἡ Ὑψιπύλη· Δάφνη γὰρ ἐξέφυγε μόνη καὶ τὸν μάντιν, καὶ τὴν φθοράν. Αὐτός τε ὁ Ζεὺς ἐπὶ πᾶσιν ἠκέτω,

A Hieronymus philosophus, quo corporis habitu fuerit enarrans, *parvum* fuisse memorat, *horrentibus capillis*, *firmis viribus*. Dicæarchus vero *quadratum*, *nervosum*, *nigrum*, *naso aquilino*, *subcæsiis oculis*, *promissis capillis*. Atque hic quidem, postquam duos supra quinquaginta annos vixisset, vitam finivit, et in Œtæa pyra funeratus ✠ est. Jam vero Musas, quas Alcander dicit esse Jovis et Mnemosynes filias, reliquique etiam poetæ et scriptores deorum honoribus afficiunt, et totæ civitates exstructis de nomine ipsarum *Muscis* colunt, cum ancillæ essent, mercata est Megaclo Macaris filia. Is autem Macar, cum rex esset Lesbiorum, cum uxore assiduas lites exercebat. Matris vicem vehementer dolebat Megaclo : quid non

B factura erat? Itaque has ancillas totidem numero mercata, Æolica dialecto *Mysas* vocat. Has docuit vetera facta canere, et numerose ad citharam modulari. Illæ vero, cum assidue cithara luderent et dulciter accinerent, Macara permulcebant, ejusque iram sedabant. Cujus in memoriam beneficii Megaclo, ut pro matre gratias referret, illis statuas ex ære consecravit, et per omnia templa honore haberi jussit. Et sunt quidem Musæ hujusmodi. Hanc porro historiam tradit Myrsilus Lesbius. Attendite jam ad vestrorum deorum amores, ad incredibilem, quæ in fabulis habetur, intemperantiam, vulnera, et vincula, et risus, et pugnas; servitutem præterea, et convivia : denique ad complexus, et

C lacrymas, et perturbationes, et impudicas voluptates. Voca huc Neptunum, totumque chorum, qui ab ipso corruptus est, Amphitriten, Amymonen, Alopen, Melanippen, Alcyonen, Hippothoen, Chionen, cum aliis innumeris : quibus tamen omnibus, quamvis tot essent, nondum exsaturata est libido Neptuni vestri. Voca huc quoque Apollinem : is est Phœbus, et castus vates, et bonus consiliarius. At non id Sterope dicit, non Æthusa, non Arsinoe, non Zeuxippe, non Prothoe, non Marpissa, non denique Hypsipyle. Effugit enim sola Daphne et

✠ P. 27 ED. POTTER, 20 ED. PARIS.

dendi deum hunc ex hominibus ascitum, in *Dialogis mortuorum;* nam si ille quoque umbra est vel simulacrum, habetque sûos manes ut cæteri νεκροί, argumento est hominem fuisse. COLLECT.

(59) *Μικρόν*. Pro μικρόν, legendum esse μακρόν, *procerum*, ex A. Gellii lib. I, cap. 1, recte monet Sylb.

(60) *Σχιζίαν*. Hervetus vertit *gracilem*, vel *longis tibiis;* quod σχίζα significet ligna *fissa*, *quæ solent*, inquit, *esse gracilia*. Vid. ejus Commentarium. Quin etiam addit Sylburgius in Indice Græco, *suo idiomate* sudes *appellari*, *qui sunt corpore procero et macro*. Sed quid hoc ad Herculem, omnium hominem robustissimum, quemque hoc loco Clemens νευρώδη vocat? Melius itaque est, quod tradit Salmasius in Tertulliani lib. *De pallio*, pag. 372 : « Σχιζίας, inquit, est quadrati et compacti corporis. Nam σχίζα est corpus ipsum, vel corporis truncus; κορμίας eosdem appellarunt; κορμὸς idem quod σχίζα. »

(61) *Μουσεῖα μὲν ἴζουσιν*. Non male fortasse legerimus μουσεῖα τεμενίζουσιν αὐταῖς. Ibidem mox A, inverso verborum ordine, mavult, ταύτας θεραπαινίδας οὔσας. SYLBURG.

(62) *Μούσας*. Μύσας, Nov.

(63) *Τὴν Αἰολ.* Τῶν Αἰολ., Nov.

(64) *Στήλας*. Omittit Nov.

(65) *Κάλει μοι*. Hæc secutus fuisse videtur Julius Firmicus *De errore prof. relig.* pag. 24 : *Quis Amymonen, quis Menalippen, quis Chionen Hippothoenque corrupit? Nempe deus vester hæc fecisse memoratur.* Ubi legendum *Melanippen* pro Menalippen. Eadem mutatio facienda apud Theophilum Antiochen. *Ad Autolyc.* lib. II, pag. 85. Conf. Justinus M. *Paræn. ad Græcos*, Arnobius, lib. IV, Cyrillus *adv. Julianum* lib. VI, pag. 196.

(66) *Τὸν διεφθαρμένον*. Τῶν διεφθαρμένων Nov. Mox, τὴν Ἀλόπην, τὴν Μελανίππην, τὴν Ἀλκυόνην, omisit, ut videtur, propter voces ὁμοιοτελεύτους redeuntes, negligens librarius.

(67) *Ἀπόλλω*. Julius Firmicus, *loc. cit.*: *Ille, quem volunt veris oculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat, Æthusam rapit, Zeuxippen stuprat, quærit Prothoen, et Arsinoæ adulteræ cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem deum et vitavit et vicit. Daphnen enim divinans et futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare.* Tatianus, *Orat. ad Græc.*,

Digitized by Google

vatem, et vitium. Et post omnes veniat ipse Jupiter, vestra sententia *hominum pater atque deorum*, qui in venerem adeo fuit effusus, ut omnes quidem appeteret, et suam in omnes expleret libidinem. Explebatur igitur mulieribus, non minus quam hircus Thmuitarum capris. Atque tua quidem, Homere, admiror poemata ✠ :

Dixit, et cæruleis supercilibus annuit Saturnius;
Ambrosiæ autem comæ concussæ sunt regis
Capite ab immortali, magnum autem tremefecit
[Olympum.

Venerabilem, Homere, Jovem effingis, et reverendum illi nutum tribuis. At si cestum semel ostenderis, mi homo, arguitur Jupiter, et ejus coma dedecore afficitur. In quantam libidinem processit ille Jupiter, qui tot noctes cum Alcmena transegit in voluptate? Intemperanti enim ne novem quidem noctes sunt longæ : sed potius tota vita breve spatium libidini esset, quo illum nobis malorum averruncatorem deum seminaret. Jovis autem filius erat Hercules, germanus certe Jovis filius, longa illa nocte procreatus : qui quidem duodecim illa certamina non nisi longo tempore absolvit, quinquaginta vero Thestii filias una nocte compressit, tot virginum adulter et sponsus eodem tempore factus : ut ipsum poetæ *infelicem* et *nefarium* non injuria appellent. Longum esset et supervacaneum omnia ejus adulteria, et puerorum stupra recensere. Nam nec a pueris quidem dii vestri abstinuere; quorum unus Hyllam, alius Hyacinthum, alius Pelopem, alius Chrysippum, alius Ganymeden

A ὁ πατὴρ (68) καθ' ὑμᾶς ἀνδρῶν τε θεῶν τε· ὃς τοσοῦτος περὶ τὰ ἀφροδίσια ἐξεχύθη, ὡς ἐπιθυμεῖν μὲν πασῶν, ἐκπληροῦν δὲ εἰς πάσας τὴν ἐπιθυμίαν. Ἐν ἐπίμπλατο γοῦν γυναικῶν, οὐχ ἧττόν ἢ αἰγῶν ὁ Θμουϊτῶν τράγος (69). Καὶ σοῦ, ὦ Ὅμηρε, τεθαύμακα τὰ ποιήματα·

Ἦ, καὶ (70) *κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·*
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν (71)
[Ὄλυμπον.

Σεμνὸν ἀναπλάττεις, Ὅμηρε, τὸν Δία, καὶ νεῦμα περιάπτεις αὐτῷ τετιμημένον. Ἀλλ' ἐὰν ἐπιδείξῃς μόνον, ἄνθρωπε, τὸν κεστὸν (72), ἐξελέγχεται καὶ ὁ Ζεὺς, καὶ ἡ κόμη καταισχύνεται. Εἰς ὅσον διελήλακεν ἀσελγείας ὁ Ζεὺς ἐκεῖνος, ὁ μετ' Ἀλκμήνης τυσαύτας B ἡδυπαθήσας νύκτας; Οὐδὲ γὰρ αἱ νύκτες αἱ ἐννέα (73) τῷ ἀκολάστῳ μακραί· ἅπας δὲ ἔμπαλιν ὁ βίος ἀκρασίᾳ βραχὺς ἦν, ἵνα δὴ ἡμῖν τὸν ἀλεξίκακον σπείρῃ θεόν. Διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς, Διὸς ὡς ἀληθῶς, ὁ ἐκ μακρᾶς γεννώμενος (74) νυκτός· τοὺς μὲν ἄθλους τοὺς δώδεκα, πολλῷ ταλαιπωρησάμενος χρόνῳ· τὰς δὲ πεντήκοντα (75) Θεστίου θυγατέρας νυκτὶ διαφθείρας μιᾷ, μοιχὸς ὁμοῦ καὶ νυμφίος τοσούτων γενόμενος παρθένων· οὔκουν ἀπεικότως οἱ ποιηταὶ σχέτλιον (76) τοῦτον καὶ αἰσυλοεργὸν ἀποκαλοῦσιν. Μακρὸν δ' ἂν εἴη, μοιχείας αὐτοῦ παντοδαπὰς, καὶ παίδων διηγεῖσθαι φθοράς. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ παίδων ἀπέσχοντο οἱ παρ' ὑμῖν θεοί· ὁ μέν τις Ὕλλου (77), ὁ δὲ Ὑακίνθου, ὁ δὲ Πέλοπος (78), ὁ δὲ Χρυσίππου, ὁ δὲ Γανυμήδους C ἐρῶντες. Τούτους ὑμῶν αἱ γυναῖκες προσκυνούντων

✠ P. 28 ED. POTTER, 21 ED. PARIS.

cap. 13 : *Laudo te nunc, o Daphne, quæ Apollinis intemperantiam vicisti, et divinationem ejus redarguisti : siquidem eventuri tibi casus ignarus, nihil arte sua fructus percepit.* Conf. idem, c. 33; Cyrillus etiam, *loc. cit.*; Ovid., *Metam.* I.

(68) *Πατήρ.* Homeri hemistichium, quod occurrit *Iliad.* A, vers. 544, et sæpe alias.

(69) *Ὁ Θμουϊτῶν τράγος.* Had. Junius, cent. III, 93. *Thmuitarum hircus* de mulieroso homine, in quem adhiniunt quodammodo scorta, ad unius nutum parata. D. Clemens, *Protreptico*, loquens de Apolline, ὁ Θμουϊτῶν τράγος. Est autem, Thmuis, oppidum Ægypti, Stephano teste. Eusebius et Nicephorus Phileæ meminerunt Thmuitarum episcopi. D. Hieronymus, II *adversus Jovinianum*, urbes ait in Ægypto ex animalium vocabulis nuncupari, Leonto, Busiris, Thmuis, quod interpretatur *hircus.* COLLECT. Ὀθμουϊτῶν τράγος Nov., mendose.

(70) *Ἦ, καὶ.* Ex *Iliad.* A, v. 527.

(71) *Ἐλέλιξαν.* A. ἐλέλιξεν, *torsit.* SYLBURG.

(72) *Τὸν κεστόν.* Intelligit cestum Junoni a Venere datum, quo sibi amorem Jovis conciliaret. Eum copiose describit Homerus, *Iliad.* Ξ.

(73) *Νύκτες αἱ ἐννέα.* Plerique Jovem tres noctes cum Alcmena concubuisse referunt : unde Lycophron Herculem ex illo concubitu genitum, τριέσπερον vocat, *Cassandræ* v. 33, et Justinus in *Præfationibus*; *Ternoctem Herculeam* dixit Statius *Theb.* XII. Seneca, in *Agamemnone* duas noctes refert; quem numerum habet etiam Propertius lib. II, Martianus Capella lib. II, Hieronymus, *adv. Vigilantium*, etc. Arnobius novem noctes numerat, Clementem secutus, lib. IV : *Deus Hercules natus est, qui in rebus hujusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes : ille noctibus vix novem unam prolem extundere, concinnare*, etc. Item Cyrillus, *adv. Julian.* lib. VI, p. 196 : Γεγράφθω δὲ καὶ Ἀλκμήνη, μεθ' ἧς τὰς ἐννέα διατετέλεκε νύκτας ὁ καὶ ἐν τοῖς ἄγαν αἰσχροῖς κόρον οὐκ ἔχων. *Pingatur etiam Alcmena, cum qua novem exegit noctes, etiam in extrema turpitudine satietatem non expertus.*

(74) *Γεννώμενος.* Legi potest etiam γενόμενος, *natus.* SYLBURG.

(75) *Πεντήκοντα.* Conf. Pausanias *Bœoticis* cap. 27; Athenæus, lib. XIII; Arnobius, *loc. cit.*; Tatian., c. 36; Suidas, v. Θεστιάδες, etc.

(76) *Σχέτλιον.* Respicit *Iliad.* E, vers. 403, quo de Hercule dicit poeta :

Σχέτλιος, ὀβριμοεργὸς. ὃς οὐκ ὀδεῖ' αἰσυλα ῥέζων.

(77) *Ὕλλου.* Ὕλλα Nov. Item *Clementinorum* auctor homil. 5, cap. 15, quo de deorum amoribus agens; Ὁ Ζεὺς, inquit, Γανυμήδους ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος. Ἀπόλλων Κινύρου, Ζακύνθου, Ὑακίνθου, Φόρβαντος, Ὕλα, Ἀδμήτου, etc. *Jupiter Ganymedem amat, Neptunus Pelopem*; *Apollo, Cinyram, Zacynthum, Hyacinthum, Phorbantem, Hylam, Admetum.* Plerique Hylam Herculis amasium faciunt.

θρωποι καὶ μισάνθρωποι δαίμονες εἶεν ὑμῶν οἱ θεοὶ, καὶ οὐχὶ μόνον ἐπιχαίροντες τῇ φρενοβλαβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, πρὸς δὲ καὶ ἀνθρωποκτονίας ἀπολαύοντες· νυνὶ μὲν τὰς ἐν σταδίοις ἐνόπλους φιλονεικίας, νυνὶ δὲ τὰς ἐν πολέμοις ἀναρίθμους (46) φιλοτιμίας, ἀφορμὰς σφισιν ἡδονῆς ποριζόμενοι, ὅπως ὅτι μάλιστα ἔχοιεν ἀνθρωπείων ἀνέδην (47) ἐμφορεῖσθαι φόνων· ἤδη δὲ κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη, οἱονεὶ λοιμοὶ ἐπισκήψαντες, σπονδὰς ἀπῄτησαν ἀνημέρους. Ἀριστομένης γοῦν ὁ Μεσσήνιος τῷ Ἰθωμήτῃ Διὶ (48) τριακοσίους ἀπέσφαξε, τοσαύτας ὁμοῦ καὶ τοιαύτας καλλιερεῖν οἰόμενος ἑκατόμβας· ἐν οἷς καὶ Θεόπομπος ἦν ὁ Λακεδαιμονίων (49) βασιλεὺς, ἱερεῖον εὐγενές. Ταῦροι δὲ τὸ ἔθνος, οἱ περὶ τὴν Ταυρικὴν χερρόνησον κατοικοῦντες, οὓς ἂν τῶν ξένων παρ' αὐτοῖς ἕλωσι, τούτων (50) δὴ τῶν κατὰ θάλασσαν ἐπταικότων, αὐτίκα μάλα τῇ Ταυρικῇ καταθύουσιν Ἀρτέμιδι· ταύτας σου τὰς θυσίας Εὐριπίδης (51) ἐπὶ σκηνῆς τραγῳδεῖ. Μόνιμος (52) δ' ἱστορεῖ ἐν τῇ *τῶν θαυμασίων Συναγωγῇ*, ἐν Πέλλῃ τῆς Θετταλίας Ἀχαιὸν ἄνθρωπον Πηλεῖ καὶ Χείρωνι καταθύεσθαι· Λυκτίους (53) γὰρ, Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, οὕτως Ἀντικλείδης (54) ἐν *Νόστοις* ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διί· καὶ Λεσβίους Διονύσῳ τὴν ὁμοίαν προσάγειν θυσίαν, Δωσίδας λέγει. Φωκαεῖς (55) δὲ (οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς (56) παραπέμψομαι τοιούτους)· Πυθοκλῆς ἐν τρίτῳ *Περὶ ὁμοιολας*, τῇ Ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι ἄνθρωπον ὁλοκαεῖν (57) ἱστορεῖ. Ἐρεχθεὺς δὲ (58) ὁ Ἀττικὸς καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος, τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας· ὧν ὁ μὲν τῇ Φερσεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ *Τραγῳδουμένων* (59)· ὁ δὲ τοῖς

A immanes dii vestri dæmones fuerint, quamque capitali hominum odio flagraverint, qui eorum non vecordia solum insaniaque delectarentur, sed etiam carnificina cædibusque fruerentur. Quippe modo enim armatas in stadio et ambitiosas commissiones, modo infinitas belli contentiones honoris causa gloriæque susceptas, voluptatis sibi materiem accersebant, ut sic affatim humano cruore satiari possent. Jam vero per urbes passim ac populos tanquam terrimæ pestes grassati, crudeles dirasque libationes expetebant. Sane Aristomenes ille Messenius Ithometæ Jovi trecentos jugulavit, ratus egregie sese tot tamque lectis hecatombis litasse, quorum e numero Theopompus erat, Lacedæmoniorum rex, illustris utique nobilisque victima. Tauri vero populi, qui circa Tauricam Chersonesum habitant, quotquot apud se peregrinos eo tum errore, tum vi tempestatis appulsos interciperent, e vestigio Tauricæ Dianæ immolabant: quibus sacrificiis tragica sæpius Euripidis theatra personarunt. Scribit etiam Monimus in suo *de rebus admirabilibus* Commentario, Pellæ, oppido Thessaliæ, hominem Achivum Peleo et Chironi mactari consuevisse. A Lyctiis vero, Cretæ insulæ populis, Jovi homines jugulari solitos, auctor est Anticlides, in eo, quem *Reditus* inscripsit, opere. Itemque Baccho similem a Lesbiis oblatam esse victimam ex Dosida cognoscimus. Phocæenses quoque, ne præteriri a nobis videantur, hominem integrum Tauricæ Dianæ crematabant, ut ✠ testis est Pythocles libro *De concordia* tertio. Adde et his Erechtheum Atticum, et Romanum

B

C

✠ P. 57 ED. POTTER.

ἡμῖν οἱ θεοί, Joan. Cæterum Lactantius hoc argumentum fuse persequitur lib. I, cap. 21.

(46) *Ἀναρίθμους*. Ἐναρίθμους, Joan.

(47) *Ἀνέδην*. Ἀναίδην, Euseb., sed ἀνέδην Joan. Et quidem rectius. Nil porro est frequentius quam harum vocum confusio.

(48) *Τῷ Ἰθωμήτῃ Διΐ*. Eusebius habet Ἰθωμίτῃ, sed melius vel Ἰθωμαίῳ, vel Ἰθωμήτῃ, ut Stephanus, et alii; vel etiam, ut Pausanias, Ἰθωμάτῃ, aut Ἰθωμάτᾳ, quod Doricum, et plane Messenicum est; ab Ithoma, Messeniæ monte, ubi oppidum ejusdem nominis, situ opereque munitissimum. Viger.

(49) *Ὁ Λακ.* Particulam ὁ inseruit Sylburgius, omissam in edit. Flor., ut etiam in mss. Nov.

(50) *Τούτων*. Τοσοῦτον Joan. Mox, θάλατταν, Euseb., Joan.

(51) *Εὐριπίδης ἐπ.* Ἐπὶ σκηνῆς τραγῳδεῖ ὁ Εὐριπίδης, inverso verborum ordine. Euseb.

(52) *Μόνιμος*. De hoc scriptore, ejusque ἀνθρωποθυσίᾳ nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam Peleo ejus parenti, et Chironi nutritio scelus hoc institutum fuerit. Viger.— Mox θαλαττίας, pro Θετταλίας, Joan. Mendose.

(53) *Λυκτίους*. Prius scriptum erat Λυκίους, quod habet etiam Nov. Verum P. Leopardus lib. IV, c. 3, 3. *Emend.* restituendum ex Eusebio Λυκτίους monet; et addendum Eusebio nomen libri *Ἐν Νόστοις*, in *Reditibus*, seu *Reversionibus*, ut constat ex codice Eusebii Græco, Lutetiæ edito. Citatur hic auctor ab Athenæo lib. IX, et alibi, et Atheniensis dicitur. Collect.— Suidas, Ἀντικλείδης· οὗτος ἔγραψε περὶ νόστων. Viger.— Spanhemius *Observat.* in Callimachi hymn. in *Apoll.*, v. 33, contendit nec Λυκίους, nec Λυκτίους legi debere, sed Λυττίους, quippe cum Cretæ urbs Λύττος appellata fuerit.

(54) *Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, οὕτως Ἀντ.* Leg. Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν οὗτοι, Ἀντικλ. ex Euseb., Joan.

(55) *Φωκαεῖς*. Φωκεῖς. Joan., mendose. Intelligit auctor *Phocæenses*, non *Phocenses*. Nam Φωκαεῖς, Phocææ, urbis Ioniæ, cives: Φωκεῖς, incolæ Phocidis, Phocenses. Collect. — Φώκαια, Phocæa, urbs Ioniæ; cujus cives Φωκαεῖς, interdum etiam Φωκαιεῖς, ut Πλαταιεῖς, Phocæenses, aut Phocæi. Horatius, epod. 16: *Phocæorum velut profugit exsecrata civitas.* Φωκίς, *Phocis*, Achaiæ regio: incolæ Φωκεῖς, *Phocenses*. Thucydidis Scholiastes, lib. I: Φωκεῖς, inquit, οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαιεῖς, οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Pomponius Mela Phocidem Ioniæ urbem nominat, librariorum, opinor, vitio; cum Phocæam, ut Græci omnes, scribere debuisset.

D (56) *Οὐδὲ γὰρ αὐτ.* Οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς παραπέμψομαι, τούτους Πυθοκλ., Nov., Euseb., Joan., nisi quod hic ἀποπέμψομαι habeat.

(57) *Ὁλοκαεῖν*. Ὁλοκαυτεῖν, Euseb., ὁλοκαυτοῦν Joan., quæ magis in usu sunt, quam ὁλοκαεῖν.

(58) *Ἐρεχθεὺς δέ*. Plutarchus, in *Historiis parallelis Græcis et Romanis*, has duas narrat historias conjunctas, numero 20. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens, cum didicisset victorem futurum se, si filiam immolaret; re cum uxore Praxithea communicata, puellam mactavit: cujus rei Euripides in Erechtheo meminit. Marius cum Cimbris bellum gerens, cum inferior illis esset, in somnio præmonitus est, victoriam se consecuturum, si filiam prius victimam offerret, Calpurniam nomine. Patriæ igitur charitati natura postposita, eo facto victoriam reportavit. Dorotheus IV *Rer. Ital.* Collect.

(59) *Δημάρατος ἐν π. Τρ.* Reinesius, *Var. lect.* lib. I, pag. 3, ait: « Demaratus ἐν πρώτῃ *Τραγῳ-*

Digitized by Google

Marium, qui suas ambo filias immolarunt : Persephonæ quidem Erechtheus, ut apud Demaratum primo *Rerum tragicarum* libro legimus; Averruncis autem Marius, ut ex quarto Dorothei *Rerum Italicarum* libro constat. Perhumani scilicet et misericordes exemplis istis exhibentur dæmones : quidni vero similem in modum religiosa sanctaque habeantur dæmonum mancipia? illi quidem dum servatorum nomine celebrantur; hæc vero dum salutem a salutis insidiatoribus deprecantur. Enimvero dum istis litare sese opinantur, homines ab sese jugulari non cogitant. Atqui non locus profecto hostiam ex parricidio facit : nec si Dianæ quis et Jovi potius in loco sacro, quam si aliis id genus dæmonibus, vel in aris, vel in triviis hominem, seu iracundia, seu pecuniæ cupiditate commotus jugularit, sacram victimam appellet licet. Parrici lium omnino est tale sacrificium. Quid igitur causæ est, vos o homines animalium omnium sapientissimi, ob quam, cum feras adeo fugere, et sicubi in immania animalia, seu in ursum, seu in leonem inciderimus, illico declinare solcamus,

Ut quis, cæruleum si forte aspexerit anguem,
Continuo resilit, membrisque pavore solutis,
Aerii montis sese valle abdit in alta :

vos, qui exitiales ac pestiferos dæmones insidiari hominibus, eorumque succensos odio, nihil nisi ipsorum pestem interitumque moliri sentitis atque cognoscitis, non ✠ moveamini tamen, nec vestros ipsi hostes aversemini? Quomodo autem fieri potest, ut qui mali sunt, aut verum dicant, aut cui-

A ἀποτροπαίοις, ὁ Μάριος (60), ὡς Δωρόθεος ἐν τῇ τετάρτῃ Ἰταλικῶν ἱστορεῖ. Φιλάνθρωποί γε ἐκ τούτων καταφαίνονται οἱ δαίμονες· πῶς δὲ οὐχ ὅσιοι ἀναλόγως (61) οἱ δεισιδαίμονες; οἱ μὲν σωτῆρες εὐφημούμενοι (62), οἱ δὲ σωτηρίαν αἰτούμενοι παρὰ τῶν ἐπιβούλων σωτηρίας· καλλιερεῖν γοῦν τοπάζοντες αὐτοῖς, σφᾶς αὐτοὺς λελῄθασιν ἀποσφάττοντες ἀνθρώπους. Οὐ γὰρ οὖν παρὰ τὸν τόπον ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος· οὐδ' εἰ Ἀρτέμιδί τις καὶ Διὶ ἐν ἱερῷ δῆθεν χωρίῳ, μᾶλλον ἢ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ (63), ἄλλοις ὁμοίοις δαίμοσιν, ἐπὶ βωμοῖς ἢ ἐν ὁδοῖς ἀποσφάττοι τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας· ἀλλὰ φόνος ἐστὶ καὶ ἀνδροκτασία ἡ τοιαύτη θυσία. Τί δὴ οὖν, ὦ σοφώτατοι τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωποι, τὰ μὲν θηρία περιφεύγομεν (64), τὰ δὲ ἀνήμερα, κἂν που περιτύχωμεν, ἄρκτῳ (65) ἢ λέοντι, ἐκτρεπόμεθα,

B

Ὡς δ' ὅτε τίς (66) *τε δράκοντα ἰδὼν παλίορσος [ἀπέστη*
Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν (67), *ὑπό τε τρόμος ἔλλα- [βε γυῖα,*
Ἂψ τ' ἀνεχώρησεν·

δαίμονας δὲ, ὀλεθρίους καὶ ἀλιτηρίους, ἐπιβούλους τε καὶ μισανθρώπους, καὶ λυμεῶνας ὄντας προαισθόμενοι καὶ συνιέντες, οὐκ ἐκτρέπεσθε (68), οὐδὲ ἀποστρέφεσθε; Τί δ' ἂν καὶ ἀληθεύσαιεν οἱ κακοί, ἢ τίνα ἂν ὠφελήσαιεν; Αὐτίκα γοῦν ἔχω σοι βελτίονα τῶν δμεδαπῶν τούτων θεῶν, τῶν δαιμόνων, ἐπιδεῖξαι τὸν

✠ P. 38 ED. POTTER, 28 ED. PARIS.

δουμένων, rerum atrocium, grandium, tristium, pugnarum, parricidiorum, conquestionum, horribilium et infelicium eventuum, et quæ alia in scenam Tragicam induci solent. » Vossius existimat *Τραγῳδουμένων* libros continuisse historiam μυθικοῦ, sive ἡρωϊκοῦ temporis : ut de bello Trojano, vel Thebano, et similibus unde, : inquit, tragœdiarum argumenta ab antiquis peti solent. Porro quod Clemens e primo *Τραγῳδουμένων* libro, id e tertio recitat Stobæus serm. 57, quo loco Demarati verba de Erechtheo jussu Pythici oraculi filiam Proserpinæ sacrificante integra exstant.

(60) *Ὁ Μάριος*. Fallor, ni glossema est istud ὁ Μάριος. Nec vero ante dixit, ὁ μὲν Φερσεφάττῃ ὁ Ἐρεχθεύς. Quid? quod barbara est hæc loquendi ratio. Quid? quod face opus non erat, ut posteriorem hunc Marium esse videremus, qui Dorotheum in *Rerum Italicarum* libris citari audiremus. VIGER.

(61) *Πῶς δὲ οὐχ ὅσιοι ἀναλόγως*. Eusebius habet ἀνόσιοι, sed omittit ἀναλόγως· sed alter ex mss. : Πῶς δὲ οὐκ ἀνόσιοι ἀλόγως. Forte, πῶς δὲ οὐκ ἂν ὅσιοι ἀναλόγως. Utraque interrogatio ironica est. Et bene ἀναλόγως, videtur enim quædam ἀναλογία dæmones inter et δεισιδαίμονας intercedere; cui ut quoquo modo servirem, δεισιδαίμονας hoc loco dæmonum mancipia, quam superstitiosos, vertere malui. VIGER. — Ἀνόσιοι ἀλόγως, Joan. — Dein, σωτῆρας, Euseb., Joan.

(62) *Εὐφημούμενοι*. Εὐφημούμενοι, Joan., sed aliquis εὐφημούμενοι in margine posuit. Mox, ἀναιτούμενοι, pro αἰτούμενοι, idem.

(63) *Ἢ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ*. Hervetus, *quam iræ, et avaritiæ, et aliis similibus dæmonibus*, etc. Pessimi sane dæmones ira et pecuniæ sitis : sed aliam Clementis hoc loco mentem esse arbitror; alioqui scribendum fuit, καὶ ἄλλοις ὁμοί. Corruptus

C locus est, qui ut sanetur, primum ex Clemente apud Eusebium ὁμοίοις pro ὁμοίως reponendum videtur : nam *similibus* quidem, non tamen *similiter*, in *loco sacro* pietatis causa, et *in triviis* impellente vel iracundia vel avaritia, homines jugulantur. Deinde, post ἄνθρωπον, distinguendum. Postremo legi possit, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἂν ἱερεῖον ἐπιφημίσαι. Quorum verborum sententiam reddidi : tunc enim ἐπιφημίσαι ἄν, erit proprie, *appellare jure possit*; vel sola metathesi τοῦ ἄν, sic, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας· ut ἀπὸ κοινοῦ intelligatur, ἱερὸν γίνεται ὁ φόνος. VIGER. — Pro φιλαργυρίᾳ, Joan. habet φλυαρίᾳ. Mox, ὁμοίως pro ὁμοίοις, idem. Dein, Lowthius legi vult, τὸν ἄνθρωπον, ἱερεῖον ἐπιφημίσας, ἱερόν ἐστιν, ἀλλὰ φόνος καὶ ἀνδροκτ. Forte vox ἱερεῖον ad marginem adnotata, in textum irrepsit. Nam eo sublato, nihil est, quod de sensu auctoris, aut ejus verborum constructione laboremus.

D

(64) *Περιφεύγομεν*. Rectius, opinor, quam quod Eusebius habet, πεφεύγαμεν, tametsi præteritum illud aoristorum more, pro præsenti usurpari possit, vel per verbum, *soleo*, explicari. VIGER. — Hunc porro locum sic scribit Euselius, τὰ μὲν θηρία πεφεύγαμεν τὰ ἀνήμερα, κἂν που περιτύχ. Eamdem lectionem habet Joan. Τὰ μὲν θηρία περιφεύγομεν τὰ ἀνήμερα, κἂν που περιτύχ., Nov. Quam lectionem cæteris prætulerim.

(65) *Ἄρκτῳ*. Ἢ ἄρκτῳ, Euseb.

(66) *Ὡς δ' ὅτε τίς*. Homerus, *Iliad.* Γ, v. 33. Notum et illud *Æneid.* II : *Improvisum aspris*. Sed malui Græcam sententiam fidelius reddere. VIGER.

(67) *Βήσσῃσιν*. Βήσσῃς, Euseb., expuncta paragoge Ionica. SYLBURG.

(68) *Οὐκ ἐκτρέπεσθε*. Melius, quam quod apud Eusebium est, οὐκ ἐντρέπεσθε· nam et præcessit

Digitized by Google

ἄνθρωπον· τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ μαντικοῦ, τὸν Κῦρον καὶ τὸν Σόλωνα. Φιλόδωρος ὑμῶν ὁ Φοῖβος, ἀλλ' οὐ φιλάνθρωπος. Προῦδωκε τὸν Κροῖσον τὸν φίλον, καὶ τοῦ μισθοῦ ἐκλαθόμενος· οὕτω φιλόδοξος ἦν (69)· ἀνήγαγε τὸν Κροῖσον διὰ τοῦ Ἅλυος ἐπὶ τὴν πυράν. Οὕτω φιλοῦντες οἱ δαίμονες ὁδηγοῦσιν εἰς τὸ πῦρ (70). Ἀλλ' ὦ φιλανθρωπότερε καὶ ἀληθέστερε τοῦ Ἀπόλλωνος ἄνθρωπε, τὸν ἐπὶ τῆς πυρᾶς οἰκτειρον δεδεμένον. Καὶ σὺ μὲν, ὦ Σόλων, μάντευσαι τὴν ἀλήθειαν· σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, κέλευσον ἀποσβεσθῆναι τὴν πυράν. Σωφρόνησον ὕστατον γοῦν, ὦ Κροῖσε, τῷ πάθει μεταμαθών· ἀχάριστός ἐστιν, ὃν προσκυνεῖς· λαμβάνει τὸν μισθὸν, καὶ μετὰ τὸ χρυσίον ψεύδεται. Ὦ Σόλων, *ὅρα πάλιν τέλος* (71)· ἄρα οὐχ ὁ δαίμων, ἀλλὰ ὁ ἄνθρωπός σοι λέγει. Οὐ λοξὰ μαντεύεται Σόλων, τοῦτον εὖ θήσεις. Ἀληθῆ μόνον (72), ὦ βάρβαρε, τὸν χρησμὸν τοῦτον ἐπὶ τῆς πυρᾶς δοκιμάσεις. Ὅθεν ἔπεισί μοι θαυμάζειν, τίσι ποτὲ φαντασίαις ἀπαχθέντες οἱ πρῶτοι πεπλανημένοι, δεισιδαιμονίαν ἀνθρώποις κατήγγειλαν, δαίμονας ἀλιτηρίους νομοθετοῦντες σέβειν· εἴτε Φορωνεὺς (73) ἐκεῖνος ἦν, εἴτε Μέροψ (74), εἴτε ἄλλος τις, οἳ νεὼς καὶ βωμοὺς ἀνέστησαν αὐτοῖς, πρὸς δὲ καὶ θυσίας παραστῆσαι πρῶτοι (75) μεμύθευνται. Καὶ γὰρ δὴ καὶ κατὰ χρόνους ὕστερον ἀνέπλαττον θεοὺς, οἷς προσκυνοῖεν· ἀμέλει τὸν Ἔρωτα τοῦτον, ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις τῶν θεῶν εἶναι λεγόμενον, ἐτίμα πρότερον οὐδ' εἷς, πρὶν ἢ Χαρμὸν (76) μειράκιόν τι ἐλεῖν, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι ἐν Ἀκαδημίᾳ, χαριέστερον ἐπιτελοῦς γένομένης ἐπιθυμίας· καὶ τῆς νόσου τὴν ἀσέλγειαν Ἔρωτα κεκλήκασι, θεοποιοῦντες ἀκόλαστον ἐπιθυμίαν. Ἀθηναῖοι δὲ οὐδὲ τὸν Πᾶνα ᾔδεσαν ὅστις ἦν, πρὶν ἢ Φιλιππίδην (77) εἰπεῖν αὐτοῖς. Εἰκότως (78) ἄρα ἀρχὴν ποθεν ἡ δεισιδαιμονία λαβοῦσα, κακίας ἀνοήτου γέγονε πηγή· εἶτα δὲ μὴ (79) ἀνακοπεῖσα, ἀλλ' εἰς ἐπίδοσιν ἐλθοῦσα,

quam prosint? Quin ego tibi facile hominem ostendam, qui diis, seu dæmonibus vestris multo sit melior. Is autem erit Cyrus, vel Solon, quos haud dubitaverim **13** fatidico Apollini anteferre. Munera diligit Phœbus vester, non homines. Crœsum enim amicum suum prodidit, et mercedis oblitus (adeo fuit existimationis famæque suæ studiosus) cum per Halyn fluvium ad rogum deduxit. Ita dæmones, quos amant, ad ignem deducunt. Tu vero, o homo, qui impensius cum humanum genus amas, tum etiam veritatem colis, quam Apollo, miserere hominis supra rogum vincti. Et tu quidem, Solon, veritatem interpretare. Tu vero, Cyre, jube rogum exstingui. Tu denique, Crœse, fac ut sapias, tuo ipsius malo admonitus. Ingratus est, quem colis; accipit mercedem, et postquam auro tuo fuerit auctus, mentitur. O Solon, *respice iterum finem*. Hoc itaque non dæmon, sed homo tibi consilii dedit. Nulla tibi Solon obliqua oracula edit. Hunc facile intelliges: et quod hujus solius responso insit veritas, cum rogo fueris impositus, experimento deprehendes. Unde mirari subit, quibusnam fuerint opinionibus ducti erroris hujus auctores, ut tam variis superstitionibus imbuerent hominum mentes et sceleratorum dæmonum cultum legibus sancirent. Sive Phoroneus is fuerit, sive Merops, seu quis alius, qui templa illis et altaria constituisse, primique obtulisse victimas a scriptoribus fabularum referuntur; posteriorum enim temporum homines, deos sibi, quos colerent, finxisse satis constat. Hunc enim Amorem, qui dicitur esse inter deos antiquissimos, nemo ante Charmum coluit, qui postquam dilectum adolescentem obtinuisset, in memoriam expletæ libidinis in Academia altare ipsi statuit. Hinc turpis libido Amoris nomine appellari cœpit,

τὸ ἐκτρεπόμεθα, et sequitur, οὐδὲ ἀποστρέφεσθε. Quid, quod minus erga dæmones convenit illa pudoris verecundiæque significatio? VIGER.

(69) *Οὕτω φιλόδοξος ἦν. Adeo gloriæ cupidus erat*, nam φιλοδοξία Clementi semper est *gloriæ cupiditas*, pag. 217, 239, 240, 255, 262, 271, etc. Verum hæc significatio hujus loci non est, nisi Clemens Apollinem ironice φιλόδοξον dixerit, quia famæ suæ tam male consuluit. Videtur tamen φιλόδοξος esse, qui se *amicum simulat*, cum non sit: quo sensu dicendum potius erat δοξόφιλος, vel δοκησίφιλος, quemadmodum a Clemente, aliisque dici solent δοξόσοφος, et δοκησίσοφοι, qui sapientiam præ se ferunt, quam non habent; sed cum φίλου, et φιλοδώρου, et φιλανθρώπου mentio præcesserat, simili forma φιλόδοξον dicere maluit. Porro historiam de Crœso memorant Herod. lib. I, et Plut. in *Solone*.

(70) *Εἰς τὸ πῦρ*. Alludit ad πῦρ τῆς γεέννης.

(71) *Ὦ Σόλων, ὅρα πάλιν τέλος*. Notum est, Solonem Crœso consuluisse, ut *finem respiceret*. Sed illa verba, ὦ Σόλων, redundare videntur: nec ea agnoscit Nov. Itaque verisimile est in textum irrepsisse, postquam aliquis juxta ἄνθρωπος, in seq. linea, Solonis nomen adnotasset.

(72) *Τοῦτο εὖ θήσεις. Ἀληθῆ μόνον*. Guil. Cant., in *Emend. Syntagm.*, pag. 52, conjuncte legit, τοῦτον εὑρήσεις ἀληθῆ μόνον. SYLBURG.

(73) *Φορωνεύς*. Tatianus: Μετὰ δὲ Ἶναχον ὑπὸ Φορωνέως μόλις τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφὴ γέγονε, καὶ μετεκοσμήθησαν οἱ ἄνθρωποι. *Post Inachum vix tandem sub Phoroneo, ferina et pastoralis vita mitior et elegantior facta est.* Eum Argivis leges tulisse refert Clemens hujus libri p. 67, et Eusebius, in *Chronico*. Conf. Arnobius, lib. VI, quo loco Clementem compilavit, ut ei mos erat.

(74) *Μέροψ*. Josephus Scaliger ait, manifesto legendum esse Κέκροψ, in not. ad prœmium *Chron. can.* Eusebii, qui eo loco de Cecrope dicit: *Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia unquam visis.* Interea receptam lectionem mutare non ausim, cum eam Arnobius tueatur lib. VI. Merops quidam erat Arisbæ Priami uxoris, pater, vir superstitioni addictus; de quo Apollodor., *Biblioth.*, lib. III, cap. 5. Meropem Coi insulæ regem, a quo homines dicti Meropes, memorat Hyginus, *Poet. astron.*, cap. 16.

(75) *Πρῶτοι*. Μόνοι, Nov.

(76) *Χαρμόν*. Χάρμον, Nov. Χαρῖνον dictat Scaliger loco superius dicto.

(77) *Φιλιππίδην*. Sic eum vocat Pausanias, in *Atticis* et *Arcadicis*. Herodotus, aliique Φειδιππίδην appellant. Conf. ejus lib. VI, cap. 105.

(78) *Εἰκότως*. Quæ sequuntur usque ad Homeri versum, recitat Eusebius, *Præp. evang.*, lib. II, c. 6. Maximam eorum partem laudavit Cyrill. *adv. Julian.*, lib. X, pag. 342. Eadem Arnobius pro more suo in libro VI *Adv. gentes* transcripsit. Idem porro argumentum tractat Athenagoras, *Legat.*, p. 115 seq.

(79) *Εἶτα δὲ μή*. Ἔπειτα μή, Euseb., Joan.

Digitized by Google

et in deos relata est. Nec vero quis esset Pan cognoverunt Athenienses, ✠ antequam eis diceret Philippides. Mirum profecto videri non debet, si nefandæ superstitionis error, posteaquam aliquod semel initium accepisset, flagitiosæ vesaniæ fons exstiterit. Enimvero cum intercisus ille postea non fuisset, sed potius novis in dies incrementis auctus, magna vi tandem ac vehementi cursu ferri cœpit. Mox itaque multiplicium dæmonum architectus efficitur, hecatombas sacrificat, solemnes conventus instituit, erigit simulacra, templa ædificat, sed quæ (nec enim id dissimulabo, sed potius manifeste coarguam) honesto quidem templorum nomine celebrantur, cæterum aliud nihil fuere quam sepulcra, quibus deinceps hanc templorum appellationem indidere. Vos ergo nunc saltem superstitionem dediscite, vel hac tumulorum cultus indignitate revocati. Larissæ, in Minervæ templo, quod in summa arce visitur, Acrisii sepulcrum est; Athenis autem, in ipsa pariter Acropoli, Cecropis, ut Antiochus *Historiarum* nono scriptum reliquit. Quid porro Erichthonius? nonne in Poliadis templo sepultus est? Nonne Immarus, Eumolpi filius, et Dairas, in Eleusinii septis, quod sub Arcem constructum est? nonne Celei filiæ Eleusine sepulturæ mandatæ sunt? Nam quid Hyperboreas tibi mulieres

A καὶ πολλὴ δὴ ῥυεῖσα (80), δημιουργὸς πολλῶν καθίσταται δαιμόνων, ἑκατόμβας θύουσα, καὶ πανηγύρεις ἐπιτελοῦσα, καὶ ἀγάλματα ἀνιστᾶσα, καὶ νεὼς ἀνοικοδομοῦσα· οὓς δὴ (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τούτους (81) σιωπήσομαι, πρὸς δὲ καὶ αὐτοὺς ἐξελέγξω·) νεὼς μὲν εὐφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γενομένους, τουτέστι τοὺς τάφους νεὼς ἐπικεκλημένους. Ἡμεῖς (82) δὲ ἀλλὰ κἂν νῦν δεισιδαιμονίας ἐκλάθεσθε τοὺς τάφους τιμᾷν αἰσχυνόμενοι. Ἐν τῷ νεῷ (83) τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ ἐν τῇ ἀκροπόλει (84) τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου· Ἀθήνῃσι δὲ ἐν ἀκροπόλει (85) Κέκροπος, ὥς φησιν Ἀντίοχος ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν *Ἱστοριῶν* (86). Τί δαὶ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμόλπου (87) καὶ Δαείρας οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκρο-
B πόλει; αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες οὐχὶ ἐν Ἐλευσῖνι τετάφαται (88); Τί σοι καταλέγω (89) τὰς Ὑπερβορέων (90) γυναῖκας; Ὑπερόχη καὶ Λαοδίκη κέκλησθον· ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ ἐν (91) Δήλῳ κεκήδευσθον· τὸ δὲ ἐν τῷ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου ἐστὶν ἱερῷ. Λεάνδριος (92) δὲ Κλέαρχον ἐν Μιλήτῳ τεθάφθαι ἐν τῷ Διδυμαίῳ φησίν. Ἐνταῦθα τῆς Λευκοφρύνης (93) τὸ μνημεῖον οὐκ ἄξιον παρελθεῖν, ἑπομένους (94) Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ (95)· ἢ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ κεκήδευται· οὐδὲ μὴν τὸν ἐν (96)
Τελμισσῷ (97) βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ὃν μνῆμα

✠ P. 39 ED. POTTER, 29 ED. PARIS.

(80) *Καὶ πολλὴ δὴ ῥυεῖσα.* Hæc omittit Nov. propter vocum ἐλθοῦσα et ῥυεῖσα, ut videtur, τὸ ὁμοιοτέλευτον. Πολὺ δὴ ῥυεῖσα, Joan. Πολὺ δὲ ῥυεῖσα, Euseb. Legendum videtur, καὶ πολὺ δὴ
C ῥυεῖσα. Mox, ποιοῦσα pro θύουσα, Euseb., Joan. Dein, ἀνιστῶσα pro ἀνιστᾶσα, iidem.

(81) *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τούτους.* Οὐδὲ γὰρ τοῦτο, Euseb., Joan. Οὐ γὰρ οὐδὲ τοῦτο, Cyrill. Et quidem verisimile est Clementem τοῦτο potius quam τούτους scripsisse. Mox. αὐτὸ ἐλέγξω, pro τούτους ἐξελέγξω, Euseb., Joan. Ἐλέγξωεν, habet Cyrill.

(82) *Ἡμεῖς.* Leg. ὑμεῖς, quod habent Euseb., Joan.

(83) *Νεῷ.* Ναῷ, Euseb., Joan., Cyrill., eamdemque lectionem mox tuentur, ubi Clemens νεῷ repetit.

(84) *Ἐν τῇ ἀκρ.* Ἐν omittit Cyrill., quod ei ex Clemente restitui debet. Arnob.: *In templo rursus ejusdem* (Minervæ) *quod in arce Larissæ est, conditus scribitur atque indicatur Acrisius.*

(85) *Ἐν ἀκροπ.* Ἐν τῇ ἀκροπ., Euseb., Joan.

(86) *Τῶν Ἱστοριῶν.* Τῆς Ἱστορίας, Joan. Mox, τί δέ pro τί δαί, Nov., Euseb., Joan.

(87) *Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμ.* Ἴσμαρος δὲ Εὐμ., Euseb. Ἴσμαρος etiam habet Joan. Ἰμμάραδος Cyrill., quam lectionem secutus est Arnob. *Dairas*, inquit, *et Immaradus fratres.* Pausanias eumdem *Immaradum* vocat. Mox Cyrill. Δαρίας pro Δαείρας habet.

(88) *Οὐχὶ ἐν Ἐλευσῖνι τετάφαται.* Ἐν Ἐλευσῖνι τετάφαται, Euseb., Joan., Cyrill. Porro unde factum, ut τετάφαται, quod tum omnes Clementis codices, tum alii, qui hunc locum recitant, tuentur, mutatum sit a Paris. editore in ἐθάφθαντο, haud proclive dictu.

(89) *Τί σοι καταλέγω τὰς Ὑπερβορέων.* Τί σοι λέγω τὰς Ὑπ., Nov. Τί σοι καταλέγω τὰς ἐξ Ὑπερβορέου, Euseb., Joan. Τί σοι καταγγέλλω τὰς ἐξ Ὑπερβορέων, Cyrill.

(90) *Τὰς Ὑπερβορέων*, etc. Hervetus verbum κέκλησθον quasi superfluum delevit. Ita ergo vertendum: *Quid tibi enumerem illas Hyperboreorum uxores* (*Hyperoche et Laodice nominabantur*) *quæ in Dianæ delubro, quod in Apollinis templo situm est, sepultæ sunt?* Has enim esse feminas ex Hyperboreorum finibus advectas, ait Arnobius paulo ante. *Immarus, filius Eumolpi et Dairæ*, Græce est Ἴμμαρος δὲ, ὁ Εὐμόλπου, καὶ Δαείρας· *Immarus, filius Eumolpi, et Dairas*, nam Dairas frater ejus, non mater. Arnob. Similisque
D error in Trapezuntio, qui vertit, *Eumolpi et Dianæ filius*, apud Eusebium. In Arnobio item legendum videtur *Cleomachum*, non *Cleochum*, neque hic fortasse *Clearchum*; nam apud Eusebium Κλεόμαχον habetur. Collect.

(91) *Ἀρτεμισίῳ ἐν.* Ἀρτεμισίῳ δὲ ἐν, Cyrill.

(92) *Λεάνδριος.* Λεάνδρειος, Cyrill. Leandrus, Arnob. Κλέανδρος, Joan. Diogenes Laertius in *Thalete*, Λέανδρον vocat. Solet autem hic scriptor Λεάνδρος et Λεάνδριος promiscue dici. Clemens noster *Strom.* I, p. 300, Λέανδρον vocat; *Strom.* VI, p. 629, iterum Λεάνδριον. Erat porro Milesius, et de Mileto ac Milesiis commentarium reliquit. Mox, Μιλήσῳ pro Μιλήτῳ, Joan. Mendose. Dein, τετάφθαι pro τεθάφθαι, Joan., Cyrill. Recte.

(93) *Λευκοφρύνης.* Λευκοφροσύνης, Nov. Dein, μνῆμα pro μνημεῖον, Cyrill., Euseb., Joan.

(94) *Ἑπομένους Ζ.* Ἑπομένη Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ (μὲν δίῳ Joan.) ἐν τῷ ἱερῷ, Euseb. Mox, particulam ἢ omittit Joan.

(95) *Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ.* Fuit is grammaticus ex Myndo, urbe Cariæ pervetusta. Stephani Mutilat. in voce Μύνδος, ait, Ἀπολλώνιος καὶ Ζήνων, Μύνδιοι γραμματικοί. Viger.

(96) *Οὐδὲ μὴν τὸν ἐν.* Dubitationem Herveti tollit Th. Canterus, lib. II, cap. 1, dum ita legit apud Arnob., lib. VI: *Sub Apollinis arula, quæ Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum esse conditum vatem, non scriptis constantibus indicatur? Agesarchi Ptolemæus de Philopatore quem edidit primo, Cinyram regem Paphi*, etc. Nullus igitur Ptolemæus Philopator, sed Ptolemæus filius Agesarchi scripsit historiam de Philopatore, quam sæpe citat Athenæus, ut lib. V: Πτολεμαῖος δὲ, ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, Μεγαλοπολίτης γένος, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἱστοριῶν. Collect.

(97) *Ἐν Τελμισσῷ.* Ἐν Τελμησσῷ, Cyrill. Ἐν τῷ Τελμισσῷ, Euseb., Joan. Mox, τοῦ Ἀπόλλωνος βωμόν, inverso verborum ordine, Euseb., Joan.

Digitized by Google

εἶναι (98) καὶ τοῦτον Τελμισσέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ (99) Ἀγησάρχου ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἐν Πάφῳ λέγει ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ Κινύραν τε καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους κεκηδεῦσθαι. Ἀλλὰ γὰρ ἐπιόντι μοι τοὺς προσκυνουμένους ὑμῖν τάφους, ἐμοὶ μὲν οὐδ' ὁ πᾶς ἂν ἀρκέσῃ (1) χρόνος· ὑμᾶς δὲ εἰ μὴ ὑπεισέρχεταί τις αἰσχύνη τῶν τολμωμένων, νεκροὶ ἄρα τέλεον ὄντες, νεκροῖς ὄντως πεπιστευκότες, περιέρχεσθε.

A commemorem? Duæ sane, quarum altera Hyperoche, Laodice altera vocabatur, in Dianæ sacello, quod in insula Delo Apollinis Delii templo continetur, sepultæ sunt. Leandrius autem Clearchum Mileti, in Apollinis Didymæi templo conditum esse testatur. Neque vero æquum fuerit hoc loco præterire, aut Leucophrynes illius monumentum, quæ, si Zenonem Myndium sequamur, Magnesiæ in ✠ Dianæ templo sepulta est; aut Telmissi erectam Apollinis aram, quod Telmissis cujusdam vatis monumentum esse historiæ prodiderunt. Quin etiam Ptolemæus, Agesarchi filius, volumine ex iis primo, quæ de Philopatore scripsit, auctor est in insula Papho Cinyram ac Cinyræ posteros in Veneris templo conditos fuisse. At enim tempus me deficiat, si tumulos omnes, quibus divinos honores tribuitis, recensere vellem; vos autem, ni scelerum istorum pudor vos aliquis ceperit, ite porro, vereque mortui cum vestram in hominibus mortuis fiduciam collocetis, passim huc illucque vagamini.

Ὦ δειλοί (2), τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμῶν Ἐλλύεται κεφαλαί...

B *O! miseri, quid hoc mali est, quod patimini? caligine Capita vestra cooperiuntur....*

CAPUT IV.

Simulacra quam absurda et turpia sint, quibus deos suos colunt.

Εἰ δ' ἔτι πρὸς τούτοις φέρων ὑμῖν τὰ ἀγάλματα αὐτὰ ἐπισκοπεῖν παραθείην, ἐπιόντες ὡς ἀληθῶς λῆρον εὑρήσετε τὴν συνήθειαν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων ἀναίσθητα προτρεπόμενοι. Πάλαι μὲν οὖν οἱ Σκύθαι τὸν ἀκινάκην (3)· οἱ Ἄραβες τὸν λίθον, οἱ Πέρσαι (4) τὸν ποταμὸν προσεκύνουν· καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, οἱ ἔτι παλαιότεροι, ξύλα (5) ἱδρύοντο περιφανῆ, καὶ κιόνας ἵστων ἐκ λίθων· ἃ δὴ καὶ ξόανα προσηγορεύετο, διὰ τὸ ἀπάξεσθαι τῆς ὕλης (6). Ἀμέλει ἐν Ἰκάρῳ (7) τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον· καὶ τῆς Κιθαιρωνίας Ἥρας ἐν Θεσπίᾳ πρέμνον ἐκκεκομμένον· καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας (8), ὡς φησιν Ἀέθλιος, πρό-

Quod si insuper his ipsa simulacra oculis vestris subjecero, ea percurrentes optime perspicietis vos vanissima consuetudine inductos, hominum artificia, quæ sensu carent, divinis honoribus affecisse. Ac Scythæ quidem antiquitus adorabant acinacem; Arabes, lapidem; Persæ vero, fluvium. Et qui his omnibus antiquiores in aliis regionibus fuere, aut ligna excelsa et conspicua, aut lapideas columnas, quæ tum ξόανα vocabant, quod e materia limata essent, statuebant. Quemadmodum illud Dianæ simulacrum, quod in Icaro colebatur, lignum erat illaboratum; alterum vero Junonis Cithæroniæ apud Thespienses, truncus excisus. Et Samiæ

✠ P. 40 ED. POTTER.

(98) *Οὐ μνῆμα εἶναι.* Οὐ omittunt Nov., Euseb., Joan., Cyrill., quorum auctoritate, sensu quoque exigente, delendum est. Porro μνημεῖα pro μνῆμα habet Nov. Dein, καὶ τοῦ Τελμισσέως, Joan. Τελμησσοῦ, Cyrill. Telmessum vatem dicit Arnobius.

C

(99) *Ὁ τοῦ.* Ὁ deest in Cyrill.

(1) *Ἀρκέσῃ.* Ἀρκέσαι Euseb., Joan. Mox, τολμημάτων pro τολμωμένων Euseb., Joan. Dein, νεκροὶ ἄρα τελέως νεκροῖς πεπιστευκότες, Euseb., Joan.

(2) *Ὦ δειλοί.* Hanc exclamatiunculam H. cum sequentibus, quam cum antecedentibus, conjungere mavult. V. Sylb. Eusebius cum præcedentibus connectit. Est porro ex Homeri *Odyss.* Υ, vers. 351. Ὦ δειλοί, Euseb., Joan.

(3) *Τὸν ἀκινάκην.* Brodæus, *Miscell.*, lib. v, cap. 5. Tametsi ἀκινάκης vocabulum sit Persicum, ensem significans, ut tradit in *Polyhymnia* Herodotus, Καὶ τὸ Περσικὸν ξίφος ἀκινάκην καλέουσι, Græci tamen etiam pro gladio Scythico usurpare solent, quem sicut deum quemdam gens illa observaret et coleret: Clemens, Σκυθῶν οἱ Σαυρομάται ἀκινάκην σέβουσιν. Ammianus Marcell. lib. xxxi: *Nec templum apud eos visitur, aut delubrum, ne tugurium quidem culmo tectum; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem, regionum, quas circumeunt, præsulem, verecundius colunt.* Lucian., in *Jove Tragœdo:* Σκύθαι μὲν ἀκινάκῃ θύοντες, καὶ Θρᾷκες Ζαμόλξιδι. Collect. — Paulo ante, leg. προστρεπόμενοι pro προτρεπόμενοι.

D

(4) *Οἱ Πέρσαι.* Herodotus, lib. i, cap. 138, de Persis dicit: Ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὔτε χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλο τι οὐδὲν ποιοῦσι, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιστα. *In flumen nec immeiunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec denique simile quidpiam faciunt, sed flumina inter omnia religiosissime colunt.*

(5) *Ξύλα.* Latius hoc refert ac probat Clemens, *Strom.* i, p. 348, 349. Tertullian. *Ad Nation.* lib. i, cap. 12: *Pallas Attica, et Ceres Pharia, quæ sine forma, rudi palo et solo staticulo ligni informis repræsentatur.* Eadem dicit *Apolog.*, cap. 16.

(6) *Ἀπάξεσθαι τῆς ὕλης.* Pro corrupto ἀπάξεσθαι legendum puto ἀπεξέσθαι, vel præsenti tempore ἀποξεῖσθαι: ut ξόανα sic dicta sint παρὰ τὸ ξέεσθαι, sicut *delubra* proprie quidam dicta volunt, quæ ex *delibratis* stipitibus facta essent simulacra. Sylburg. — Ἀποξέσθαι Nov., quæ vox proinde retinenda est. Hesychius, Ξόανα ἀγάλματα.... κυρίως τὰ ἐκ ξύλων ἐξεσμένα, ἢ λίθων.

(7) *Ἰκάρῳ.* Ἰκαρίῳ, Nov. Mox, πέπρον pro πρέμνον, idem. Mendose.

(8) *Τῆς Σαμίας Ἥρας.* Theod. Canterus, lib. ii, c. 25, ex hoc loco illum Arnobii corrigit, *Puteum Samios pro Junone*, legitque *pluteum.* Eusebius, *De Præp. evang.*, lib. iii, cap. 3: Οὕπω σκέλμιον ἔργον εἰς ξόανον, Ἥρας δὲ καὶ ξύλινον εἶχον εἶδος. Tertullianus, *adv. Gentes: Sed et qui crucis religiosos nos putat, consectaneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur. Et tamen, quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica, et Ceres Pharia, quæ sine effigie, rudi palo et informi ligno, prostat?* Lucanus, lib. iii:

.... Simulacraque mœsta deorum
Arte carent, cæsisque exstant informia truncis.

Athenæus, lib. xiv: *Parmeniscus Metapontius risit Latonæ imaginem ligneam in Delo insula, cum eam*

Digitized by Google

quidem Junonis alterum, ut refert Aethlius, primo stipes erat, ex quo Procleo demum prætore statua efficta est. Postquam autem hæ statuæ humanas ✠ in figuras formari cœperunt, βρέτη eas appellabant, quod homines βροτοί dicerentur. Ex Varrone porro discimus Romanos veteres hastam pro simulacro Martis coluisse : cum artifices hoc pessimo humanas formas effingendi artificio nondum essent eruditi : quo postquam proficere cœperunt, crevit in dies magis, et invaluit error. Quod itaque ex lapidibus et lignis, utque summatim dicam, alia quavis materia statuas hominibus similes feceritis, earumque formis subjecta pietate veritatem mendaciis involveritis, satis ex iis, quæ diximus, manifestum est. Verumtamen cum hic locus indigere aliqua demonstratione videatur, non est recusandum. Ac Jovem quidem Olympicum, et Poliadem Atheniensem ex auro et ebore effecisse Phidiam, cuivis notum est. Junonis autem statuam factam esse Euclidæ scalpro, ex Olympichi *Samiacis* cognoscimus. Nec est cur dubitetis quin earum, quas Athenienses *venerabiles deas* vocant, **14** duas quidem Scopas, quam vero dicuntur habere mediam Calos effinxerit, cum id Polemo affirmaverit in quarto eorum quæ scripsit ad Timæum : ut nec de Jovis et Apollinis simulacris in Patara, Lyciæ urbe, quin ea idem Phidias, una cum duobus leonibus, qui simul illic repositi sunt, formaverit. Quod si horum nonnulli dicant Bryxin artificem fuisse, haud contendam : hunc quoque habes statuarium, eorum utrilibet, inscribe. Quin etiam Telesium Atheniensem, ut ait Philochorus, Neptuni et Amphitrites, quæ Teni adorantur, novemcubitales statuas artificem agnoscunt. Demetrius autem in secundo *Argolicorum*, statuæ Junonis Tirynthiæ et materiam pyrum, et artificem scribit fuisse

τερον μὲν ἦν σανὶς, ὕστερον δὲ ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ἀνθρώποις ἀπεικονίζεσθαι τὰ ξόανα ἤρξατο (9), βρέτη (10) τὴν ἐκ βροτῶν ἐπωνυμίαν ἐκαρπώσατο. Ἐν Ῥώμῃ (11) δὲ τὸ παλαιὸν δόρυ φησὶν γεγονέναι τοῦ Ἄρεως τὸ ξόανον Οὐάρρων ὁ συγγραφεὺς, οὐδέπω τῶν τεχνιτῶν ἐπὶ τὴν εὐπρόσωπον ταύτην κακοτεχνίαν ὡρμηκότων· ἐπειδὴ δὲ ἤνθησεν ἡ τέχνη, ηὔξησεν ἡ πλάνη. Ὡς μὲν οὖν τοὺς λίθους, καὶ τὰ ξύλα, καὶ, συνελόντι φάναι, τὴν ὕλην ἀγάλματα ἀνδρείκελα ἐποιήσατε, οἷς ἐπιμορφάζετε εὐσέβειαν, συκοφαντοῦντες τὴν ἀλήθειαν, ἤδη μὲν αὐτόθεν δῆλον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀποδείξεως ποσῆς ἐπιδεομένου τοῦ τόπου, οὐ παραιτητέον. Τὸν μὲν οὖν (12) Ὀλυμπιάσι Δία καὶ τὸν Ἀθήνῃσι Πολιάδα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατασκευάσαι Φειδίαν, παντί που σαφές· τὸ δὲ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον σμίλῃ τῇ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι, Ὀλύμπιχος ἐν *Σαμιακοῖς* ἱστορεῖ. Μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε, εἰ τῶν *Σεμνῶν* Ἀθήνῃσι καλουμένων *θεῶν* τὰς μὲν δύο Σκοπᾶς ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου λυχνέως λίθου· Κάλως (13) δὲ, ἣν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦνται ἔχουσαι, Πολέμωνα δεικνύναι ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν πρὸς Τίμαιον· μηδὲ τὰ ἐν Πατάροις τῆς Λυκίας ἀγάλματα Διὸς καὶ Ἀπόλλωνος, ἃ Φειδίας πάλιν ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα (14), καθάπερ τοὺς λέοντας τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀνακειμένους, εἴργασται· εἰ δὲ, ὥς φασί τινες, Βρύξιος (15) ἦν τέχνη, οὐ διαφέρομαι, ἔχεις καὶ τοῦτον ἀγαλματουργόν· ὁπότερον αὐτοῖν βούλει, ἐπίγραφε. Καὶ μὴν Τελεσίου τοῦ Ἀθηναίου, ὥς φησι Φιλόχορος, ἔργον εἰσὶν ἀγάλματα ἐννεαπήχη Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης ἐν Τήνῳ προσκυνούμενα. Δημήτριος γὰρ ἐν δευτέρῳ τῶν *Ἀργολικῶν* τοῦ ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας (16) ξόανου καὶ τὴν ὕλην ὄγχνην, καὶ τὸν ποιητὴν Ἄργον ἀναγράφει. Πολλοὶ δ' ἂν τάχα που θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον, τὸ Διοπετὲς (17) καλούμενον,

✠ P. 41 ED. POTTER, 30 ED. PARIS.

statuam putaret esse. Et apud Arnobium legendum non *Ethedius*, sed *Aethlius*. Citatur ab Athenæo lib. XIV. Ἀέθλιος. COLLECT.

(9) *Ἤρξατο*. Ἤρξαντο, Nov. Mox, ἐκαρπώσαντο pro ἐκαρπώσατο, idem.

(10) *Βρέτη*. Hesychius, βρέτας, ξόανον, εἴδωλον, ὁμοίωμά τι, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι, ὅπερ φασὶν οἱ νεώτεροι τὸ θεῖκελον. Quod etymon Grammatici fere omnes tradunt.

(11) *Ἐν Ῥώμῃ*. Scaliger in Varronem : Videtur non longe ab his quæ ex Varrone affert Clemens, quod apud Nonium citatur ex lib. *De vita populi Rom. : Quid inter hos Joves intersit, et eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere, et horum temporum divitias, et illorum paupertates*. Ovid. :

Juppiter angusta vix totus stabat in æde.

Paulo post, *imagines in Neapecha*. P. Leopardus corrigit ex Græco ἀγάλματα ἐννεαπήχη, *statuæ novem cubitorum*, lib. II, c. 11, *Emendat*. COLLECT.

(12) *Τὸν μὲν οὖν*. Hoc argumentum tractat Athenagoras *Legat*. pag. 61.

(13) *Κάλως*. Calo statuarii, qui mediam Eumenidum sculpsisse dicitur, meminit præter Pausaniam etiam Plinius, et Quintilianus, lib. XII, cap. 10. A. V. SILBURG.

(14) *Ἃ Φειδίας πάλιν ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα*. Lowthius ἃ delendum judicat, ut etiam ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα. Mihi potius videtur, quod et Herveto olim visum est, ἃ mutandum esse in εἰ.

(15) *Βρύξιος*. A. et H. Βρυάξιος, ut mox. SYLB. Bryaxin vocant etiam Pausanias, Plinius lib. XXXIV, cap. 7, et lib. XXXVI, cap. 5, et Tatianus, pag. 117.

(16) *Ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας*. Euseb., lib. III, cap. 8, ex Plutarcho, Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν εἰσάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας, ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄγχνην τεμὼν, Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Corrigendus autem est Euseb. in *Chronicis* ad ann. mundi 3560 : *In Argis primus sacerdotio functus est Callithyas, filius Pyrantis*. Manuscriptus Christianiss. Regg. matris, *In Argis prima sacerdotio functa est Callitias, filia Spirantis*. Meminit et Clemens lib. I *Strom*. Callithoes, sacerdotis Junonis Argivæ. COLLECT.

(17) *Διοπετές*. Epicurei, cum plurimum tribuerent Epicuri libro *Περὶ κριτηρίου*, non humano ingenio, sed divino confectum, atque de cœlo delapsum ostendere ipsum volentes, διοπετῆ appellabant, ut refert Plutarchus contra Coloten : quod verbum Cicero expressit lib. *De finibus bonor*., dicens *delapsum de cœlo*. D. Lucas, Act. XIX, διοπετές appellat Dianæ simulacrum, quod ipsum Numa Romanis persuasit de ancili, de quo Ovid. III lib. *Fast*., *de Palladio* lib. VI. Guilbertus Cognatus cent. 2,

Digitized by Google

ὁ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ὑφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι, ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατεσκευάσθαι, καθάπερ τὸν Ὀλύμπιον ἐξ ἄλλων ὀστῶν Ἰνδικοῦ θηρίου (18). Καὶ δὴ τὸν ἱστοροῦντα (19) Διονύσιον (20) ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι. Ἀπελλᾶς δὲ ἐν τοῖς Δελφικοῖς δύο φησὶ γεγονέναι τὰ Παλλάδια, ἄμφω δ' ὑπ' ἀνθρώπων δεδημιουργῆσθαι. Ἀλλ' ὅπως μηδεὶς ὑπολάβῃ καὶ ταῦτά με ἀγνοίᾳ παρηκέναι (21), παραθήσομαι, τοῦ Μορύχου Διονύσου τὸ ἄγαλμα Ἀθήνησι γεγονέναι μὲν ἐκ τοῦ Φελλάτα καλουμένου λίθου, ἔργον δὲ εἶναι Σίμωνος (22) τοῦ Εὐπαλάμου, ὡς φησι Πολέμων ἔν τινι ἐπιστολῇ. Ἐγενέσθην (23) δὲ καὶ ἄλλω τινὲ δύω, Κρητικώ, οἶμαι, ἀνδριαντοποιώ· Σκύλης καὶ Δίποινος (24) ὠνομαζέσθην· τούτω δὲ τὰ ἐν Ἄργει τοῖν Διοσκούροιν ἀγάλματα κατεσκευασάτην, καὶ τὸν ἐν Τίρυνθι Ἡρακλέους ἀνδριάντα καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ξόανον ἐν Σικυῶνι. Καὶ τί περὶ ταῦτα διατρίβω, ἐξὸν αὐτὸν τὸν μεγαλοδαίμονα ὑμῖν ἐπιδεῖξαι, ὅστις ἦν; ὃν δὴ κατ' ἐξοχὴν πρὸς πάντων σεβασμοῦ κατηξιωμένον ἀκούομεν· τοῦτον ἀχειροποίητον εἰπεῖν τετολμήκασι, τὸν Αἰγύπτιον Σάραπιν (25). Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἱστοροῦσι χαριστήριον ὑπὸ Σινωπέων Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ τῷ Αἰγυπτίων πεμφθῆναι βασιλεῖ· ὃς λιμῷ τρυχομένους αὐτοὺς, ἀπ' Αἰγύπτου μεταπεμψάμενος (26) σῖτον ὁ Πτολεμαῖος, ἀνεκτήσατο· εἶναι δὲ τὸ ξόανον τοῦτο, ἄγαλμα Πλούτωνος· ὃς, δεξάμενος τὸν ἀνδριάντα, καθίδρυσεν ἐπὶ τῆς ἄκρας, ἣν νῦν Ῥακῶτιν καλοῦσιν· ἔνθα καὶ τὸ ἱερὸν τετίμηται τοῦ Σαράπιδος· γειτνιᾷ δὲ τοῖς τό-

A

B

C

✠ P. 42 ED. POTTER, 31 ED. PARIS.

Argum. Multis vero mirabile fortasse videbitur, si didicerint Palladium, quod διοπετές appellatur, quia *cœlitus* sit *delapsum*, ✠ quod Diomedes quidem et Ulysses feruntur e Troja sublatum apud Demophoontem deposuisse, factum esse ex ossibus Pelopis, quemadmodum Olympium Jovem ex ossibus Indicæ belluæ : atqui Dionysium hujus rei auctorem in quinta Cycli parte afferre possum. Apellas vero in Delphicis duo fuisse Palladia narrat, quorum utrumque ab hominibus fabricatum est. Ne vero quis me existimet per ignorantiam præteriisse, hoc insuper adjiciam : quod Morychi Bacchi statua, quæ Athenis est, facta quidem ex Phellensi lapide, opus autem Simonis filii Eupalami fuerit, ut ex epistola quadam Polemonis cognoscimus. Alii præterea duo fuerunt statuarii ex Creta, nisi me fallit memoria, oriundi, quorum nomina erant Scyles, et Dipœnus ; hi autem Dioscurorum signa Argis, Herculi autem statuam Tirynthe, et Munichiæ Dianæ simulacrum Sicyone fecerunt. Sed quid his immoror, cum magnum illum dæmonem, Serapin Ægyptium, quem præ cæteris omnibus singulari quodam cultu et honore dignari universos homines scimus, quem humanis factum esse manibus negare haud verentur, quisnam fuerit monstrare possim? Nam a nonnullis quidem traditur, hoc simulacrum fuisse signum Plutonis, quod Sinopenses munere miserunt Ptolemæo Philadelpho, Ægyptiorum regi, qui gratiam ab ipsis inivisset maximam, quod cum fame laborarent, frumentum ex Ægypto deportandum ad eos curasset ; eum vero, statuam hanc ut

proverb. 172. Locum Suidæ ascribere ex ms. non pigebit, quod auctior sit et emendatior : Διοπετὲς, ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενον· ὅτι οἱ παρ' Ἕλλησι τὰ ξόανα κατασκευάζοντες, φόβον ἐμποιῆσαι βουλόμενοι (Ald. φόρον) τοῖς ὁρῶσιν, ἔφασκον, ὅτι τὸ ἄγαλμα ἐξ οὐρανοῦ παρὰ τοῦ Διὸς ἐπέμφθη, καὶ κατέπτη, κρεῖττον ὑπάρχον πάσης ἀνθρωπίνης χειρὸς καὶ ἀνάλωτον· ὅθεν καὶ Διοπετὲς αὐτὸ καὶ οὐράνιον βρέτας ἐκάλουν παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. Idem antea Clemens hoc ipso in libro. Addit Suidas addenda impresso, Ὅπερ χ' οὕτως ἦν· ἡ περὶ τῶν ἀγαλμάτων ματαία καὶ πεπλανημένη δόξα, ἀλλὰ τοὺς ἀγαλματοποιοὺς ἢ ἀποκτείνοντες, etc. In extremo est, ἄξιον μισθὸν τῆς κακουργίας κομισάμενοι· *Solebant Græci profani, ut simulacra commendarent, dicere ea a Jove missa, ut immortalia : quamobrem et solebant statuarios in exsilium mittere, aut enecare, ne manu facta viderentur.* Exemplum affert simulacri Alexandriæ ; Ptolemæus enim artifices, eo contecto, et ingenti fossa excavata, ac tabulatis impositis, dolo occultato, jussit, ut in eis epularentur ; tum in medio convivio subsidente pavimento conciderunt, atque ita oppressi sunt. Arnobius lib. IV : *Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit?* Julius Firmicus, *De errore prof. relig. : Palladii etium quid sit numen, audite. Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc avarus Scytha fecisse perhibetur ; jam quale sit considerate, quod barbarus Scytha consecravit.* Collect. — Quo pertinere Cassandræ verba apud Lycophronem vers. 53, Meursius existimat :

Λεύσσω σε, τλῆμον, δεύτερον πυρουμένην,
Ταῖς τ' Ἀλακείοις χερσὶ, τοῖς τε Ταντάλου
Λαίτριτραν οἰκουροῦσι λειψάνοις πυρὸς
Παιδὸς καταβροχθέντος αἰθάλῳ δέμας.

(18) *Ἰνδικοῦ θηρίου.* Id est elephantis : nam eburneum erat Olympii Jovis simulacrum.

(19) *Τὸν ἱστοροῦντα.* Prius legebatur ἱστοροῦντες, verum B. H. et Sylburgius reposuerunt ἱστοροῦντα, quam lectionem firmat etiam ms. nov.

(20) *Διονύσιον.* Διόνυσον, Nov. mendose. Nam Clemens intelligit Dionysium Milesium, quem Suidas testatur scripsisse præter alia, Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ἑπτά, *Cyclum historicum in libris septem.*

(21) *Παρηκέναι.* Usitatus παρεικέναι. Sylburg.

(22) *Σίμωνος.* Σίκωνος prius legebatur, sed rectius Σίμωνος. Ex Pausania. V., Sylb. Ejusdem meminit Laertius in *Simone.*

(23) *Ἐγενέσθην.* Γενέσθην, Nov.

(24) *Σκύλης καὶ Δίποινος.* Prius scriptum erat Ἐκύλης· verum rectius aut Σκύλης legimus, aut Σκύλλις· Scyllidis sane ac Dipœni fratrum mentio apud Pausaniam duobus in locis, itemque apud Plinium : qua de re C. quoque monuit. Sylburg. — Conf. Herveti Commentarium.

(25) *Τὸν Αἰγύπτιον Σάραπιν.* De accito Serapidis simulacro e Ponto per Ptolemæum Philadelphum, ut Clemens, vel Soterem, ut alii, conf. Tacitus paulo ante finem *Histor.* lib. IV, Pausanias in *Atticis*, Eusebius *Chron.* an. 1730. Plutarchus lib. *De Iside et Osiride*, et in fine lib. *De solertia animal.* Eustathius, in Dionysii *Περιήγησιν*, aliique plures.

(26) *Μεταπεμψάμενος.* Rectius μεταπεμψαμένους. Sequens commation, ὁ Πτολεμαῖος, A. redundare putat. Sed admodum familiares Clementi sunt ejusmodi pleonasmi, ut item Pausaniæ. Sylburg.

Digitized by Google

accepisset, in promontorio, quod nunc Racotim appellant, statuisse; ubi et fanum Sarapidis colitur, et prædium haud procul hinc ipsi consecratum est: demum Blistichim meretricem mortuam Canopi, Ptolemæum translatam hoc in fano sepelivisse. Aliis autem visum est Sarapin Ponticum esse simulacrum, quod solemni pompa translatum ad Alexandriam memorant. Solus Isidorus auctor est, a Seleuciensibus, qui Antiochiæ finitimi sunt, traductum eo fuisse, cum hos etiam Ptolemæus frumenti penuria laborantes sustentasset. Eo autem, nescio quo modo, prolapsus ✠ est Athenodorus Sandonis filius, ut cum studeret Sarapidi vetustatem affingere, eum esse statuam arte factam arguerit: Sesostrim quippe ait, Ægyptiorum regem, cum plurimas Græcorum gentes subjugasset, reversum in Ægyptum permultos secum artifices eo duxisse. Osirin itaque proavum suum summo artificio jussit effingi: hoc autem operis tradidit Bryaxi artifici, haud ei quidem Atheniensi, sed cuidam cognomini, qui ad id perficiendum multiplici variaque materia usus est; habebat enim auri, et argenti, et æris, et ferri, et plumbi, et stanni, denique, ramenta: nec Ægyptiorum lapidum ullus omnino deerat, nec sapphiri quidem vel hæmatitæ fragmenta, sicut nec smaragdi, nec topazii. Hæc igitur omnia expolita prius et commista cyaneo colore imbuit, unde simulacri hujus color ad nigrorem accedit: hisque demum universis pigmento, quod de funere Osiridis et Apis reliquum erat, conspersis, Sarapin effinxit: cujus ipsum nomen funeris communionem, et procreationem e sepultura innuit, quod, compositione Osiridis et Apis facta, dictum sit Osirapis. Novum item alium in Ægypto, atque in ipsa pene Græcia ad Deum turbam cum eximia religione aggregavit Romanorum rex Antinoum, qui pulcherrimos inter numerandus erat, delicias amoresque suos, quem ipse, quomodo Ganymeden antea Jupiter, consecravit. Nec enim cupiditas ea modum facile tenere potest, quæ nullo metu coercetur. Itaque sacræ Antinoi noctes ab hominibus hodie cultu divino celebrantur, quarum turpitudinis sibi amator ipse conscius erat, qui si-

A ποις τὸ χωρίον· Βλίστιχιν δὲ τὴν παλλακίδα τελευτήσασαν ἐν Κανώβῳ, μεταγαγὼν ὁ Πτολεμαῖος, ἔθαψεν ὑπὸ τὸν προδεδηλωμένον σηκόν. Ἄλλοι δέ φασιν Ποντικὸν εἶναι βρέτας τὸν Σάραπιν, μετῆχθαι δὲ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, μετὰ τιμῆς πανηγυρικῆς. Ἰσίδωρος μόνος παρὰ Σελευκέων τῶν πρὸς Ἀντιόχειαν τὸ ἄγαλμα μεταχθῆναι λέγει, ἐν σιτοδείᾳ καὶ αὐτῶν γενομένων, καὶ ὑπὸ Πτολεμαίου διατραφέντων. Ἀλλ' ὅ γε Ἀθηνόδωρος ὁ τοῦ Σάνδωνος, ἀρχαΐζειν τὸν Σάραπιν βουληθείς, οὐκ οἶδ' ὅπως περιέπεσεν, ἐλέγξας αὐτὸν ἄγαλμα εἶναι γεννητόν· Σέσωστρίν φησι τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα, τὰ πλεῖστα τῶν παρ' Ἕλλησι παραστησάμενον ἐθνῶν, ἐπανελθόντα εἰς Αἴγυπτον, ἐπαγαγέσθαι τεχνίτας ἱκανούς. Τὸν οὖν Ὄσιριν, τὸν προπάτορα τὸν αὑτοῦ, δαιδαλθῆναι ἐκέ- B λευσεν αὐτὸς πολυτελῶς· κατασκευάζει δὲ αὐτὸν Βρύαξις ὁ δημιουργός, οὐχ ὁ Ἀθηναῖος, ἄλλος δέ τις ὁμώνυμος ἐκείνῳ τῷ Βρυάξιδι· ὃς ὕλῃ κατακέχρηται εἰς δημιουργίαν μικτῇ καὶ ποικίλῃ. Ῥίνημα γὰρ χρυσοῦ ἦν αὐτῷ καὶ ἀργύρου, χαλκοῦ τε, καὶ σιδήρου, καὶ μολίβδου, πρὸς δὲ καὶ κασσιτέρου· λίθων δὲ Αἰγυπτίων (27), ἐνέδει οὐδὲ εἷς, σαπφείρου καὶ αἱματίτου θραύσματα, σμαράγδου τε, ἀλλὰ καὶ τοπαζίου. Λεφάνας οὖν τὰ πάντα καὶ ἀναμίξας, ἔχρωσε κυάνῳ· οὗ δὴ χάριν μελάντερον τὸ χρῶμα τοῦ ἀγάλματος· καὶ τῷ ἐκ τῆς Ὀσίριδος καὶ τοῦ Ἄπιος (28) κηδείας ὑπολελειμμένῳ φαρμάκῳ φυράσας τὰ πάντα, διέπλασε τὸν Σάραπιν· οὗ καὶ τοὔνομα αἰνίττεται τὴν κοινωνίαν τῆς κηδείας, καὶ τὴν ἐκ τῆς ταφῆς δημιουργίαν, σύνθετον ἀπό τε Ὑσίριδος C καὶ Ἄπιος γενόμενον Ὀσίραπις. Καινὸν δὲ ἄλλον ἐν Αἰγύπτῳ, ὀλίγου δεῖν καὶ παρ' Ἕλλησι, σεβασμίως (29) τεθείακε θεὸν ὁ βασιλεὺς (30) Ῥωμαίων (31), τὸν ἐρώμενον, ὡραιότατον τῶν σφόδρα (32) γενόμενον Ἀντίνοον, ὃν ἀνιέρωσεν οὕτως, ὡς Γανυμήδην ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, φόβον οὐκ ἔχουσα· καὶ νύκτας ἱερὰς τὰς Ἀντινόου προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι νῦν, ἃς αἰσχρὰς ἡπίστατο ὁ συναγρυπνήσας ἐραστής. Τί μοι θεὸν καταλέγεις, τὸν πορνείᾳ τετιμημένον; Τί δὲ καὶ ὡς υἱὸν θρηνεῖσθαι προσέταξας; Τί δαὶ (33) καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ διηγῇ; Αἰσχρόν ἐστι τὸ κάλλος ὕβρει μεμαραμμένον (34). Μὴ τυραννήσῃς, ἄνθρωπε, τοῦ κάλλους, μηδὲ ἐνυβρίσῃς

✠ P. 45 ED. POTTER, 32 ED. PARIS.

(27) *Αἰγυπτίων.* Αἰγυπτίῳ Nov.

(28) *Ὀσίριδος καὶ τοῦ Ἄπιος.* Sic etiam Lactantius, lib. I, c. 21. At Serapin quasi Σορόαπιν dictum vult Clemens *Strom.* I, pag. 322, 323, a σορός, *tumulus*, et Apis, propter rationem ibi redditam. Quod etymon Augustin. *De civit. Dei*, lib. XVIII, c. 5, ex Varrone, aliique plurimi tradunt. Verisimilius est, quod refert Plutarchus, lib. *De Iside et Osiride*, hunc deum Sinopenses, a quibus ad Ægyptios profectus est, pro Plutone colwisse: ac proinde Ægyptios eo nomine illum appellasse, quo ipsi Plutonem vocabant.

(29) *Σεβασμίως.* Lowthius σεβάσμιον legendum esse putat.

(30) *Ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων.* Adrianus: ut in Dionis epitome tradit Xiphilinus, et Chrysostomus in II Cor. XII, pag. 81, H. V. Sylburg.—De Antinoo mentio est apud Justinum M. *Apol.* I, pag. 59; Tatianum, pag. 40, 41; Athenagor., *Legat.* pag. 121;

D Theophilum, *ad Autolycum*, lib. III, pag. 122; Tertullian. *Apol.*, cap. 13; Euseb., *Eccles. hist.*, lib. IV, cap. 8; Origenem in *Cels.* lib. III, p. 133; Pausaniam in *Arcadicis*, p. 469, 470. Edit. Hanov. Spartianum in *Adriano*, aliosque plurimos. Porro Clementis de Antinoo verborum partem primam et postremam recitat Eusebius, *Præpar. evang.*, lib. II, cap. 6.

(31) *Ῥωμαίων.* Ὁρωμένων Nov. mendose, ut videtur, pro ὁ Ῥωμαίων.

(32) *Ὡραίων τῶν σφόδρα.* Sic Heinsius, et post eum editores Paris., nulla, ut videtur, auctoritate freti; nam ὡραῖον τῶν σφόδρα exhibent Flor., Sylb.; ὡραιότατον σφόδρα, Euseb., Joan. qui hanc sententiam sic proferunt, ὡραιότατον σφόδρα γενόμενον Ἀντίνοον, ἀνιέρωσεν οὕτως, ὡς Γ.

(33) *Τί δαί.* Τί δέ, Nov.

(34) *Ὕβρει μεμαραμμένον.* Haud scio an aptius legerimus μεμολυσμένον, aut μεμισσμένον? Sylburg.

Digitized by Google

ἀνθοῦντι τῷ νέῳ· τήρησον αὐτὸ καθαρὸν, ἵνα ᾖ καλόν. Βασιλεὺς τοῦ κάλλους γενοῦ, μὴ τύραννος. Ἐλεύθερος μεινάτω· τότε σου γνωρίσω τὸ κάλλος, ὅτι καθαρὰν τετήρηκας τὴν εἰκόνα· τότε προσκυνήσω τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν, ὃ ἀρχέτυπόν (35) ἐστι τῶν καλῶν. Ἤδη δὲ, τάφος (36) ἐστὶ τοῦ ἐρωμένου· νεὼς ἐστιν Ἀντινόου καὶ πόλις. Καθάπερ γὰρ, οἶμαι, οἱ ναοὶ, οὕτω δὲ καὶ οἱ τάφοι θαυμάζονται, πυραμίδες καὶ Μαυσώλια (37), καὶ λαβύρινθοι, ἄλλοι ναοὶ ἐῶν νεκρῶν, ὡς ἐκεῖνοι τάφοι τῶν θεῶν. Διδάσκαλον δὲ ὑμῖν παραθήσομαι τὴν προφῆτιν Σίβυλλαν·

A mul cum puero vigilarat. Quid mihi refers inter deos, cui præmium stupri honores persolvuntur? Cur autem eum jussisti lugeri tanquam filium? Cur ejus pulchritudinem enarras? Turpis est pulchritudo, quæ per contumeliam emarcuit. Ne tyrannidem exerceas, o homo, in pulchritudinem; ne probrum inferas florenti adolescenti; ipsam puram serva, ut sit pulchra. Pulchritudinis rex esto, non tyrannus. Liber maneat, sic tuam pulchritudinem agnoscam, quia puram servaveris imaginem. Sic veram adorabo pulchritudinem, quæ primigenium pulchrorum omnium exemplar est, et forma. ✠

Nunc catamiti hujus sepulcrum, Antinoi templum et oppidum est. Enimvero simili, ut opinor, templa sepulcraque sunt in admiratione: Pyramides quippe, Mausolea, Labyrinthi; alia quædam sunt templa mortuorum, quemadmodum illa deorum sepulcra. Magistram vobis afferam fatidicam Sibyllam **15**:

Οὐ ψεῦδος (38) *Φοίβου χρησμηγόρον, ὅν τε μάταιοι*
Ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν·
Ἀλλὰ θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν,
Εἰδώλοις ἀλλοίοισι λιθοξέστοισιν ὁμοιον.

B *Non oracla quidem damnis mendacia Phœbi,*
Quem dixere Deum, quem falso nomine vatis
Vani appellarunt homines; sed numina veri
Magna Dei, quem non hominum manus ulla dolavit,
Signis consimilem mutis, saxoque politis.

Αὕτη μέντοι ἐρείπια τοῦ νεὼ προαγορεύει, τὸν μὲν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος χάσμασι καὶ σεισμοῖς καταποντίσεσθαι, προμηνύουσα οὕτως·

Hæc quidem ruinas templorum prædicit, fore significans, ut templum Ephesiæ Dianæ terræ motibus hiatibusque absorbeatur, his verbis:

Ὑπτία δ' εἰμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα·

At lacrymas Ephesus recubans ad littora fundet,
Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.

Τὸν δὲ Ἴσιδος καὶ Σαράπιδος ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθήσεσθαί φησι, καὶ ἐμπρήσθήσεσθαι·

Fanum vero Isidis et Sarapidis in Ægypto solo æquandum, et incendio absumendum dicit:

C

Ἶσι, θεὰ τριτάλαινα, μενεῖς ἐπὶ Νείλου χεύμασι (39)
Μούνη, μαινὰς, ἄναυδος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος.

Isi, dea infelix, Nili remanebis ad amnem
Sola, carens et voce, furensque Acherontis arenis.

Εἶτα ὑποδᾶσα·

Deinde subjicit:

Καὶ σὺ, Σάραπι, λίθους ἀργοὺς ἐπικείμενος πολλοὺς,
Κείσῃ πτῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τριταλαίνῃ.

Tuque, Sarapi, sedens in saxis, multa dolebis,
Ægypto in misera cum magna ruina jacebis.

Σὺ δὲ ἀλλ' εἰ μὴ προφήτιδος ἐπακούεις, τοῦ γε σοῦ ἄκουσον φιλοσόφου τοῦ Ἐφεσίου Ἡρακλείτου, τὴν ἀναισθησίαν ὀνειδίζοντος τοῖς ἀγάλμασι· *Καὶ ἀγάλμασι* (40) *τουτέοισιν εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις δόμοις λεσχηνεύοιτο.* Ἦ γὰρ οὐχὶ τερατώδεις οἱ λίθους προστρεπόμενοι, εἶτα μέντοι καὶ πρὸ τῶν πυλῶν ἱστάντες αὐτοὺς, ὡς ἐνεργεῖς; Ἑρμῆν προσ-

Tu vero, si minus ad vatem attendis, saltem tuo philosopho Heraclito Ephesio, dum exprobrat simulacris, quod sensu careant, aures adverte: *Et hæc*, inquit, *simulacra precantur, perinde ac si quis ad ædes sermonem haberet.* Annon enim sunt plane prodigiosi, qui lapides, quos præ foribus statuunt, D quasi vita atque vigore præditos colunt? Adorant

✠ P. 44 ED. POTTER, 33 ED. PARIS.

(35) Ὁ ἀρχ. Ὁ omittit Nov.

(36) *Ἤδη δὲ τάφ.* Scribe, ex Euseb. et Joan., Ἤδη δὲ ὁ τάφος τοῦ ἐρωμένου, νεώς ἐστιν Ἀντινόου, καὶ πόλις· καθάπερ γὰρ οἶμαι, οἱ ναοὶ, οὕτω καὶ οἱ τ. Quod in versione expressum est.

(37) *Μαυσώλια.* Μαυσῶλα Euseb., Joan. Μαυσώλειον dixit Strabo lib. v.

(38) *Οὐ ψεῦδος.* Vulg. Sibyllini, pag. 253, habent Οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμήτορος. Sylburg. Primo versu, χρησμογόρον, Nov. Ultimo, ἀλάλοις, idem. Mox, ἐρείπια τοὺς νεὼς προσαγορεύει, editt. Florent., Sylburg., quam lectionem mutavit Heinsius, non infeliciter, verum sine auctoritate.

(39) *Μενεῖς ἐπὶ χεύμασι.* Μενεῖς ἐπὶ χεύματα Nov Mox, ἐπιβᾶσα pro ὑποδᾶσα. Idem.

(40) *Καὶ ἀγάλμασι.* Origenes *contra Cels.*, lib. I, pag. 6: Ἐκτίθεται Ἡρακλείτου λέξιν, τὴν λέγουσαν, Ὅμοια, ὡς εἴτις τοῖς δόμοις λεσχηνεύοιτο, ποιεῖν τοὺς προσιόντας ὡς θεοῖς ἀψύχοις· *Exponit Heracliti dictum, eos, qui deos inanimes acceaant, perinde facere ac si fabulentur cum parietibus.* Plenius hanc sententiam recitat lib. VII, pag. 373: Καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀναφαίνεται· Καὶ τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁποῖον εἴτις τοῖς δόμοισι λεσχηνεύοιτο. *Atqui Heraclitus sic de his pronuntiat: Ita preces offerunt istis simulacris, ac si quis fabuletur cum parietibus.* Quibus testimoniis constat, perperam a nonnullis substitui δοκοῖσι *stipitibus*, pro δόμοισι. Porro legendum apud Clementem, τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν, ex Origen. et Nov. Dein, δόμοισι pro δόμοις, ex Origen. Nam Heraclitus Ionica dialecto usus est.

Digitized by Google

quippe Mercurium quasi deum, sicut etiam Aguiea, seu viæ præsidem, et simul præ foribus statuunt. Nam si eos, quod sensu careant, afficiunt contumelia, cur adorant ut deos? Quod si existimant eos esse sensus participes, cur præ foribus constituunt? Romani autem, cum inceptorum suorum maximorum felicitatem Fortunæ acceptam referrent, et potentissimam deam esse existimarent, eam ✠in latrina statuerunt, cloacam ipsi, haud indignum numine templum, consecrantes. At vero lapidi, et ligno et diviti auro parum est curæ, seu nidor, seu sanguis, seu fumus, quo dum honoris causa fumigantur, fuliginem contrahunt; imo nec honor, nec contumelia. Sunt autem ejusmodi simulacra quovis animali viliora. Et quo modo, cum sensu careant, divinis affici honoribus cœperint, sæpe mirari subit, eorumque, qui in hunc errorem inciderint, utpote summe infelicium, amentiæ misereri. Nam si quædam animalia non habent omnes sensus, ut vermes et erucæ, quæque naturæ suæ conditione a primo ortu imperfecta sunt, velut talpæ, et mus araneus, quem Nicander vocat *cæcumque, surdumque*, tamen his signis et simulacris, quæ sunt penitus stupida, multum præstant: quippe cum uno saltem sensu prædita sint, auditu scilicet, vel tactu, vel qui odoratui, aut gustui respondeat, simulacra vero omni prorsus perceptione destituantur. Sunt autem multa animalia, quæ nec visum habent, nec auditum, nec vocem, cujusmodi est ostreorum genus; vivunt tamen, et augentur, et præterea una cum luna afficiuntur. Simulacra autem nihil prorsus agunt, nihil moliuntur, nihil sentiunt; sed alligantur, et clavis panguntur, et affiguntur, et conflantur, limantur, secantur, circumraduntur, cælantur. Ac stupidam sane insensilemque terram dedecorant statuarii, dum artificio suo naturam ejus immutant, eique divinos honores conciliant: quos mea quidem sententia non diis,

A κυνοῦσιν ὡς θεὸν, καὶ τὸν Ἀγυιέα (41), θυρωρὸν ἱστάντες. Εἰ γὰρ ὡς ἀναισθήτους ὑβρίζουσι, τί προσκυνοῦσιν ὡς θεούς; εἰ δὲ αἰσθήσεως αὐτοὺς μετέχειν οἴονται, τί τούτους (42) ἱστᾶσι θυρωρούς; Ῥωμαῖοι δὲ τὰ μέγιστα κατορθώματα τῇ τύχῃ ἀνατιθέντες, καὶ ταύτην μεγίστην οἰόμενοι θεὸν, φέροντες εἰς τὸν κοπρῶνα ἀνέθηκαν αὐτὴν, ἄξιον νεὼν τὸν ἀφεδρῶνα νείμαντες τῇ θεῷ. Ἀλλὰ γὰρ ἀναισθήτῳ λίθῳ, καὶ ξύλῳ, καὶ χρυσίῳ πλουσίῳ, οὔθ' ὁτιοῦν μέλει, οὐ κνίσσης (43), οὐχ αἵματος, οὐ καπνοῦ, ᾧ δὴ τιμώμενοι καὶ τυφόμενοι, ἐκμελαίνονται· ἀλλ' οὐδὲ τιμῆς, οὐχ ὕβρεως· τὰ δὲ καὶ παντός ἐστιν ἀτιμότερα ζώου, τὰ ἀγάλματα. Καὶ ὅπως γε τεθείασται τὰ ἀναίσθητα, ἀπορεῖν ἔπεισί μοι, καὶ κατελεεῖν τοὺς πλανωμένους τῆς B ἀνοίας, ὡς δειλαίους· εἰ γὰρ καί τινα τῶν ζώων οὐχὶ πάσας ἔχει τὰς αἰσθήσεις, ὥσπερ εὐλαὶ καὶ κάμπαι, καὶ ὅσα διὰ τῆς πρώτης γενέσεως εὐθὺς ἀνάπηρα φαίνεται, καθάπερ οἱ σπάλακες (44), καὶ ἡ μυγάλη, ἣν φησιν ὁ Νίκανδρος *τυφλήν τε σμερδνήν τε*· ἀλλά γε ἀμείνους εἰσὶ τῶν ξοάνων τούτων καὶ τῶν ἀγαλμάτων, τέλεον ὄντων κωφῶν· ἔχουσι γὰρ αἴσθησιν μίαν γέ τινα, φέρε εἰπεῖν ἀκουστικὴν, ἢ ἁπτικὴν (45), ἢ τὴν ἀναλογοῦσαν τῇ ὀσφρήσει, ἢ τῇ γεύσει· τὰ δὲ οὐδὲ μιᾶς αἰσθήσεως μετέχει τὰ ἀγάλματα. Πολλὰ δέ ἐστι τῶν ζώων, ὅσα οὐδὲ ὅρασιν ἔχει, οὔτε ἀκοὴν, οὔτε μὴν φωνὴν, οἷον καὶ τὸ τῶν ὀστρέων γένος, ἀλλὰ ζῇ γε (46), καὶ αὔξεται, πρὸς δὲ καὶ τῇ σελήνῃ συμπάσχει. Τὰ δὲ ἀγάλματα ἀργὰ, ἄπρακτα, ἀναίσθητα, προσδεῖται, καὶ προσκαθηλοῦται, καὶ προσπήγνυται, C χωνεύεται, ῥινᾶται, πρίεται, περιξέεται, γλύφεται. Κωφὴν μὲν (47) δὴ γαῖαν ἀεικίζουσιν οἱ ἀγαλματοποιοὶ, τῆς οἰκείας ἐξιστάντες φύσεως ὑπὸ τῆς τέχνης προσκυνεῖν (48) ἀναπείθοντες· προσκυνοῦσι δὲ οἱ θεοποιοὶ οὐ θεοὺς καὶ δαίμονας, κατά γε αἴσθησιν τὴν ἐμὴν, γῆν δὲ καὶ τέχνην, τὰ ἀγάλματα ὅπερ ἐστὶν (49). Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἄγαλμα ὕλη νεκρὰ, τεχνίτου χειρὶ μεμορφωμένη. Ἡμῖν δὲ (50) οὐχ

D

✠ P. 45 ED. POTTER, 34 ED. PARIS.

(41) *Ἀγυιέα.* Ἀγλέα Nov., mendose.

(42) *Τούτους.* Τούτοις Flor., Sylb., quod Heinsius mutavit in τούτους· idque firmat Nov.

(43) *Μέλει, οὐ κν.* Μέλλει· οὐ κνίσσης, οὐχ αἵματος καπνοῦ, Nov.

(44) *Σπάλακες.* Ἀσπάλακες Nov., quorum utrumque in usu est.

(45) *Ἡ ἁπτικήν.* Omittit Nov.

(46) *Ἀλλὰ ζῇ γε.* Ἀλλὰ καὶ ζῇ, Nov.

(47) *Κωφὴν μέν.* Respicit *Iliad.* Ω, v. 54:

Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.
Surdam enim terram probro afficit præ furore.

(48) *Ὑπὸ τῆς τέχνης, καὶ πρ.* Ὑπὸ τῆς τέχνης προσκυνεῖν ἀναπείθοντες, *arte ut adorent inducentes*, Nov.

(49) *Τὰ ἀγάλματα, ὅπερ ἐστίν.* C., inverso ordine, legendum putat ὅπερ ἐστὶ τὰ ἀγάλματα. Sylburg.

(50) *Ἡμῖν δέ.* Vetus lectio est, Ἡμῖν δὲ, οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα. Ubi e margine in contextum irrepsisse videntur ista verba, νοητόν, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα· uti ex iis expunctis legendum sit, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, ὁ Θεός. Sylburg.—Recte irrepsisse aliquid notat Sylburgius. Veram lectionem pete ex interpretatione. Nempe, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμα· νοητὸν οὐκ αἰσθητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, etc. Cætera repetuntur, et sensum turbant: quare ejiciantur. Heinsius. — P. Faber cap. 2 *Dodecameni* hæc habet: Verum Deum esse aut solum, vel unum Deum esse dicitur, idolorum dæmonumque falso Dei nomen usurpantium habita ratione, ut scilicet ea nequaquam pro diis habenda esse doceatur; eoque pertinet, quod apud Clementem scriptum est, τὸν ὄντα ὄντως μὴ γνωρίζοντες Θεόν. Item quod aliquanto post, ubi nullum sensile simulacrum, quale gentibus, esse Christianis, sed verum Deum ipsa mente atque cognitione comprehendi docet. His enim verbis exprimit, ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα· ὁ Θεὸς μόνος ὄντως Θεός. Sed hæc obscura et mendosa ita, meo quidem animo, correxeris, si pro priore νοητόν legeris νοητοῦ, et posterius illud αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, tanquam superfluum, et a librario, vel a Scholiaste quodam, repetitum, expunxeris: neque enim dubito, quin ita prorsus Clemens exararit: ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητοῦ δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν ὁ Θεὸς ὁ μόνος ὄντως Θεός. Atque ut antiquitus Judæi, Romana etiam vigente republica, Deum ineffabilem et invisibilem existimantes, nullo simulacro adhibito co-

Digitized by Google

ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, ὁ Θεὸς, ὁ μόνος ὄντως Θεός. Καὶ δὴ ἔμπαλιν ἐν αὐταῖς που ταῖς περιστάσεσιν οἱ δεισιδαίμονες, οἱ τῶν λίθων προσκυνηταὶ, ἔργῳ μαθόντες ἀναίσθητον ὕλην μὴ σέβειν, αὐτῆς ἡττώμενοι τῆς χρείας, ἀπόλλυνται ὑπὸ δεισιδαιμονίας· καταφρονοῦντες δ' ὅμως τῶν ἀγαλμάτων, φαίνεσθαι δὲ μὴ βουλόμενοι αὐτῶν ὅλως περιφρονοῦντες, ἐλέγχονται ὑπ' αὐτῶν τῶν θεῶν, οἷς δὴ τὰ ἀγάλματα πεφήμισται (51). Διονύσιος μὲν γὰρ ὁ τύραννος, ὁ νεώτερος, θοιμάτιον τὸ χρύσεον περιελόμενος τοῦ Διὸς ἐν Σικελίᾳ, προσέταξεν αὐτῷ ἐρεοῦν περιτιθέναι, χαριέντως φήσας, τοῦτο *ἄμεινον εἶναι τοῦ χρυσίου, καὶ θέρους κουφότερον, καὶ κρύους ἀλεεινότερον*. Ἀντίοχος δὲ (52) ὁ Κυζικηνὸς, ἀπορούμενος χρημάτων, τοῦ Διὸς τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν, πεντεκαίδεκα πηχῶν τὸ μέγεθος ὄν, προσέταξε χωνεῦσαι, καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀτιμοτέρας ὕλης ἄγαλμα παραπλήσιον ἐκείνῳ, πετάλοις κεχρυσωμένον, ἀναθεῖναι πάλιν. Αἱ δὲ χελιδόνες (53), καὶ τῶν ὀρνέων τὰ πλεῖστα, κατεξαιροῦσιν (54) αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων εἰσπετόμενα, οὐδὲν φροντίσαντα οὔτε Ὀλυμπίου Διὸς, οὔτε Ἐπιδαυρίου Ἀσκληπιοῦ, οὐδὲ μὴν Ἀθηνᾶς Πολιάδος, ἢ Σαράπιδος Αἰγυπτίου· παρ' ὧν οὐδὲ αὐτῶν τὴν ἀναισθησίαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκμανθάνετε. Ἀλλ' εἰσὶ μὲν κακοῦργοί τινες ἢ πολέμιοι ἐπιθέμενοι, οἳ δι' αἰσχροκέρδειαν ἐδῄωσαν τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἀναθήματα ἐσύλησαν, ἢ καὶ αὐτὰ ἐχώνευσαν τὰ ἀγάλματα· καὶ εἰ Καμβύσης (55) τις, ἢ Δαρεῖος, ἢ ἄλλος μαινόμενος τοιαῦτα ἄττα ἐπεχείρησεν, καὶ εἰ τὸν Αἰγύπτιόν τις ἀπέκτεινεν Ἄπιν, γελῶ μὲν, ὅτι τὸν θεὸν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, ἀγανακτῶ δὲ, εἰ κέρδους χάριν ἐπλημμέλει. Ἐκὼν οὖν ἐκλήσομαι τῇσδε τῆς κακουργίας, πλεονεξίας ἔργα, οὐχὶ δὲ ἀδρανείας τῶν εἰδώλων ἔλεγχον νομίζων. Ἀλλ' οὔτιγε τὸ πῦρ καὶ οἱ σεισμοὶ κερδαλέοι (56), οὐδὲ μὴν φοβοῦνται ἢ δυσωποῦνται, οὐ τοὺς δαίμονας, οὐ τὰ ἀγάλματα,

aut dæmonibus, sed, ex quibus constant simulacra terræ et artificio persolvunt hi, qui deos faciunt. Nam aliud certe nihil est simulacrum, quam inanima terra, cui artificis manus formam impressit. Apud nos autem haud quidem e sensili materia sensile simulacrum, sed quod sola mente percipitur, est Deus, qui solus vere Deus est. Ac rursus cum superstitiosi illi mortales, qui lapides adorant, adversam fortunam passi, ex ipsa re didicerint, quod materia sensus expers non sit ✠ divinis honoribus afficienda, ipsa necessitate et indigentia victi, metu falsæ religionis miseram sui jacturam patiuntur : et cum simulacra contemnant, ea tamen contemnere videri nolint, ipsorum deorum, quorum nominibus inscripta sunt, infortuniis et calamitatibus arguuntur. Nam Dionysius tyrannus junior, cum in Sicilia auream vestem Jovi detraxisset, jussit eum indui lanea, facete dicens, eam *esse aurea meliorem : ut quæ esset æstate levior, et hieme calidior*. Antiochus autem Cyzicenus, cum egeret pecunia, Jovis auream statuam, quæ quindecim cubitorum erat, fundi jussit, et ex alia viliori materia statuam illi similem, laminis inauratam, ejus loco reponi. Quinetiam hirundines, aliæque aves quamplurimæ advolantes, alvos in ipsa simulacra exonerant, nulla ratione habita, aut Olympii Jovis, aut Epidaurii Æsculapii, aut Minervæ Poliadis, aut Sarapidis Ægyptii; a quibus etiam ipsis vos necdum didicistis simulacra esse sensu penitus destituta. Nonnunquam etiam a prædonum vel hostium manu irruptione facta, incensa templa, donaria direpta, ipsa etiam simulacra turpis lucri gratia liquata sunt. Quod si Cambyses aliquis, vel Darius, aliusve quispiam insanus hujusmodi facinus aliquod tentaverit, **16** aut Ægyptium Apin occiderit : quod quidem ipsorum deum occiderit, risum mihi commovet;

✠ P. 46 ED. POTTER.

luere ; sic hodie Christianis nullum intelligibilis Dei simulacrum esse scripsit, sed intelligibile duntaxat, cum scilicet (ut equidem sentio, nam hoc a Clemente non explicatur) qui revera ipse Deus est, Filium Dei unigenitum. COLLECT.

(51) *Πεφήμισται*. Ἐπιπεφήμισται, Nov.

(52) *Ἀντίοχος δέ*. Arnobius, lib. VI *contra Gentes : Antiochum Cyzicenum ferunt quindecim cubitorum* (sic enim in Romana editione correctum est) *Jovem ex delubro aureum sustulisse, et ex ære bracteolis substituisse fucatum*. Fuit hic Antiochus Syriæ rex, Sidetis filius ; regnavitque annos XVIII. Josephus, *Antiq.* lib. XIII, cap. 19; Eusebius et Justinus. Paulo post Arnob. secutus est Clementem, qui ante tribuit juniori Dionysio, quod alii seniori. Deinde, ut notat P. Victorius, lib. XXI, cap. 10, Cicero, lib. III *De nat. deor.*, id factum in Peloponneso ait, Clemens in Sicilia : sed vereor, inquit, ne hoc M. Tullio imposuerit, quod legens hoc factum in fano Jovis Olympii, ob dignitatem Peloponnesii fani putarit id in Peloponneso commissum. Sed in Sicilia quoque Jovis Olympii fanum fuisse T. Livius auctor est, lib. XXIV ; et Diodorus Siculus. *Liberalis Dionysii* vertit Hervetus paulo post Græc. Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως. Arnobius : *Ubi Liber Eleutherius cum Athenis?* Ab Eleutheris, urbe Bœotiæ, cujus civis Ἐλευθερεύς. COLLECT.

(53) *Αἱ δὲ χελιδόνες*. Tertullian., *Apol.*, cap. 12 : *Igitur si statuas, et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas, non adoramus, quas milvi, et mures, et araneæ intelligunt, nonne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris?* Minutius, Octavio : *Quanto verius de diis vestris animalia muta naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi, non sentire eos sciunt, rodunt, inculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant*, etc. Conf. Arnobius, lib. VI ; Lactantius, lib. II, cap. 4 ; Augustinus, *in psalm.* CXIII. Simile est illud Horatii lib. I, sat. 8, vers. 37, *De Priapo :*

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis Corvorum.

(54) *Κατεξαιροῦσιν*. Quod sæpius dictum est, αι et ε a librariis confundi solere, id hoc loco repetendum ; nam Clemens procul dubio scripsit κατεξερῶσιν, *alvum exonerant* in simulacra : sic in *Ranis* Aristophanes κατατιλᾷ τῶν Ἑκαταίων.

(55) *Καμβύσης*. Herodotus lib. III refert, quomodo Cambyses Apin Ægyptium occiderit. Quin etiam satis notum est, Persas, cum Græciam oppugnabant, obvia quæque templa combussisse : Cicero lib. II *De legibus : Nec sequor*, inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.*

(56) *Σεισμοὶ κερδαλέοι* Lowthius mavult σεισμοὺς σμερδαλέους. Verum σεισμοὺς κερδαλέους dixit, quemadmodum paulo post πῦρ σωφρονοῦν.

Digitized by Google

sin vero turpis lucri causa id patraverit, doleo et indignor. Hæc itaque scelera, quæ non minus hominum avaritiam, quam deorum imbecillitatem ostendunt, haud invitus oblivione tegam. Quinetiàm ignis, motusque terræ ea sunt astutia præditi, ut dæmones et simulacra non magis quam calculos, qui littoribus maris a fluctibus accumulari solent, pertimescant aut revereantur. Satis mihi perspectum est, ignem eos arguere, et superstitioni remedium afferre posse. Ignis in lucem te deducet, si vis hac amentia liberari. Hic enim templum, quod Argis erat, una cum sacerdote ✠ Chryside, combussit. Hic Ephesiæ Dianæ templum, quod post Amazonum tempora secundum erat; Romanumque haud semel Capitolium depopulatus est. Idem a Sarapidis fano Alexandriæ non abstinuit; et Bacchi Eleutherei delubrum Athenis diruit; Apollinis autem Delphici ædem, primo quidem procella disjecit, dein vero sapiens ignis funditus delevit. Atque hæc tibi relata sunt, velut eorum præfatio, quæ pollicetur ignis. Cur etiam ipsi statuarum artifices non inducunt vobis in animum, quotquot paulo cordatiores estis, inertem materiam contemnere? Phidias quidem Atheniensis, qui Olympii Jovis digito inscripsit OMNES JUVANS PULCHER : minime quidem Jovem, sed amasium suum esse pulchrum significans : Praxiteles etiam, qui, ut auctor est Posidippus de Cnido scribens, cum Veneris simulacrum fabricaretur, Cratinæ, amicæ cuidam suæ, quam potuit simillimam effinxit, ut illi sane miseri Praxitelis amicam venerarentur. Phryne vero Thespiaca meretrix cum florebat, universi pictores ejus formam in simulacris Veneris exprimebant : quemadmodum etiam lapicidæ in Mercuriis Athe-

✠ P. 47 ED. POTTER, 35 ED. PARIS.

(57) *Τοῖς κύμασιν.* Τὰ κύματα, Nov. Mox, ἰατρικόν pro ἰατικόν, idem.

(58) *Σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξεν Χρυσίδι.* Paulus Leopard. lib. VI, cap. 11; *Adv. Jovinianum*, lib. I, apud D. Hieron. Recte legitur, nec est *Chryseæ* legendum, ut quidam arbitrantur, tametsi apud Pausaniam legatur τὴν ἱερείαν Χρυσηΐδα· auctores habeo Thucydiden in II et IV : *Templum Junonis apud Argos deflagravit Chryside sacerdote, cum lucernam ardentem coronis apposuisset, illic ita soporata, ut incensæ omnia non sentiret : propter quod Argivos verita, protinus in Phliuntem nocte confugit.* Clementem item Alexandr. et Arnobium, lib. VI : *Ubi Juno regina, cum inclytum ejus fanum sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammæ Argiva in civitate deleret? Ubi Serapis Ægyptius, cum consimili casu jacuit, solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside?* COLLECT.

(59) *Χρυσίδι.* Arnobius et Thucydides *Chrysidem* vocant; Pausanias vero Χρυσηΐδα in *Corinthiacis*, p. 115, quo loco refert eam non quidem, ut ait Clemens, cum templo conflagrasse, sed in Arcadiam ad Tegeatas confugisse, ibique in templo Minervæ Aleæ religione loci se tutatam esse adversus Argivos, qui eam ad pœnas exposcebant, quod ejus somnolentia templum Junonis conflagrasset.

(60) *Πῦρ σωφρονοῦν.* Tertullianus, *Scorpiaco : Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, sugillans illic cor habentes, ubi et thesaurum.* Minutius Felix *Octavio : Illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit, sicut ignes fulmine corpora tangunt, nec absumunt.* COLLECT.

A οὐ μᾶλλον ἢ τὰς ψηφῖδας, τὰς παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς σεσωρευμένας τοῖς κύμασιν (57). Οἶδα ἐγὼ πῦρ ἐλεγκτικὸν καὶ δεισιδαιμονίας ἰατρικόν. Εἰ βούλει παύσασθαι τῆς ἀνοίας, φωταγωγήσει σε τὸ πῦρ. Τοῦτο τὸ πῦρ καὶ τὸν ἐν Ἄργει νεὼν σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξε (58) Χρυσίδι (59)· καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος, δεύτερον μετὰ Ἀμαζόνας, καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπιτώλιον ἐπινενέμηται πολλάκις· οὐκ ἀπέσχετο δὲ οὐδὲ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πόλει Σαράπιδος ἱεροῦ, Ἀθήνησι γὰρ τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως κατήρειψε τὸν νεών, καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος πρότερον ἥρπασεν θύελλα, ἔπειτα ἠφάνισε πῦρ σωφρονοῦν (60). Τοῦτό σοι προοίμιον ἐπιδείκνυται, ὧν ὑπισχνεῖται τὸ πῦρ. Οἱ δὲ τῶν ἀγαλμάτων δημιουργοὶ οὐ δυσωποῦσιν ὑμῶν τοὺς ἐμφρονας, τῆς ὕλης καταφρονεῖν; ὁ μὲν Ἀθηναῖος (61) Φειδίας ἐπὶ τῷ δακτύλῳ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐπιγράψας, ΠΑΝΤΑΡΚΗΣ ΚΑΛΟΣ· οὐ γὰρ καλὸς αὐτῷ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ ἐρώμενος ἦν· ὁ Πραξιτέλης δέ, ὡς Ποσίδιππος ἐν τῷ περὶ Κνίδου (62) διασαφεῖ, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα τῆς Κνιδίας κατασκευάζων, τῷ Κρατίνης τῆς ἐρωμένης εἴδει παραπλήσιον πεποίηκεν αὐτήν, ἵν' ἔχοιεν οἱ δείλαιοι τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην (63) προσκυνεῖν. Φρύνη δὲ ὀπηνίκα ἤνθει ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακὴ, οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο Φρύνης, ὥσπερ αὖ καὶ οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησιν πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπείκαζον. Ὑπολείπεται τῆς σῆς κρίσεως τὸ ἔργον ἐπάζαι, εἰ βούλει, καὶ τὰς ἑταίρας προσκυνεῖν. Ἐντεῦθεν, οἶμαι, κινηθέντες οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ, καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην (64), διὰ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον, σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον· ταύτῃ κἀκείνους διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατίσθαι (65) διδάσκοντες· Κῆυξ μὲν Αἰόλου (66), Ζεὺς

(61) *Ὁ μὲν Ἀθηναῖος.* Arnobius sexto : *Inter significes ille memoratus Phidias et primus, cum Olympiam formam Jovis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito* Pantauches (leg. *Pantarces*) *inscripsit*, Pulcher : *nomen autem fuerit amati ab se pueri, atque obscena cupiditate dilecti.* Idem iterum : *Quis Praxitelen nescit, Posidippum si relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Gnidiæ solertiarum coegisse certamine? Sed sola est hæc Venus, cui de scorti vultu translatitium decus auctum est? Phryne illa Thespiaca (sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scripturunt) cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, et floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum, sive per urbes Graias, sive istic quo fluxit amor talium cupiditasque signorum*, etc. Ibidem rursus : *Quis est enim, qui ignoret, Athenienses illos Hermas Alcibiadis ad corporis similitudinem fabricatos?* Hæc scilicet Arnobius pro more suo ex Clemente.

(62) *Περὶ Κνίδου.* Sic legendum ut prius, potius quam περὶ Κνιδίου. SYLBURG.

(63) *Τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην.* A. et H. τὴν τοῦ Πραξιτέλους ἐρωμένην. C. τὴν ὑπὸ Πραξιτέλους ἐρωμένην. In exemplari perperam erat τὴν ὁ Πρ. ἐρωμένην. Nostræ lectionis exemplum mox. Ib.

(64) *Ἀνέδην.* Ἀναίδην, Nov. Solent autem hæ voces inter se commutari, ut superius adnotatum est. Huic loco ἀναίδην magis convenire videtur.

(65) *Ἀπηθανατίσθαι.* Ἀπαθανατίσαι, Nov. Sed aliquis in margine adnotavit ἀπηθανατῆσθαι.

(66) *Κῆυξ μὲν Αἰόλου.* Κῆυξ μὲν ὁ Αἰόλου, Nov

ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός· Ἀλκυόνη δὲ αὖθις, ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη. Πτολεμαῖος δὲ (67) ὁ τέταρτος, Διόνυσος ἐκαλεῖτο· καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς, Διόνυσος καὶ αὐτός· ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι (68) σπεύδων κέρατι. Καὶ οὔτι γε βασιλεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐσέμνυνον, ὡς Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς, Ζεὺς οὗτος ἐπικεκλημένος. Τί με δεῖ (69) καταλέγειν Ἀλέξαρχον (70); γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς ἥλιον. Τί δεῖ καὶ Νικαγόρου μεμνῆσθαι; Ζελείτης τὸ γένος ἦν, κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου γεγονὼς χρόνους· *Ἑρμῆς προσηγορεύετο ὁ Νικαγόρας, καὶ τῇ στολῇ τοῦ Ἑρμοῦ ἐκέχρητο*, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ· ὅπου γε καὶ ὅλα ἔθνη (71) καὶ πόλεις αὐτανδροι, κολακείαν ὑποδυόμεναι, ἐξευτελίζουσι τοὺς μύθους περὶ (72) τῶν θεῶν, ἰσοθέους ἄνθρωποι κατασχηματίζοντες ἑαυτοὺς, ὑπὸ δόξης πεφυσημένοι, ἐπιψηφιζόμενοι τιμὰς ἑαυτοῖς ὑπερόγκους· νῦν μὲν τὸν Μακεδόνα τὸν ἐκ Πέλλης τὸν Ἀμύντορος Φίλιππον ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν, τὸν τὴν κλεῖν κατεαγότα, καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον, ὃς ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν· αὖθις δὲ τὸν Δημήτριον, θεὸν καὶ αὐτὸν ἀναγορεύοντες· καὶ ἔνθα μὲν ἀπέβη τοῦ ἵππου Ἀθήναζε εἰσιὼν *Κατωβάτου* ἱερόν ἐστι Δημητρίου· βωμοὶ δὲ πανταχοῦ, καὶ γάμος ὑπὸ Ἀθηναίων αὐτῷ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ηὐτρεπίζετο. Ὁ δὲ τὴν μὲν θεὸν ὑπερηφάνει (73), τὸ ἄγαλμα γῆμαι μὴ δυνάμενος· Λαμίαν δὲ τὴν ἑταίραν ἔχων, εἰς ἀκρόπολιν ἀνῆει, καὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεφύρετο (74) παστῷ, τῇ παλαιᾷ παρθένῳ τὰ τῆς νέας ἐπιδεικνὺς ἑταίρας σχήματα. Οὐ

niensibus effingere Alcibiadem conabantur. Superest itaque, ut tu nunc judices, si velis, utrum fœdas meretrices adorare debeas. His autem, ut quidem videtur, moti sunt veteres reges, ut, contemptis ejusmodi fabulis, aperte atque palam, propterea quod nullum ab hominibus periculum impenderet, se deos renuntiarent : ea quippe ratione significabant, illos quoque gloria et dignitate sua immortalitatem esse consecutos. Ita Ceyx, filius Æoli, Jupiter ab uxore Alcyone nominatus est: sicut vicissim Alcyone, Juno a marito. Ptolemæus autem quartus, quemadmodum ✠ etiam Mithridates Ponticus, Bacchus vocabatur. Voluit autem Alexander filius videri Ammonis, et cornutus a statuariis effingi, humanam formam turpi cornu dedecorans. Non solum vero reges, sed privati etiam sibi deorum nomina arrogabant : ut Menecrates medicus, qui cognominatus est Jupiter. Quid porro opus est referre Alexarchum? Is, cum grammaticen professus fuisset, ut scribit Aristus Salaminus, sese in solem transformavit. Aut quid refert Nicagoræ meminisse? Erat ille Zelites genere, et Alexandri tempore florebat : *Mercurius appellabatur Nicagoras, et Mercurii amictu usus est*, ut ipse testatur: cum integræ quoque gentes, urbèsque frequentissimæ fœdissima adulatione fabulas, quæ de diis narrantur, in ludibria vertant; dum homines semetipsos diis pares faciunt, vanaque gloria inflati, immodicos honores sibi decernunt : jam enim Macedonii Pellæo Amyntæ filio Philippo, cui tibia et clavicula fractæ, oculusque effossus erat, divinos honores Cynosargis tribuendos decernunt : jam vero Demetrium etiam deum renuntiant, cui Athenienses, quo loco ab equo descendit, cum Athenas

✠ P. 48 ED. POTTER, 36 ED. PARIS.

Apollodorus, *Bibliothec.* lib. I, cap. 2, Halcyonen inter Æoli filias numerat; Ceyca, Luciferi filium, Æoli autem generum, ducta Halcyone, facit, cap. 3 : Ἀλκυόνην δὲ Κῆϋξ ἔγημεν, Ἑωσφόρου παῖς. Οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφανίαν ἀπώλοντο· ὁ μὲν γὰρ τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα Δία. Ζεὺς δὲ αὐτοὺς ἀπωρνέωσε· καὶ τὴν μὲν ἀλκυόνην ἐποίησε, τὸν δὲ κήϋκα. *Cæterum Alcyonen Ceyx, Luciferi filius, sibi in matrimonium duxit. Hi ob superbiam extincti fuerunt. Ille enim conjugem suam, Junonem : hæc vero virum suum, Jovem appellabat. Utrumque autem Jupiter in aves, illam in alcyonem, hunc in mergum, mutavit.*

(67) *Πτολεμαῖος δέ.* P. Victorius lib. VII, cap. 4, locum ex oratione pro Flacco indicat, *et Mithridatem, deum, illum patrem, illum conservatorem Asiæ, illum Dionysium Bacchum Liberum nominabant.* Athenæus, lib. V : *Obviam processisse artifices Bacchi, et libationes factas, cum Athenio regis Mithridatis prætextu per Atticam circumferretur.* Vide eumdem Victorium cap. 7, 19. Ptolemæo, Auletæ filio, Cleopatræ fratri, cognomen Dionysii tribuunt Eusebius in *Chronico*, et alii passim. COLLECT.

(68) *Τὸ κ. ἀνθρ. ὑβρ.* Τὸ κ. τοῦ ἀνθρ. Nov.

(69) *Τί με δεῖ.* Athenæus lib. III meminit Alexarchi cujusdam, Cassandri Macedoniæ regis fratris, qui diceebatur Uranopolidis conditor, et loquendi peculiares formas invexerat. Itaque ad Cassandri duces scripserat, *Alexarchus bellator primipilos Solis filios salvere jubet.* Idem lib. VII Menecratis meminit, ejusque epistolam ad Philippum affert, cujus hoc initium est : *Tu quidem in Macedonia regnas, at ego in Medicina.* Recitat et versus cujusdam, qui ait Nicostratum se Herculem dixisse, et alium quemdam se Mercurium autumasse chlamide ornatum, caduceo, et alis, Nicagoram scilicet Zelitem, qui patriæ tyrannidem occupavit. COLLECT.

(70) *Ἀλέξαρχον.* Ἀνάξαρχον, Nov.

(71) *Ὅπου γε καὶ ὅλα ἔθνη.* Asteriscum præfigi his verbis curavimus, ut lector meminerit aliquid deesse. Desunt autem hæc sine dubio, aut ejusdem sententiæ, ἀλλὰ τί ταῦτα λέγων ὅπου γε, etc. HEINSIUS. Mihi vero non apparet quidquam deesse : proinde asteriscum Heinsianum delevi.

(72) *Μύθους περί.* Μύθους τοὺς περί, Nov. Recte.

(73) *Ὑπερηφάνει.* Ὑπερηφανεῖ Nov. Hoc verbum Clemens accusativo alias etiam connectit. *Strom.* II, pag. 367 : ὑπερηφάνησεν...διδόμενα αὐτῷ· *contempsit, quæ ei dabantur.* Ignatius, *ad Smyrnæos*, cap. 10 : ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· *quæ non despexistis, nec erubuistis.* Suidas : Ὑπερηφανῶ αἰτιατικῇ· *accusativo gaudet.* Origenes, *adv. Cels.*, lib. VIII, p. 412 : Ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τινα ἐπιφάνειαν γεγονέναι, τὰ μὲν τῆς ἀνθρωπίνης τέχνης ὑπερηφάνειαν, ἀναβαίνειν δὲ πειραθεῖσι τῷ λογισμῷ ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. *Sed eis se aliquo modo ostendere, qui, spretis simulacris humana arte factis, conati sunt ad altissimum Deum ratione ascendere.* Quo loco in margine adnotatum est ὑπερφρονήσασιν; sed legendum facili litterarum permutatione, ὑπερηφανήσασιν.

(74) *Ἐνεφύρετο.* Ἐνεφυρᾶτο, Nov.

Digitized by Google

ingrederetur, Demetrii *Descensoris* templum constituerunt: iidem aras illi quamplurimas, et Minervæ conjugium parabant. Hic autem interea, dea quidem contempta, cujus simulacrum haud potuit uxorem ducere, cum Lamia meretrice ascendit in arcem, quacum in thalamo Minervæ congressus, seni virgini juvenis meretricis motus ostendit. Non est ergo Hipponi succensendum, qui mortem suam immortalitate donavit: etenim ille monimento suo elegiacum hoc carmen inscribi jussit:

Hic est Hipponis tumulus, quem immortalibus diis parem fecit Parca mortuum.

Præclare quidem, o Hippo, hominum errorem nobis ostendis. Et si tibi loquenti non crediderint, saltem mortui discipuli fiant. Hoc oraculum Hipponis est: id igitur perpendamus. Qui a vobis adorantur, ✠ cum prius homines fuerint, deinde mortem obierunt; affecit autem ipsos honore cum temporis diuturnitas, tum etiam fabularum licentia. Solent enim, nescio quomodo, ea, quæ sunt præsentia, ipsa consuetudine in contemptum venire; quæ autem sunt præterita, quia propter obscuritatem temporis refelli haud facile possunt, ex fabularum commentis honorem consequi; et hæc quidem fidem nullam acquirere, illa vero haberi in admiratione. Proinde qui olim sunt mortui, longo tempore erroris se venditantes, a posteris dii esse existimantur: quæ quidem ita esse fidem faciunt vestra mysteria, solemnes conventus, vincula etiam, et vulnera, et lacrymæ deorum:

Hei mihi! quod Sarpedonem, hominum charissimum,
Fatum est a Patroclo, Menœtii filio, vinci.

Superata est Jovis voluntas, et ille victus ob Sarpedonem luctu afficitur. Merito igitur **17** vos ipsi idola et dæmonas eos vocastis, cum et Minervam ipsam, et reliquos deos, qui eos improbe honoravit, Homerus, dæmonas appellaverit:

— Illa autem ascendit Olympum,
Ad domum Jovis ægidem tenentis, aliosque dæmonas.

Quomodo igitur deorum adhuc numero haberi poterint simulacra et dæmones, immundi sane et abominandi spiritus, quos omnes fatentur esse terrenos, et lutulentos, qui degravantur suo pondere, et circa mortuorum monimenta atque sepulcra versantur? quibus etiam in locis umbrosa phanta-

✠ P. 49 ED. POTTER, 37 ED. PARIS.

A νέμεσις τοίνυν οὐδὲ Ἵππωνι, ἀπαθανατίζοντι τὸ θάνατον τὸν ἑαυτοῦ· ὁ Ἵππων γὰρ οὗτος ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσεν τῷ μνήματι τῷ ἑαυτοῦ τόδε τὸ ἐλεγεῖον·

Ἵππωνος τόδε σῆμα, τὸν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἶσον ἐποίησεν (75) μοῖρα καταφθιμένον.

Εὖγε, Ἵππων, ἐπιδεικνύεις ἡμῖν τὴν ἀνθρωπίνην πλάνην. Εἰ γὰρ καὶ λαλοῦντί σοι μὴ πεπιστεύκασι, νεκροῦ γενέσθωσαν μαθηταί. Χρησμὸς οὗτός ἐστιν Ἵππωνος· νοήσωμεν αὐτόν. Οἱ προσκυνούμενοι παρ' ὑμῖν ἄνθρωποι γενόμενοί ποτε, εἶτα μέντοι τεθνᾶσιν· τετίμηκε δὲ αὐτοὺς ὁ μῦθος, καὶ ὁ χρόνος· φιλεῖ γάρ (76) πως, τὰ μὲν παρόντα, συνηθείᾳ καταφρονεῖσθαι, τὰ δὲ παρῳχηκότα, τοῦ παραυτίκα ἐλέγχου κεχωρισμένα χρόνων ἀδηλίᾳ, τετιμῆσθαι τῷ πλάσματι, καὶ τὰ μὲν ἀπιστεῖσθαι, τὰ δὲ καὶ θαυμάζεσθαι. Λύτίκα γοῦν οἱ παλαιοὶ νεκροὶ τῷ πολλῷ τῆς πλάνης χρόνῳ σεμνυνόμενοι τοῖς ἔπειτα νομίζονται θεοί. Πίστις ὑμῖν τῶνδε, αὐτὰ ὑμῶν τὰ μυστήρια, αἱ πανηγύρεις, δεσμὰ καὶ τραύματα, καὶ δακρύοντες θεοί·

B

Ὤ μοι ἐγὼ (77), ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον ἀνδρῶν,
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

C

Κεκράτηται τὸ θέλημα τοῦ Διός, καὶ ὁ Ζεὺς ὑμῖν διὰ Σαρπηδόνα οἰμώζει νενικημένος. Εἴδωλα γοῦν εἰκότως αὐτούς, καὶ δαίμονας ὑμεῖς αὐτοὶ κεκλήκατε· ἐπεὶ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὴν καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, κακίᾳ τιμήσας Ὅμηρος, δαίμονας προσηγόρευσεν·

... Ἡ δ' Οὐλυμπόνδε βεβήκει
Δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

Πῶς οὖν ἔτι θεοὶ (78) τὰ εἴδωλα καὶ οἱ δαίμονες, βδελυρὰ ὄντως καὶ πνεύματα ἀκάθαρτα, πρὸς πάντων ὁμολογούμενα γῆϊνα, καὶ δεισαλέα, κάτω βριθοντα, περὶ τοὺς τάφους καὶ τὰ μνημεῖα καλινδούμενα; περὶ ἃ δὴ (79) καὶ ὑποφαίνονται, ἀμυδρῶς σκιοειδῆ φαντάσματα. Ταῦθ' ὑμῶν οἱ θεοί, τὰ εἴδωλα, αἱ

D

(75) *Θεοῖσιν ἶσον ἐποίησεν.* Herodianus, lib. IV in principio; Suetonius, in *Claudio*, cap. 45; Cornelius Tacitus *Annal.* XV, extremo; Eutropius, in *Joviano.* R. SYLBURG.— Mox, παρ' ὑμῶν pro παρ' ὑμῖν Nov.

(76) *Φιλεῖ γάρ.* Sententiam hanc de præsentium neglectu, tractat etiam Maximus Tyrius, p. 172 et 197, ac Plutarchus item *Περὶ εὐθυμίας.* H. SYLB.

(77) *Ὤ μοι ἐγώ.* Ἐγὼν habet Homer. *Iliad.* Π, v. 433. Versus, quos Clemens paulo post recitat, occurrunt *Iliad.* Α, v. 221.

(78) *Πῶς οὖν ἔτι θεοί.* Scribe, πῶς οὖν ἔτι θεοὶ τὰ εἴδωλα, καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες, βδελυρὰ ὄντως καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα; HEINS.

(79) *Περὶ ἃ δή.* Nescio an rectius περὶ ἄδη, ut infernales umbræ intelligantur. H. divise legit περὶ ἃ δὴ καὶ ὑποφαίνονται. SYLBURG. — Περὶ ἃ δὴ καὶ ὑποφαίνονται ἀμυδρῶς, sic., *circa quæ quidem obscure apparent*, Nov., recte. Quam lectionem firmat Platonis locus, quem Clemens hæc verba scribens imitatus est: is exstat *Phædon.*, p. 61, ubi de pravorum hominum animabus agens: Ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, inquit, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρύ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ, βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη· περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντασματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἰδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι· διὸ καὶ ὁρῶνται. *Ponderosum vero, o amice, id putandum est, et grave, terrenumque, et visibile, quod anima ejusmodi secum trahit: ideoque ab eo gravatur, et rursus ad visibilem trahitur locum metu invisibilis atque occulti: et, quemadmodum*

Digitized by Google

σκιαί, καὶ πρὸς τούτοις χωλαὶ ἐκεῖναι (80) καὶ ῥυσαί, παραβλῶπες ὀφθαλμῶν, al Λιταί, αἱ Θερσίτου μᾶλλον αἱ Διὸς θυγατέρες (81). Ὥστε μοι δοκεῖν χαριέντως φάναι τὸν Βίωνα (82)· Πῶς ἂν ἐνδίκως οἱ ἄνθρωποι παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσωνται τὴν εὐτεκνίαν, ἣν οὐθ' αὑτῷ παρασχεῖν ἴσχυσεν; Οἵμοι τῆς ἀθεότητος! Τὴν ἀκήρατον οὐσίαν, τὸ ὄσον ἐφ' ὑμῖν, κατορύττετε (83)· καὶ τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο, καὶ τὸ ἅγιον, τοῖς τάφοις ἐπικεχώκατε, τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας (84) συλήσαντες τὸ Θεῖον. Τί δὴ οὖν τὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς οὐ θεοῖς προσενείματε γέρα (85); τί δαί, καταλιπόντες τὸν οὐρανόν, τὴν γῆν τετιμήκατε; Τί δ' ἄλλο χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ ἀδάμας, ἢ σίδηρος, ἢ χαλκὸς, ἢ ἐλέφας, ἢ λίθοι τίμιοι (86), οὐχὶ γῆ τε καὶ ἐκ γῆς; Οὐχὶ δὲ μιᾶς μητρὸς ἔκγονα τῆς γῆς τὰ πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς; Τί δὴ οὖν, ὦ μάταιοι καὶ κενόφρονες (πάλιν γὰρ δὴ ἐπαναλήψομαι), τὸν ὑπερουράνιον βλασφημήσαντες τόπον, εἰς τοῦδαφος κατεσύρατε τὴν εὐσέβειαν, χθονίους ὑμῖν ἀναπλάττοντες θεούς· καὶ τὰ γεννητὰ ταῦτα πρὸ τοῦ ἀγεννήτου μετιόντες Θεοῦ, βαθυτέρῳ περιπεπτώκατε ζόφῳ; Καλὸς ὁ Πάριος λίθος, ἀλλ' οὐδέπω Ποσειδῶν· καλὸς ὁ ἐλέφας, ἀλλ' οὐδέπω Ὀλύμπιος· ἐνδεὴς ἀεί ποτε ἡ ὕλη τῆς τέχνης· ὁ Θεὸς δὲ ἀνενδεής. Προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα (87)· ἡ ὕλη καὶ τὸ πλούσιον τῆς οὐσίας πρὸς μὲν τὸ κέρδος ἀγώγιμον, μόνῳ δὲ τῷ σχήματι γίνεται σεβάσμιον. Χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος ἐστὶ, γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα. Γῆν δὲ ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα· οὐ γάρ μοι θέμις ἐμπιστεῦσαί ποτε τοῖς ἀψύχοις τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας. Ἰτέον οὖν, ὡς ἔνι μάλιστα, ἐγγυτάτω τῶν ἀγαλμάτων, ὡς οἰκεία ἡ

A smata obscure conspici solent. Hi itaque sunt dii vestri, simulacra et umbræ; quibus addam *claudas* illas, *rugosas*, *strabisque oculis Litas*, Thersitæ potius dicendas, quam Jovis filias. Unde non infacete interrogatum a Bione videtur, *quo tandem jure homines ✠ formosos liberos a Jove peterent, quos ipse sibi præbere non potuit?* O impietatem! Naturam corruptionis immunem defoditis, quod sanctum intemeratumque est sepulcris obruitis, Deumque adeo ipsum, quoad a vobis fieri potest, vera sua natura spoliatis. Cur igitur Dei honores iis, qui non sunt dii, tribuistis? Cur, cœlo relicto, terram coluistis? Quid est enim aliud aurum, vel argentum, vel adamas, vel ferrum, vel æs, vel ebur, vel pretiosi lapides? annon terra, et ex terra? Nonne hæc omB nia, quocunque oculos vertis, ex eodem terræ, quasi communis parentis, gremio prodierunt? Cur igitur, o fatui et amentes (juvat enim id repetere), terrestres vobis deos commiscendo in illas regiones, quæ ultra supremum cœli spatium incoluntur, contumeliosi estis, omnemque pietatem humi deprimitis; et, posthabito æterno ingenitoque Deo, quæ sunt facta et genita persequentes, in profundissimam caliginem incidistis? Pulcher quidem est Parius lapis; sed nondum est Neptunus. Pulchrum est ebur; sed nondum est Olympius. Materia semper indiget arte; Deus autem est nullius rei indigus. Prodiit ars: formam induit materia: cujus quidem substantiæ pretium est ad lucrum utile, sola vero forma venerationem ei conciliat. Itaque C statua tua aurum est, lignum est, lapis est, terra denique est, si originem ejus persequare, quæ ab artifice formam accepit. Ego autem terram calcare

✠ P. 50 ED. POTTER, 38 ED. PARIS.

fertur, circa monumenta sepulcraque versatur, circa quæ jam nonnulla apparuerunt animarum umbrosa phantasmata, qualia præferunt simulacra tales animæ, quæ videlicet non puræ decesserunt a corpore, sed visibile aliquid trahentes: quo fit, ut videri possint. Eumdem locum respicit Origenes, *contra Cels.*, lib. VII, pag. 334: Ἡ δὲ φαύλη, καὶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτάδων καθελκομένη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ μηδ' ἀναπνεῦσαι (forte l. ἀνανεῦσαι) δυναμένη, τῇδε φέρεται καὶ καλινδεῖται, ἡ μέν τις ἐπὶ τὰ μνήματα, ἔνθα καὶ ὄφθη σκιοειδῶν ψυχῶν φαντάσματα, ἡ δέ τις ἁπαξαπλῶς περὶ τὴν γῆν· ποδαπὰ χρὴ νομίζειν εἶναι πνεύματα τὰ ὅλους, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, αἰῶνας προσδεθέντα, ὥσπερ εἴτε μαγγανείαις τισὶν, εἴτε καὶ διὰ τὴν σφετέραν κακίαν, οἰκοδομαῖς καὶ τόποις; *Quæcumque autem mala est* anima, *in terram depressa peccatorum onere, sine respiratione agitatur et volutatur huc illuc, quædam circa monumenta, ubi etiam umbrosa quædam animarum spectra interdum conspiciuntur, aliæ circa terram passim volitantes: quales esse spiritus eos censendum est, qui tot integris, ut ita dicam, sæculis, sive aliquibus incantationibus, sive suapte malitia, sunt alligati certis locis et ædificiis.* Putabant scilicet animas atque etiam reliquos spiritus seu materia concretos esse, seu materiali vehiculo inclusos. Conf. quæ adnotata sunt pag. 35.

(80) *Χωλαὶ ἐκ.* Respicit *Iliad.* I, v. 499:

Καὶ γάρ τε Λιταὶ εἰσὶ Διὸς κυδραι μεγάλοιο
Χωλαί τε, ῥυσσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

Sunt enim Litæ Jovis filiæ magni,
Claudæ, rugosæque, et strabis oculis.

E quo loco scribendum apud Clementem παραβλῶπες ὀφθαλμώ, pro παραβλῶπες ὀφθαλμῶν.

(81) *Μᾶλλον αἱ Διὸς θυγ.* C. A. et H. μᾶλλον ἢ ὡς Διὸς θυγ. *magis quam Jovis filiæ.* SYLBURG. Vel, μᾶλλον ἢ Διός.

(82) *Βίωνα.* Aliquis in margine Nov. adnotavit juxta hoc nomen, ἱστορικὸς οὗτος ἐγένετο, *hic erat historiæ scriptor.* Porro Clemens intelligit Bionem Boristhenitem, philosophum e schola Theodori, deorum contemptoris.

(83) *Κατορύττετε.* Κατόρυττε, Nov.

(84) *Τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας.* B. et A. τῆς ἀληθῶς οὔσης οὐσίας. SYLB. Malim τῆς ἀληθῶς ὄντως οὐσίας.

(85) *Συλήσαντες τὸ... προσενείματε γέρα.* Hæc omittit Nov.

(86) *Λίθοι τίμιοι.* Λίθος τίμιος, Nov.

(87) *Προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα.* Deus nulla re indiget; idola arte indigent et certa figura. Utrumque enim illis additur, ut fiant id quod sunt, hoc est dii, ex opinione miserorum gentilium. Scribe, προσῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα, *accessit ars, circumjecta est figura.* Nisi quod interpres legisse videatur προσβέβληται· quod optime convenit cum altero: προσῆλθεν, προσβέβληται· utrumque enim notat accessisse aliquid; idque τῷ ἀνενδεεῖ, qui est Deus. HEINS. — Legendum iisdem verbis manentibus, sola interpunctione mutata, προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα ἡ ὕλη· καὶ τ., *prodiit*, vel *præcessit, ars, figuram induit materia*, etc. Sic paulo post: Τὸ ἄγαλμα... γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα.

Digitized by Google

didici, non adorare. Neque enim mihi fas unquam spem animæ meæ rebus inanimis credere. Quocirca ad simulacra quam proxime accedendum est: quam enim conjunctus, et quasi sociatus sit cum ipsis error, eorum aspectus facile convincet: solent enim speciem habitumque dæmonum clarissime exprimere. Itaque si quis statuas pictasque imagines perlustraverit, is sane ex turpibus eorum figuris deos vestros statim agnoscet; Bacchum quidem, ex amictu; Vulcanum, artis suæ insignibus; Cererem, calamitatis descriptione; Ino, vitta; Neptunum, tridente; Jovem, cygno. Rogus Herculem monstrat. Si quis nudæ mulieris imaginem conspexerit, ipsius animo aurea Venus statim obversatur. Proinde Cyprius ille Pygmalion eburneæ statuæ, ✠ quæ nudam Venerem repræsentabat, amore arsit. Hunc itaque Cyprium statuæ forma captum, cum ea coivisse, auctor est Philostephanus; alteram porro Cnidi fuisse Venerem eximia pulchritudine effictam e lapide, cujus incensum amore quemdam alium cum lapide consuetudinem habuisse, scribit Posidippus; ille quidem libro quem de Cypro, hic autem in eo, quem de Cnido conscripsit. Tanta inerat arti decipiendi potentia, ut libidinosos homines ejus fraudibus captos in barathrum illiceret. Quascunque autem vires ostentet hujusmodi ars, minime tamen eos fallere valet, qui sunt ratione præditi, ejusque ex præscripto vivunt. Utcunque enim pingendi arte columbæ fuerint adeo ad vivum expressæ, ut ad eas aliæ columbæ advolarint, imaginum similitudine deceptæ; et ad equarum imagines adhinniverint equi: utcunque puella quædam imaginis, et formosus juvenis Cnidiæ statuæ amore capti fuisse memorentur; tamen soli oculi spectantium eo artificio decepti sunt; neque enim aliquis unquam sanæ mentis aut cum dea congressus est, aut una cum mortua sese inhumavit, aut in dæmonis lapidisve amorem incidit. Vos autem ars aliis

πλάνη καὶ τῆς προσόψεως ἐλέγχεται (88)· ἐναπομέμακται γὰρ πάνυ δὴ σαφῶς τὰ εἴδη τῶν ἀγαλμάτων τὴν διάθεσιν τῶν· δαιμόνων. Εἰ γοῦν τις τὰς γραφὰς καὶ τὰ ἀγάλματα περινοστῶν θεῷτο, γνωριεῖ ὑμῶν παραυτίκα τοὺς θεοὺς ἐκ τῶν ἐπονειδίστων σχημάτων· τὸν Διόνυσον ἀπὸ τῆς στολῆς· τὸν Ἥφαιστον ἀπὸ τῆς τέχνης· τὴν Δηὼ ἀπὸ τῆς συμφορᾶς· ἀπὸ τοῦ κρηδέμνου τὴν Ἰνώ· ἀπὸ τῆς τριαίνης (89) τὸν Ποσειδῶ· ἀπὸ τοῦ κύκνου τὸν Δία· τὸν δὲ Ἡρακλέα δείκνυσιν ἡ πυρά· κἂν γυμνὴν ἴδῃ τις ἀνάγραπτον γυναῖκα, τὴν χρυσῆν Ἀφροδίτην νοεῖ. Οὕτως ὁ Κύπριος (90), ὁ Πυγμαλίων ἐκεῖνος, ἐλεφαντίνου ἠράσθη ἀγάλματος· τὸ ἄγαλμα Ἀφροδίτης ἦν καὶ γυμνὴ ἦν· νικᾶται ὁ Κύπριος τῷ σχήματι, καὶ συνέρχεται τῷ ἀγάλματι· καὶ τοῦτο Φιλοστέφανος ἱστορεῖ. Ἀφροδίτη δὲ ἄλλη ἐν Κνίδῳ, λίθος ἦν, καὶ καλὴ ἦν· ἕτερος ἠράσθη ταύτης, καὶ μίγνυται τῇ λίθῳ (91)· Ποσείδιππος ἱστορεῖ· ὁ μὲν πρότερος ἐν τῷ περὶ Κύπρου, ὁ δὲ ἕτερος ἐν τῷ περὶ Κνίδου. Τοσοῦτον ἴσχυεν ἀπατῆσαι τέχνη, προσαγωγὸς (92) ἀνθρώποις ἐρωτικοῖς εἰς βάραθρον γενομένη. Δραστήριος μὲν ἡ δημιουργικὴ, ἀλλ' οὐχ οἵα τε ἀπατῆσαι λογικὸν, οὐδὲ μὴν τοὺς κατὰ λόγον βεβιωκότας (93). ζωγραφίᾳ μὲν γὰρ, δι' ὁμοιότητα σκιαγραφίας, περιστεραῖς (94) προσέπτησαν πελειάδες· καὶ ἵπποις (95) καλῶς γεγραμμέναις προσεχρεμέτισαν ἵπποι. Ἐρασθῆναι κόρην εἰκόνος λέγουσι· καὶ νέον καλὸν Κνιδίου ἀγάλματος. Ἀλλ' ἦσαν τῶν θεατῶν αἱ ἥψεις ἠπατημέναι ὑπὸ τῆς τέχνης· οὐδὲ γὰρ ἂν θεᾷ τις συνεπλάκη, οὐδ' ἂν νεκρᾷ (96) τις συνετάφη, οὐδ' ἂν ἠράσθη δαίμονος καὶ λίθου ἄνθρωπος σωφρονῶν. Ὑμᾶς δὲ ἄλλη γοητείᾳ ἀπατᾷ ἡ τέχνη, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τὸ ἐρᾶν προσάγουσα, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ τιμᾶν καὶ προσκυνεῖν· τὰ δὲ ἀγάλματα (97), καὶ τὰς γραφάς. Ὁμοία γε ἡ γραφή. Ἐπαινείσθω μὲν ἡ τέχνη, μὴ ἀπατάτω δὲ τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἀλήθεια. Ἕστηκεν (98) ὁ ἵππος ἡσυχῇ· ἡ πελειὰς, ἀτρεμής· ἀργὸν τὸ πτερόν· ἡ δὲ βοῦς ἡ Δαιδάλου, ἡ ἐκ τοῦ ξύλου πεποιημένη, ταῦρον

✠ P. 51 ED. POTTER, 39 ED. PARIS.

(88) Ἐλέγχεται. Scribi possit ἐλέγχηται.

(89) Ἀπὸ τῆς σ.... τριαίνης. Hæc omittit Nov.

(90) Ὁ Κύπριος. Arnobius paulo ante finem lib. VI: *Philostephanus in Cypriacis auctor est, Pygmalionem, regem Cypri, simulacrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios et religionis habebatur antiquæ, adamasse, ut feminam, mente, anima, lumine rationis judiciique cæcatis: solitumque dementem, tanquam si uxoria res esset, sublevato in lectulum numine copulari et amplexibus atque ore; resque alias agere libidinis vacuæ imaginatione frustrabiles. Consimili ratione Posidippus, in eo libro quem scripserat super Gnido, superque rebus ejus adolescentem haud ignobilem memorat, sed vocabulum ejus obscurat, correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est, amatorias et ipsum miscuisse lascivias, cum ejusdem numinis signo genialibus fusum toris, et voluptatum consequentium finibus.* Pygmalionem alii, non regem, sed statuarium fuisse, et a se factæ statuæ amore arsisse referunt. Conf. Ovid. *Metam.*, lib. X, v. 245. Pygmalionis statuarii meminit Philostratus, in *Vita Apollon.*, lib. V, cap. 5. De Veneris Cnidiæ amoribus conf. Plin. *Hist. nat.*, lib. XXXVI, cap. 4 et 5; Valer. Maxim., lib. VIII, cap. 11; Philostratus, *De vita Apollonii*, lib. VI, cap. 40. Similium amorum alia quædam exempla memorat Ælianus, *Var. hist.*, lib. IX, c. 39.

(91) Μίγνυται τῇ λίθῳ. Τῇ λίθῳ scripsit auctor: sexus exprimendi gratia usus est eo genere: q. d. τῇ λιθίνῃ Ἀφροδίτῃ. Sylb.

(92) Προσαγωγός. Προαγωγὸς Nov., quod prætulerim licet utrumque tolerari possit. Paulo post προσάγουσα habet Nov., quo loco alii codd. προάγουσα.

(93) Οὐδὲ μὴν τ. κ. λ. β. Οὐδὲ μὴν οὐδὲ τοὺς κατὰ λόγον βεβιωκότας, Nov., quod plenius est.

(94) Περιστεραῖς. Περιστεραὶ, Nov.

(95) Ἵπποις. Ælianus, *Var. hist.* lib. II, cap. 3, meminit τοῦ ἵππου χρεμετίσαντος πρὸς τὸν ἵππον τὸν ἐν τῇ εἰκόνι, *equi adhinnientis equo picto* ab Apelle. Valer. Maxim., *loco cit.* cum de amore Cnidiæ Veneris egisset, addit: *Quo excusabilior est error equæ qui, visa pictura equæ, hinnitum edere coactus est: et canum latratus, aspectu picti canis incitatus; taurusque ad amorem et concubitum æneæ vaccæ Syracusanimiæ similitudinis irritamento compulsus.*

(96) Νεκρᾷ. Νεκρῷ, Nov.

(97) Προσκυνεῖν· τὰ δὲ ἀγάλμ. H. προσκυνεῖν τά τε ἀγάλματα καὶ τὰς γραφάς. Sylburg. — Quam emendationem firmat Nov. Paulo ante, προσάγουσα, pro προάγουσα. Idem.

(98) Ὡς ἀληθείᾳ. Ἕστηκε. Ὡς ἀληθείᾳ ἕστηκεν conjuncte, Nov.

Digitized by Google

εἶλεν ἄγριον, καὶ κατηνάγκασε τὸ θηρίον ἡ τέχνη πλανήσασα, ἐρώσης ἐπιβῆναι γυναικός (99). Τοσοῦτον οἶστρον αἱ τέχναι κακοτεχνοῦσαι τοῖς ἀνοήτοις ἐνεποίησαν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν πιθήκους οἱ τούτων τροφεῖς καὶ μελεδωνοὶ τεθαυμάκασιν, ὅτι τῶν κηρίνων (1) ἢ πηλίνων ὁμοιωμάτων καὶ κοροκοσμίων ἁπατᾷ τούτους οὐδέν· ὑμεῖς δὲ ἄρα καὶ πιθήκων χείρους γενήσεσθε, λιθίνοις καὶ ξυλίνοις, καὶ χρυσέοις, καὶ ἐλεφαντίνοις ἀγαλματίοις καὶ γραφαῖς προσανέχοντες; Τοσοῦτον (2) ὑμῖν οἱ δημιουργοὶ ἀθυρμάτων ὀλεθρίων, οἱ λιθοξόοι, καὶ οἱ ἀνδριαντοποιοὶ, γραφεῖς τε αὖ καὶ τέκτονες, καὶ ποιηταὶ πολύν τινα καὶ τοιοῦτον ὄχλον παρεισάγοντες, κατ' ἀγροὺς μὲν, Σατύρους καὶ Πᾶνας, ἀνὰ δὲ τὰς ὕλας Νύμφας, τὰς Ὀρειάδας, καὶ τὰς Ἀμαδρυάδας· καὶ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ὕδατα, καὶ περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ τὰς πηγὰς, τὰς Ναΐδας· καὶ περὶ τὴν θάλασσαν, τὰς Νηρεΐδας· μάγοι δὲ ἤδη, ἀσεβείας τῆς σφῶν αὐτῶν ὑπηρέτας δαίμονας αὐχοῦσιν, οἰκέτας αὐτοὺς ἑαυτοῖς καταγράψαντες, τοὺς κατηναγκασμένους, δούλους ταῖς ἐπαοιδαῖς πεποιηκότες. Γάμοι τε οὖν ἔτι, καὶ παιδοποιίαι, καὶ λοχεῖαι θεῶν μνημονευόμεναι, καὶ μοιχεῖαι ᾀδόμεναι, καὶ εὐωχίαι κωμῳδούμεναι, καὶ γέλωτες παρὰ τόπον (3) εἰσαγόμενοι, προτρέπουσί δέ με (4) ἀνακραγεῖν, κἂν σιωπῆσαι θέλω· Οἵμοι τῆς ἀθεότητος! Σκηνὴν πεποιήκατε (5) τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ θεῖον ὑμῖν δρᾶμα γεγένηται, καὶ τὸ ἅγιον προσωπείοις δαιμονίων κεκωμῳδήκατε, τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν δεισιδαιμονίᾳ σατυρίσαντες.

A præterea fallaciis et præstigiis capit, quosque in amorem inducere non valet, ad cultum atque venerationem statuarum et imaginum impellit. Atqui similis est pictura. Laudetur ergo artificium; ne vero homini imponat, aut pro veritate se ingerat. Quiete constitit equus; columba minime perturbata est, nec pennas movit. Dædali quoque vacca e ligno efficta taurum agrestem cepit, et belluam illam artificio deceptam coegit insanientem amore mulierem inire. Ac tantum quidem furorem artes improbis artificiis amantium et fatuorum animis concitaverunt. Simias vero habere solent in admiratione, qui eas curant nutriuntque, quod eas nec cereæ, nec luteæ imagines, licet ornatu puellarum instructæ, unquam fallant. Nunquid igitur vos simiis ipsis B deteriores eritis, dum lapideis, et ligneis, et aureis, et eburneis simulacris atque picturis adhæretis? Tot sane perniciosorum ludibriorum opifices sunt lapicidæ, et statuarii, præterea pictores et fabri, ✠ atque poetæ, a quibus ingens hujusmodi colluvies inducitur, in montibus quidem Satyri et Panes; in silvis autem, Nymphæ Oreades et Hamadryades; præterea in aquis, fluviis et fontibus, Naiades; et in mari, Nereides: magi etiam, qui dæmonum ministerio se venditant, quippe qui eos in numerum famulorum suorum ascripserint, et necessitate quadam adactos carminibus 18 suis servos fecerint: præterea deorum nuptiæ, et procreationes liberorum, et puerperia, et adulteria, et convivia, et risus inter pocula, quæ a vestris auctoribus nullibi non perstringuntur, impellunt me, licet invitum, et tacere cupientem, ut exclamem, O impietatem! Cœlum convertistis in scenam, sanctum Dei numen fabula vobis est, idque impositis dæmoniorum personis ludificamini, verumque ejus cultum vestra superstitione deridendum ab omnibus exponitis.

Αὐτὰρ (6) ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. C *Cæterum ille, cithara ludens, incepit pulchre* [*canere.*

Ἄσον ἡμῖν, Ὅμηρε, τὴν φωνὴν τὴν καλήν·

Cane nobis, Homere, pulchram illam cantilenam:

Ἀμφ' Ἄρεως φιλότητος ἐϋστεφάνου τ' Ἀφροδίτης·
Ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ἡφαίστοιο δόμοισι
Λάθρη (7)· πολλὰ δ' ἔδωκε, λέχος δ' ἠσχύνε καὶ [εὐνὴν
Ἡφαίστοιο ἄνακτος.

Martis amorem, pulchreque coronatæ Veneris,
Ut primum commisti sunt Vulcani in domo
Clam; plurima autem dedit, lectumque deturpavit, et [*cubile*
Vulcani regis.

Κατάπαυσον, Ὅμηρε, τὴν ᾠδήν· οὐκ ἔστι καλή· μοιχείαν διδάσκει· πορνεύειν δὲ ἡμεῖς καὶ τὰ ὦτα παρητήμεθα· ἡμεῖς γὰρ, ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ (8) περιφέροντες ἐν τῷ ζῶντι καὶ κινουμένῳ τούτῳ ἀγάλματι, τῷ ἀνθρώπῳ, σύνοικον εἰκόνα, σύμβουλον, συνόμιλον, συνέστιον, συμπαθῆ, ὑπερπαθῆ·

Desine, quæso, cantilenam, Homere. Minime quidem pulchra est; docet enim adulterium; quo vel aures nostras inquinare religio est. Sumus enim nos, sumus, qui in hoc spirante et movente simulacro, humano videlicet corpore, contubernalem nobis, consultricem, sociam et consortem vitæ,

✠ P. 52 ED. POTTER, 40 ED. PARIS.

(99) *Γυναικός*. Pasiphaës. De Tauro autem, seu Minotauro, Philo quoque pag. 536. Greg. Naz., *Carm.* κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων, v. 165. Diodorus Siculus, pag. 155, et Plutarchus γαμικῶν παραγγελμάτων initio. H. Sylburg.

(1) *Κηρίνων*. Κηρίων, Nov.

(2) *Τοσοῦτον*. Τοσούτων, Nov. non male.

(3) *Παρὰ τόπον*. Scribe ex ms. Nov. παρὰ πότον, *inter pocula*. Quam emendationem ante nos factam esse a C. A. H. docet Sylburgius. Respicit autem Clemens Homeri *Iliad.* A, v. 599 :

Ἀσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
Ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

D *Profusissimus autem excitatus est risus beatis diis,*
Ut viderunt Vulcanum in domibus ministrantem [*pocula.*

(4) Δέ με. Scribe δή με. Sylburg.

(5) *Σκηνὴν πεπ.* Julius Firmicus, *De err. prof. relig.: O infelicis imitationis cruenta meditatio! Scenam de cœlo fecistis, et errantes animas per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de deorum monstratur exemplis.*

(6) Αὐτάρ. Ex Homeri *Odyss.* Θ, v. 266.

(7) Λάθρη. Omittit Nov.

(8) *Εἰκόνα τοῦ Θεοῦ*. De Dei in nobis imagine conf. pag. 62, et quæ ad eam annotabuntur.

Digitized by Google

quæque participat nostros affectus, et pro nobis commovetur, imaginem Dei circumferimus. Christi gratia Deo consecrati sumus. Nos *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem* sibi Deus *ut proprium vindicat, qui quondam non populus, nunc autem populus Dei* sumus [22]; qui, ut ait Joannes [23], non sumus *ex inferis;* sed ab eo, *qui superne venit* [24], *omnia* didicimus [25]: qui Dei dispensationem cognitam atque perspectam habemus; qui, denique, ad id sumus exerciti, ut *in novitate vitæ ambulemus* [26]. Haud tamen eodem animo sunt affecti magna pars hominum, sed metu omni atque pudore depositis, turpes dæmonum in Venerem pruritus domi suæ depingunt. Adeo ✠ enim dediti sunt lasciviæ, ut pictis quibusdam tabellis e sublimi suspensis thalamos suos ornent, et impudicitiam pro pietate habeant. Quo fit, ut in cubili jacentes nudam illam Venerem, quæ in adulterio vinculis constricta dicitur, suos inter complexus respiciant. Quin etiam libidinosam illam avem Ledam circumvolantem in annulorum palis depingunt, utuntur que sigillis, quæ Jovis impudicitiam repræsentant; nec aliam ob causam hujusmodi picturas recipiunt, quam quod effeminatæ sint atque impuræ. Hæc sunt voluptariæ vestræ ac delicatæ vitæ exemplaria. Hi vestri sermones, quibus petulantiam divino honore afficitis: hæ, denique, deorum, qui una vobiscum stupro se ac libidini dedunt, doctrinæ. Nam *quod quilibet vult, hoc etiam credit,* ut ait orator Atheniensis. Cæterum reliquæ vestræ imagines cujusmodi tandem sunt? Panisci quidam, et nudæ puellæ, et ebrii Satyri, et erecta pudenda, quæ quidem, licet ob libidinem reprehendi mereantur, tamen in tabellis nuda depingi solent. Quin etiam universas impudicitiæ figuras aperte descriptas publicitus intueri haud erubescitis; sed suspensas eo diligentius asservatis; quippe qui velut deorum imagines, has impudicitiæ columnas domi consecretis; nec minus sollicite Philænidis motus, quam Herculis labores curetis depingendos. Quarum rerum non modo usum, sed etiam aspectum, et auditionem esse jam penitus oblitteranda, et memoriæ eximenda annun-

A ἀνάθημα γεγόναμεν τῷ Θεῷ ὑπὲρ Χριστοῦ· ἡμεῖς τὸ γένος τὸ ἐκλεκτὸν, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς περιούσιος· οἱ ποτὲ οὐ λαός, νῦν δὲ λαὸς τοῦ Θεοῦ, οἱ, κατὰ τὸν Ἰωάννην, οὐκ ὄντες ἐκ τῶν κάτω, παρὰ δὲ τοῦ ἄνωθεν ἐλθόντος τὰ πάντα μεμαθηκότες· οἱ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ κατανενοηκότες, οἱ ἐν καινότητι ζωῆς περιπατεῖν μεμελετηκότες. Ἀλλ' οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ πολλοί· ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν φόβον, οἴκοι τοὺς τῶν δαιμόνων ἐγγράφονται πασχητιασμούς. Πινακίοις (9) γοῦν τισι καταγράφοις μετεωρότερον ἀνακειμένοις, προσεσχηκότες ἀσελγείᾳ, τοὺς θαλάμους κεκοσμήκασι, τὴν ἀκολασίαν εὐσέβειαν νομίζοντες· κἀπὶ τοῦ σκίμποδος κατακείμενοι, παρ' αὐτὰς ἔτι τὰς περιπλοκὰς, ἀφορῶσιν εἰς τὴν Ἀφροδίτην ἐκείνην, τὴν γυμνὴν, τὴν ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην· καὶ τῇ Ἀηδὼ περιπετώμενον τὸν ὄρνιν τὸν ἐρωτικὸν, τῆς θηλύτητος ἀποδεχόμενοι τὴν γραφὴν (10), ἀποτυποῦσι ταῖς σφενδόναις, σφραγῖδι χρώμενοι καταλλήλῳ τῇ Διὸς ἀκολασίᾳ. Ταῦτα ὑμῖν τῆς ἡδυπαθείας τὰ ἀρχέτυπα· αὗται τῆς ὕβρεως αἱ θεολογίαι· αὗται τῶν συμπορνευόντων ὑμῖν θεῶν αἱ διδασκαλίαι· ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται, κατὰ τὸν Ἀθηναῖον ῥήτορα. Οἷαι δὲ αὖ καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰκόνες; Πανίσκοι τινὲς, καὶ γυμναὶ κόραι, καὶ Σάτυροι μεθύοντες, καὶ μορίων ἐντάσεις, ταῖς γραφαῖς ἀπογυμνούμεναι, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας ἐλεγχόμεναι. Ἤδη δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὅλης τὰ σχήματα ἀνάγραπτα πανδημεὶ θεώμενοι, οὐκ αἰσχύνεσθε, φυλάττετε δὲ ἔτι μᾶλλον ἀνακείμενα, ὥσπερ ἀμέλει τῶν θεῶν ὑμῶν τὰς εἰκόνας στήλας ἀναισχυντίας καθιερώσαντες οἶκοι, ἐπ' ἴσης ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα (11), ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. Τούτων οὐ μόνον τῆς χρήσεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὄψεως καὶ τῆς ἀκοῆς αὐτῆς ἀμνηστείαν καταγγέλλομεν. Ἠταίρηκεν ὑμῖν τὰ ὦτα, πεπορνεύκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ, τὸ καινότερον, πρὸ τῆς συμπλοκῆς, αἱ ὄψεις ὑμῖν μεμοιχεύκασιν (12). Ὦ βιασάμενοι τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὸ ἔνθεον τοῦ πλάσματος ἐλέγχει. Ἀπάρξαντες (13), πάντα ἀπιστεῖτε, ἵνα ἐκπαθαίνησθε, καὶ πιστεύητε (14) μὲν τοῖς εἰδώλοις, ζητοῦντες (15) αὐτῶν τὴν ἀκρασίαν, ἀπιστεῖτε δὲ τῷ

✠ P. 53 ED. POTTER. [22] I Petr. II, 9, 10. [23] Joan. VIII, 23. [24] Ibid. III, 31. [25] Ibid. IV, 25. [26] Rom VI, 4.

(9) *Πινακίοις*. Πινάκιος, Nov. mendose.

(10) *Ἀποδεχόμενοι τ. γ.* Ἀποδεχόμενοι, τὴν γραφὴν ἀποτυπ. Nov. De insignibus annulorum, etc., conf. *Paed.* lib. III, c. 11, p. 247.

(11) *Τὰ Φιλαινίδος σχήματα*. Athenæus, lib. VIII. p. 113 Aldinæ edit.: Καὶ βιβλία τά τε Φιλαινίδος, καὶ τὴν τοῦ Ἀρχεστράτου γαστρονομίαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ; θεραπαίνας ἐμπείρους τοιῶνδε κινήσεών τε καὶ σχημάτων. Et paulo ante, turpissimum ait de rebus venereis opus illi ascriptum, sed falso honestissimæ feminæ per calumniam id tribuisse Polycratem, ut testatur Æschrion Samius. Meminit ejusdem lib. X. Vide H. Junium proverb. *Philænidis commentarii.* COLLECT. Justinus M., Apol. 2, extrema: Σωταδείοις, καὶ τοῖς Φιλαινιδείοις, καὶ ὀρχηστικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν· *Sotadiis, et Philænidiis, et saltatoriis, et Epicureis, aliisque id genus poeticis institutionibus.* Meminit etiam Tatianus: Φιλαινίδος καὶ Ἐλεφαντίδος τῶν ἀῤῥήτων ἐπινοιῶν. *Philænidis et Elephantidis infandorum commentorum*, pag. 122, 123. Ea qualia fuerint, explicat Suidas: Ἀστυάνασσα, Ἑλένης τῆς Μενελάου θεράπαινα· ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν καὶ ἔγραψε περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν· ἣν ὕστερον παρεζήλωσαν Φιλαινὶς καὶ Ἐλεφαντίνη, αἱ τὰ τοιαῦτα ἐξορχησάμεναι ἀσελγήματα. Ejusdem mentio fit apud eumdem v. Δημοχάρης. Conf. *Anthologia Epigr.* lib. III, cap. 10.

(12) *Οἱ ὀφθαλμοὶ... μεμοιχεύκασιν*. Hæc e Nov. exciderunt propter voces ὁμοιοτελεύτους.

(13) *Ἐλέγχει. Ἀπάρξαντες*. Legendum conjuncte, ἐλέγχει ἀπάρξαντες, eo sensu, quem in versione expressimus.

(14) *Πιστεύητε*. A. πιστεύετε, indicativo modo, SYLBURG. πιστεύηται, Nov.

(15) *Ζητοῦντες*. Legendum ζηλοῦντες, *æmulantes*, quod habet Nov.

Digitized by Google

Θεῷ, σωφροσύνην μὴ φέροντες· καὶ τὰ μὲν χείττω μεμισήκατε, τὰ δὲ ἥττω τετιμήκατε· ἀρετῆς μὲν Θεαταὶ, κακίας δὲ ἀγωνισταὶ γεγενημένοι. Ὅλβιοι μόνοι τοίνυν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁμοθυμαδὸν, ἐκεῖνοι πάντες, κατὰ τὴν Σίβυλλαν (16)·

A tiamus. Scortatæ sunt aures vestræ, oculi quoque stuprum fecerunt, et quod magis inauditum est, ipsi vultus ante concubitum commiserunt adulterium. Oh! qui humanæ naturæ vim intulistis, et quod in illa creatura Divinitatis inest, dedecori atque probro, veluti primitias quasdam, obtulistis. Prorsus increduli estis, ut affectibus vestris obsequamini : et simulacris quidem fidem habetis, quod eorum intemperantiam sequi vobis propositum sit; eam vero Deo negatis, quia moderate atque continenter vivere haud sustineatis. Quo factum est, ut quæ sunt præstantiora, odio; quæ vero deteriora, honore prosequamini : et spectatores quidem virtutis, vitii autem pugiles sitis. Quocirca ✠ *soli felices sunt*, ut ita dicam, *illi omnes, unanimi consensu*, ut Sibyllæ verbis utar,

Οἳ ναοὺς μὲν πάντας (17) ἀπαρνήσονται (18) ἰδόντες,
Καὶ βωμοὺς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα (19), κωφῶν,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Αἵματι ἐμψύχῳ (20) μεμιασμένα, καὶ θυσίαισι B
Τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν, θηρῶν τε φόνοισι.

Qui sibi visa licet divorum templa negabunt,
Surdorum et lapidum, quæ sunt altaria sedes :
Ex lapide et manibus simulacra effecta virorum,
Cæsorum quæ sunt animato infecta cruore,
Quadrupedum, bipedum, volucrumque, et cæde ferarum.

Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπηγόρευται ὑμῖν (21) ἀναφανδὸν, ἀπατηλὸν ὁρίζεσθαι (22) τέχνην· Οὐ γὰρ ποιήσεις, φησὶν ὁ προφήτης, παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω. Ἢ πού γ' ἂν ἔτι τὴν Πραξιτέλους Δήμητραν, καὶ Κόρην, καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυστικὸν, θεοὺς ὑπολάβοιμεν, ἢ τὰς Λυσίππου τέχνας, ἢ τὰς χεῖρας τὰς Ἀπελλικὰς, αἳ δὴ τῆς θεοδοξίας τὸ σχῆμα τῇ ὕλῃ περιτεθείκασιν; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ὅπως ποτὲ ὁ ἀνδριὰς ὅτι μάλιστα ὡραιότατος τεκταίνηται, προσκαρτερεῖτε· ὅπως δὲ αὐτοὶ μὴ ὅμοιοι δι' ἀναισθησίαν τοῖς ἀνδριάσιν ἀποτελεσθῆτε, οὐ φροντίζετε. Πάνυ γοῦν ἐμφανῶς καὶ συντόμως ὁ προφητικὸς ἐλέγχει τὴν συνήθειαν λόγος, Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα (23)· C ὁ δὲ Θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε καὶ τὰ ἐν τῷ

Nos enim clare prohibemur fallacem hanc artem exercere : *Non fucies* enim, inquit propheta [17], *cujusvis rei similitudinem, eorum quæ sunt in cœlo, et quæ sunt in terra infra.* Utrumne vero Praxitelis Cererem et Proserpinam, et Iacchum mysticum, an potius Lysippi artem, vel Apellis manus, quæ materiam ea forma ornarunt, quæ existimationem divinitatis ei præbuit, deos esse putemus? Sed vos quidem in id omnem vestram curam atque studium impenditis, ut statua fiat quam pulcherrima; parum interea solliciti, ne vosmetipsi similes statuis per stuporem efficiamini. Verum hanc consuetudinem dilucide admodum atque breviter refellit hoc dicto Propheta : *Quod omnes dii gentium sint dæmoniorum simulacra : Deus autem cœlos fecerit, et ea quæ*

✠ P. 54 ED. POTTER, 41 ED. PARIS. [17] Exod. xx, 4.

(16) *Σίβυλλαν.* Hos Sibyllæ versus, cum aliis pluribus, recitat Justinus M., *Cohort. ad Græc.*, p. 81.

(17) *Οἳ ναοὺς μὲν πάντας.* Μέν additi ex Justino, Sylburg. Νηοὺς μὲν ἅπαντας, Justin.

(18) *Ἀπαρνήσονται.* Sic etiam Justin., sed ἀποστρέψουσιν habent edita Sibyll. *Oracula.*

(19) *Ἱδρύματα.* Sic edita *Oracula* : sed ἀφιδρύματα. Justin.

(20) *Αἵματι ἐμψύχῳ.* Αἵμασιν ἐμψύχων, Justin. et edita *Oracula.* Sequentem versum hoc modo scribit Justinus :

Τετραπόδων, βλέπουσι δ' ἐνὸς Θεοῦ ἐς μέγα κῦδος.
Quadrupedum, videbunt autem ad magnam unius Dei gloriam.

(21) *Ἀπηγόρευται ὑμῖν.* A. et H. ἡμῖν prima persona. Sylb. — Cæterum nonnullis visum est Clementem his verbis pingendi artem, et reliquas ei similes, ut illicitas penitus damnare : quemadmodum etiam *Strom.* vi, p. 687 : Ὁ τὰ θεῖα τῶν ἔργων σφετεριζόμενος διὰ τέχνης, ἤτοι πλαστικῆς ἢ γραφικῆς, καὶ λέγων ἑαυτὸν ποιητὴν εἶναι τῶν ζώων καὶ φυτῶν· *qui divina opera sibi vindicat per fingendi vel pingendi artem, dicens se esse effectorem animantium et plantarum*, dicitur quodammodo præceptum violare, quo furtum prohibetur. Et *Pædag.* lib. iii, cap. 2, p. 220, peccare dicit mulieres, quæ faciem suam in speculis contemplantur, quia Moyses prohibuit *facere imaginem*, ἀντίτεχνον τῷ Θεῷ, *Deo similem.* Quin etiam Tertullianus *Adv. Marcion.*, lib. iv, c. 22, ait apostolos *Moysen et Heliam* apparentes *non cognovisse nisi in spiritu. Nec enim imagines eorum, vel statuas populus habuisset, et similitudines, lege prohibente.* Idem, lib. *De idololatr.*, cap. 4 et seq. videtur dicere Moysen vetasse fieri quamvis cujusvis rei similitudinem. Et lib. *De spectaculis*, cap. 13 : *Jam vero*, inquit, *ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ?* Origen. etiam lib. iv, *adv. Cels.*, p. 181, 182, dicit inter Judæos nullum fuisse ζωγράφον οὔτ' ἀγαλματοποιόν, *pictorem nec statuarium, legibus totum hoc genus arcentibus, ne qua occasio* idololatriæ *præberetur hominibus crassis.* Id præterea Chrysost. affirmat, alios ut D præteream. Verumtamen, quemadmodum Judæis signa et imagines in templo Salomonis erant, ita nec prædicti Patres ea illicita esse judicabant extra divinum cultum, et idololatriæ periculum. Proinde Tertullianus memorat *picturas calicum* sacrorum, in quibus Christus pastoris habitu una cum ove insculpi solebat, lib. *De pudicit.*, c. 7 et 10. Et Clemens figuris variis annulos Christianorum inscribi permittit, *Pædag.*, lib. iii, cap. 11, pag. 246, 247. Qua vero patientia hi Patres ejusmodi figuris divinum cultum tribuentes eos conspexissent, qui se Christianos profitentur?

(22) *Ὁρίζεσθαι.* Lowthius recte admonuit scribendum esse ἐργάζεσθαι. Ejus enim conjecturam firmat ms. Nov. Cæterum Exodi locum mox imperfecte recitat Clemens.

(23) *Δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα.* Δαιμόνια Psal. Mox, καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, additum a Clemente.

Digitized by Google

sunt in cœlo [28]. Hinc autem arrepta, nescio quo modo, œcasione, nonnulli eo sunt erroris prolapsi, ut divinum artificium, Solem, Lunam, reliquumque astrorum chorum, potius quam ipsum Deum, colerent; ea scilicet perabsurde deos existimantes, quæ nil aliud sunt quam instrumenta quædam, 19 quibus tempora describuntur: *Verbo* enim ejus *firmata sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [29]. Etenim humana ars et domicilia, et naves, et urbes, et picturas conficit; Dei autem opera qua ratione enumerem? Aspice hunc mundum universum. Ille cœlum et solem creavit. Angeli et homines sunt *opera digitorum ipsius* [30]. ✠ Quanta est autem Dei potentia, cujus sola voluntas est mundi creatio? Solus enim Deus mundum creavit, ut qui solus sit vere Deus; is autem opera sua volendo conficit, ejusque velle sequitur fieri. Hic autem aberravit philosophorum chorus a veritate, qui perpulchre quidem fatentur ad contemplationem cœli factum fuisse hominem; tamen quæ in cœlo apparent, visuque percipiuntur, adorant. Licet enim ea, quæ sunt in cœlo, non sint hominum artificia: at hominum tamen gratia condita fuerunt. Ne quis igitur solem adoret, verum solis effectorem desideret: ne quis mundum reponat inter deos, verum mundi conditorem requirat. Quamobrem ei, qui ad portas salutis evadere cupit, unicum, ut videtur, perfugium relinquitur divina sapientia. Hinc, velut e sacrosancto quodam asylo, eum, qui ad salutem contendit, nulla vis dæmonum abducere unquam poterit.

A οὐρανῷ. Πλανώμενοι γοῦν τινες ἐντεῦθεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, θείαν μὲν τέχνην, πλὴν ἀλλ' οὐ Θεὸν προσκυνοῦσιν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τὸν ἄλλον τῶν ἀστέρων χορὸν, παραλόγως τούτους θεοὺς ὑπολαμβάνοντες, τὰ ὄργανα τοῦ χρόνου (24)· *Τῷ γὰρ λόγῳ αὐτοῦ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Ἀλλ' ἡ μὲν ἀνθρωπεία τέχνη οἰκίας τε καὶ ναῦς, καὶ πόλεις, καὶ γραφὰς δημιουργεῖ· Θεὸς δὲ πῶς ἂν εἴποιμι ὅσα ποιεῖ; Ὅλον ἴδε (25) τὸν κόσμον· ἐκείνου ἔργον ἐστὶν καὶ οὐρανὸς καὶ ἥλιος· καὶ ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι *ἔργα τῶν δακτύλων αὐτοῦ.* Ὅση γε ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ! μόνον αὐτοῦ τὸ βούλημα κοσμοποιεῖ (26)· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἐπεὶ καὶ μόνος ὄντως ἐστὶ Θεός· ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ, καὶ τῷ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν B ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι. Ἐνταῦθα φιλοσόφων παρατρέπεται χορὸς, πρὸς μὲν τὴν οὐρανοῦ θέαν (27) παγκάλως γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον ὁμολογούντων· τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ φαινόμενα καὶ ὄψει καταλαμβανόμενα προσκυνούντων. Εἰ γὰρ (28) καὶ μὴ ἀνθρώπινα τὰ ἔργα τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ γοῦν ἀνθρώποις δεδημιούργηται. Καὶ μὴ τὸν ἥλιόν τις ὑμῶν προσκυνείτω, ἀλλὰ τὸν ἡλίου ποιητὴν ἐπιποθείτω, μηδὲ τὸν κόσμον ἐκθειαζέτω, ἀλλὰ τὸν κόσμου δημιουργὸν ἐπιζητησάτω. Μόνη ἄρα ὡς ἔοικεν καταφυγὴ τῷ μέλλοντι ἐπὶ τὰς σωτηρίους ἀφικνεῖσθαι θύρας ὑπολείπεται σοφία θεϊκὴ· ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐξ ἱεροῦ τινος ἀσύλου, οὐδενὶ οὐκ ἔτι ἀγώγιμος τῶν δαιμόνων ὁ ἄνθρωπος γίνεται, σπεύδων εἰς σωτηρίαν.

C

CAPUT V.

Philosophorum sententias de Deo recenset.

Quin, si libitum tibi sit, philosophorum opinio-

Ἐπιδράμωμεν (29) δὲ, εἰ βούλει, καὶ τῶν φιλοσό-

✠ P. 55 ED. POTTER, 42 ED. PARIS. [28] Psal. xcv, 5. [29] Psal. xxxii, 6. [30] Psal. viii, 4.

(24) *Τὰ ὄργανα τοῦ χρόνου.* Respicit Genes. i, 14.

(25) *Ὅλον ἴδε τ.* Malim hunc locum sic distinguere: Ὅλον ἴδε τὸν κόσμον ἐκείνου ἔργον ἐστί· καὶ οὐρανὸς, καὶ ἥλιος, καὶ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι, ἔργα δακτύλων αὐτοῦ. *Ecce totum mundum, ejus opus est: et cœlum, ac sol, atque angeli, hominesque sunt opera digitorum ejus.* Ut ἔργον ad totum, ἔργα ad partes referatur. Respicit autem ps. ci, 26.

(26) *Τὸ βούλημα, κοσμοποιεῖ.* Sane quod Clemens Alexandr. sola Dei voluntate mundum, et a solo Deo conditum, quando et solus Deus est, memorat; mihi non est dubium, quin partim excludendis dæmoniis ac idolis exaraverit; partim etiam, imo vero potissimum, confutandis vetustis hæreticis, quorum Simon quidem Magus, veluti signifer quidam, dein Menander ejus discipulus, sed et Saturninus et Carpocrates, et ex Gnosticis nonnulli mundum, et quæ in eo sunt, factum ab angelis emissis ab Ennœa seu Selene multo inferioribus ingenito Patre asserebant; Cerinthus autem et Nicolaitæ non a primo Deo, sed a virtute valde separata, et distante ab ea principalitate, quæ est super omnia. Trismegistus Pœmand. cap. 1: Καὶ πάντα ποιήσαντος καὶ ἑνὸς μόνου, τῇ δὲ αὐτοῦ θελήσει δημιουργήσαντος τὰ ὄντα. Vide Irenæi lib. i, cap. 25, et lib. iii, c. 11. Hæc P. Faber cap. 2 Dodecameni. Collect. Solo volendi actu mundum creatum a Deo dicit, ut ejus infinitam potentiam ostendat, per quam sine labore et conatu omnia produxit. Infra *Pædag.* lib. i, cap. 6, p. 93: Ἕπεται τῷ χαρίσασθαι μόνον βουληθῆναι αὐτὸν, πεπληρῶσθαι τὴν χάριν· *Solam voluntatem gratiam conferendi sequitur perfecta gratiæ collatio. Constitut. apost.* lib. v, cap. 7: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ γινώσκομεν, ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε· etc. « *In principio fecit Deus cœlum ac terram:* » *ac scimus Deum non indiguisse materia; sed Christum sola voluntate ea, quæ jussus est, produxisse, cœlum dicimus, terram, mare, lumen, noctem, diem, luminaria, stellas, volatilia, aquatica, quadrupedia*, etc., *Clementinor.*, hom. 3, c. 33: Αὐτὸς μόνος δήμους ἀγγέλων καὶ πνευμάτων βουλῆς νεύματι δημιουργήσας, ἔπλησε τοὺς οὐρανούς· *Ipse solus populos angelorum ac spirituum, nutu voluntatis condidit, eisque implevit cœlos.*

(27) *Οὐρανοῦ θέαν.* Hinc Anaxagoræ responsum, *Hominem nasci ac vivere* εἰς θεωρίαν ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ οὐρανοῦ. Laertius lib. ii, s. 10. Jamblichus, *Protrept.* cap. 6. Tritum est illud Ovidii, *Metamorph.* i, v. 85:

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

(28) *Εἰ γάρ.* Tatianus principio cap. 8, his similia habet.

(29) *Ἐπιδράμωμεν.* Huc argumentum modo plane simili tractat Justin. M. *Parænes.*, pag. 49, 50, 51, edit. Oxon. Quin etiam philosophorum de principiis sententias collegerunt Plutarchus, Tertull., Hermias philosophus, Eusebius Nemesius.

Digitized by Google

φων τὰς δόξας, ὅσας αὐχοῦσι περὶ τῶν θεῶν, εἴ πως καὶ φιλοσοφίαν αὐτὴν κενοδοξίας ἕνεκεν ἀνειδωλοποιοῦσαν τὴν ὕλην ἐφεύρωμεν· εἰ καὶ δαιμόνια ἄττα ἐκθειάζουσαν, κατὰ παραδρομὴν παραστῆσαι δυνηθῶμεν ὀνειρώττουσαν τὴν ἀλήθειαν. Στοιχεῖα μὲν οὖν ἀρχὰς ἀπέλειπον ἐξυμνήσαντες, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τὸ ὕδωρ, καὶ Ἀναξιμένης, ὁ καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸν ἀέρα· ᾧ Διογένης ὕστερον ὁ Ἀπολλωνιάτης κατηκολούθησεν. Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης, θεοὺς εἰσηγήσατο πῦρ καὶ γῆν· θάτερον δὲ αὐτοῖν μόνοιν (30), τὸ πῦρ, θεὸν ὑπειλήφατον Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος (31) καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος· Ἐμπεδοκλῆς γὰρ ὁ Ἀκραγαντῖνος, εἰς πλῆθος ἐμπεσὼν, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις, Νεῖκος καὶ Φιλίαν καταριθμεῖται. Ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι (32), σοφίᾳ τινὶ ἀσόφῳ τὴν ὕλην προσκυνήσαντες· καὶ λίθους μὲν ἢ ξύλα οὐ τιμήσαντες, γῆν δὲ τὴν τούτων μητέρα ἐκθειάσαντες, καὶ Ποσειδῶνα μὲν οὐκ ἀναπλάττοντες, ὕδωρ δὲ αὐτὸ προστρεπόμενοι (33). Τί γάρ ἐστι πρότερον, Ποσειδῶν, ἢ ὑγρά τις οὐσία, ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη; ὥσπερ ἀμέλει ὁ πολέμιος Ἄρης ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως κεκλημένος. Ἢ καὶ δοκοῦσί μοι πολλοὶ μάλιστα, τὸ ξίφος μόνον πήξαντες, ἐπιθύειν ὡς Ἄρει. Ἔστι δὲ Σκυθῶν (34) τὸ τοιοῦτον, καθάπερ Εὔδοξος (35) ἐν δευτέρᾳ τῆς *Περιόδου* λέ-

A nes quas de diis jactitant, nunc persequamur; si forte contingat nobis, ut ipsam quoque philosophiam inveniamus vana de se persuasione materiam in simulacra deorum vertisse; vel si dum dæmonia quædam deorum nomine dignata est, eam tanquam in somnio veritatem vidisse, ostendere in transcursu possimus. Ili itaque elementa nobis reliquerunt principia; quorum Thales Milesius aquam celebravit; Anaximenes autem Milesius et ipse, aerem, quem postea Diogenes Apolloniates secutus est. Parmenides vero Eleates deos introduxit ignem et aquam; quorum alterum, ignem, Hippasus etiam Metapontinus, et Heraclitus Ephesius deum esse putarunt. Empedocles autem Agrigentinus, in multitudinem incidens, præter quatuor

B elementa, ✠ Contentionem et Amicitiam in numerum deorum cooptavit. Et hi quidem athei sunt, qui insipienti quadam sapientia materiam coluerunt; qui lapidibus quidem et lignis honorem deferre noluerunt; sed tamen Terram, eorum matrem, retulerunt inter deos; qui Neptunum quidem non effingebant, sed Aquam tamen ipsam coluerunt. Quid enim est Neptunus, nisi humida quædam substantia, quæ ἀπὸ τῆς πόσεως sive *a potu*, dicta est Ποσειδῶν? Quemadmodum Mars ille bellicus ἀπὸ τῆς

✠ P. 56 ED. POTTER, 43 ED. PARIS.

Porphyrius, Joannes Philoponus in procœmio ad lib. I Aristotelis *De anima*; auctor *Recognit.* Clementis lib. VIII, cap. 15; Cicero, *De natura deorum*, aliique plures; ac proinde singulorum sententias inter se conferre supervacaneum esset. Mox, pro εἰ καὶ δαιμ. Lowthius mavult ἢ καὶ δαιμ.

(30) *Μόνοιν*. Rectius μόνον, *solum*. V. SYLBURG.

(31) *Ἵππασός τε ὁ Μεταπ.* Consentit Theodoret. de Hippaso Metapontino et Heraclito Ephesio. Item Plutarchus, *De placitis philos.*, lib. I, cap. 3: Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι. At Justinus M., *Paræn.*, p. 50, nulla Hippasi mentione facta, dicit: Ἡράκλειτος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι λέγει· ἐκ τοῦ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὰ πάντα τελευτᾶν· *Heraclitus Metapontinus causam omnium rerum ignem esse asseverat; ex igne namque omnia fieri, et in ignem tandem omnia reverti.* Quo loco scribendum cum Plutarcho, Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος, *Heraclitus et Hippasus Metapontinus.* Sylburgius legendum monuit, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος, καθάπερ καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος. Sed Plutarchum sequi tutius est, cum manifestum sit horum auctorum unum alterius, aut utrumque alicujus tertii verba recitare.

(32) *Ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι.* Idem affirmat Clemens, *Strom.* I, p. 296: Στοιχεῖα δὲ σέβουσι Διογένης μὲν τὸν ἀέρα, Θαλῆς δὲ τὸ ὕδωρ, Ἵππασος δὲ τὸ πῦρ· καὶ οἱ τὰς ἀτόμους ἀρχὰς ὑποτιθέμενοι, φιλοσοφίας ὄνομα ὑποδυόμενοι, ἄθεοί τινες ἀνθρωπίσκοι καὶ φιλήδονοι. Idem *Strom.* II, p. 364, refert, nec Thaletem, nec reliquos physicos ante Anaxagoram, Deum agnovisse. Verumtamen ex auctoribus superius laudatis certum est, philosophos, quos enumerat hoc loco Clemens, non fuisse omnes atheos. De Thalete, reliquos ut præteream, Minut. *Octavio*: *Milesius Thales*, inquit, *rerum initium aquam dixit; Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit.* Quæ fere κατὰ λέξιν descripta sunt e Ciceron., lib. I *De natura deor.* Eadem dicit Lactantius lib. I, c. 5. Quin etiam Diogen. Laertius lib. I, seg. 35, inter Thaletis ἀποφθέγματα hæc refert: Πρεσβύτατον τῶν ὄντων Θεός· ἀγέννητον γάρ. Κάλλιστον κόσμος· ποίημα γὰρ Θεοῦ· *Antiquissimum eorum omnium quæ sunt, Deus; ingenitus enim est. Pulcherrimum, mundus: a Deo enim factus est.* Conf. Plutarch., in *Convivio*

C *septem Sapient.* Aliud Thaletis responsum quo pietatem suam testatus est, memorat ejusdem lib. seg. 36. Diogen. Laertius et Valer. Maxim., lib. VII, cap. 2: *Mirifice etiam Thales; nam interrogatus an facta hominum deos fallerent, Nec cogitata inquit.* Verum Clemens ideo philosophos omnes ante Anaxagoram atheos dicit fuisse, quod ille πρῶτος ἐπέστησε νοῦν τοῖς πράγμασι, *primus rebus mentem præfecit*, ut refert cum aliis pluribus *Strom.* II, loco superius dicto: unde ei Νοῦς cognominis loco inditus fuit, teste Laertio in Anaxagoræ principio, et Plutarcho, in *Pericle.* Verum licet forte Anaxagoras νοῦς vocabulo primus sit usus, et in Ionica schola sententiam de Deo mundi opifice renovaverit, tamen eamdem Thales antea defenderat, licet Anaximander, Anaximenes, aliique Thaletis successores in constituendis principiis Dei nullam mentionem fecerint.

(33) *Προστρεπόμενοι.* Id habent posteriores edi-

D tiones, consentiente Nov.; at προτρεπόμενοι Flor., Sylb., mendose. Mox, ἄρσεως pro ἄρσεως, Nov.

(34) *Ἔστι δὲ Σκυθῶν.* De Scytharum cultu in eamdem sententiam Brodæus, *Miscell.*, lib. V, cap. 5, cum alia citat, tum Ammiani Marcellini locum hunc: *Nec templum apud eos visitur, aut delubrum: nec tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus: eumque ut Martem, regionum quas colunt præsidem, verecundius colunt.* V. SYLBURG. — Solinus *Polyhist.* principio c. 25, de nonnullis Scythiæ populis: *Populis*, inquit, *istis Deus Mars est. Pro simulacris enses statuunt.* Pomponius Mela, lib. II, cap. 1, paulo ante finem, de Scythis: *Mars omnium*, inquit, *Deus. Ei pro simulacris enses et tentoria dedicant.* Conf. Herodotus lib. IV; Lucianus, *Jove Tragœdo*, Arnobius lib. V; Clemens, superius p. 40, ed. Potter, not.

(35) *Εὔδοξος.* Ἐνδοξος, Nov.

Digitized by Google

ἅρσεως καὶ ἀναιρέσεως, sive *ab insurgendo et interficiendo* dictus est Ἄρης. Quam præcipue ob causam mihi videntur plurimi, defixo ense, ei quasi Marti sacra facere. Quem sane morem inter Scythas obtinere, auctor est Eudoxus in secunda parte *Periodi*. Sauromatas autem, Scythiæ gentem, acinacem colere, refert Icesius in opere *De mysteriis*. Idem præterea Heraclito ejusque sectatoribus usu venit, qui ignem, quasi rerum universarum principium, adorant. Etenim hunc ignem alii nominarunt Vulcanum. Persarum autem magi, multique ex his qui Asiam incolunt, et præterea Macedones, prout Diogenes in primo *Persicorum* scribit, igni divinos honores tribuunt. Quid Sauromatas referam, quos Nymphodorus in *Moribus barbarorum* narrat iguem venerari? Quid Persas, et Medos, et Magos? Ilos enim sub dio rem divinam facere, eo quod existiment ignem et aquam sola deorum esse simulacra, ex Dinone cognoscimus. Neque enim horum ignorantiam celaverim, qui licet se maxime existiment errorem effugisse, in aliam tamen fraudem delapsi ✠ sunt. Nam etsi neque cum Græcis ligna et lapides, neque cum Ægyptiis ibidas et ichneumonas, tamen cum philosophis ignem et aquam esse deorum simulacra putaverunt. Quin et aliquot postea sæculis eos coluisse simulacra humana specie prædita, ostendit in tertio *Chaldaicorum* Beros : eumque morem ab Artaxerxe, Darii filio, Ochi vero patre, introductum fuisse; etenim is primus statuam Veneris Tanaidis, quam Babylone, et Susis, et Ecbatanis posuisset, Persis, et Bactris, et Damasco, et Sardis exemplo suo præmonstravit esse

✠ P. 57 ED. POTTER.

(36) *Περσῶν*. Herodot. lib. I, refert Persas sacra facere ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι· *Soli, et lunæ, et terræ, et igni, et aquæ, et ventis*. Sidonius, Carmine 2 *de Magis* :

..... juratur ab illis
Ignis et unda deus....

Conf. Strabo lib. XV; Diogen. Laertius, procemio; Chrysost. IV *Ἀνδριάντων;* Arnob., lib. VI. Auctor *Recognitionum* Clementis, lib. IV, cap. 29, de Zoroastre agens : *Busti cineres*, inquit, *tanquam fulminei ignis reliquias colligentes hi, qui primitus erant decepti, deferunt ad Persas, ut ab eis, tanquam divinus e cœlo lapsus ignis, perpetuis conservaretur excubiis, atque ut cœlestis deus coleretur*. Conf. ad cum locum auctores a Cotelerio notati.

(37) *Τί μοι Σαυρομάτ. καταλέγειν*. A. καταλέγειν δεῖ. SYLBURG.

(38) *Θύειν*. Herodotus, lib. I : *Simulacra quidem et templa, et altaria lex eos vetat statuere, et statuentes stultitiæ accusant : eo quod, ut mihi quidem videtur, non, perinde ut Græci, deos humana forma præditos esse existiment*. Conf. auctores superius memorati.

(39) *Ὁ Δίνων*. Dinonis *Persica* citat aliquoties Athenæus, in *Deipnosoph.* A. et H. SYLBURG.

(40) *Εἰ γὰρ καὶ*. Horatius, *Artis poet.* v. 31 :

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

(41) *Ἀφροδίτης Ταναΐδος*. Strabo quidem Uxiorum meminit, apud quos Ἀφροδίτη Ἀναΐτης colebatur, et apud Persas sacra fuisse celebrata prodit Anaïtidis et Omani : Ταῦτα ἐν τοῖς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὁμανοῦ ἱερεῖς νενόμισται. Videndum ergo, num

A γει. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὡς φησιν Ἰκέσιος ἐν τῷ *Περὶ μυστηρίων*, ἀκινάκην σέβουσιν. Τοῦτό τοι καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειτον, τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες, πεπόνθασιν· τὸ γὰρ πῦρ τοῦτο ἕτεροι Ἥφαιστον ὠνόμασαν. Περσῶν (36) δὲ οἱ Μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί· πρὸς δὲ καὶ Μακεδόνες, ὥς φησι Διογένης ἐν πρώτῳ *Περσικῶν*. Τί μοι Σαυρομάτας καταλέγειν (37) οὓς Νυμφόδωρος ἐν *Νομίμοις βαρβαρικοῖς*, τὸ πῦρ σέβειν ἱστορεῖ· ἢ τοὺς Πέρσας, καὶ τοὺς Μήδους, καὶ τοὺς Μάγους; Θύειν (38) ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων (39) λέγει, θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντας. Οὐκ ἀπεκρυψάμην οὐδὲ τὴν τούτων ἄγνοιαν· εἰ γὰρ (40) καὶ τὰ μάλιστα ἀποφεύγειν οἴονται τῆς πλάνης, ἀλλ' εἰς ἑτέραν κατολισθαίνουσιν
B ἀπάτην. Ἀγάλματα μὲν θεῶν οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν, ὥσπερ Ἕλληνες· οὐδὲ μὴν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας, καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. Μετὰ πολλὰς μέντοι ὕστερον περιόδους ἐτῶν ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτοὺς, Βήρωσος ἐν τρίτῃ *Χαλδαϊκῶν* παρίστησι, τοῦτο Ἀρταξέρξου τοῦ Δαρείου τοῦ Ὤχου εἰσηγησαμένου, ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος (41) τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Σούσοις, καὶ Ἐκβατάνοις Πέρσαις, καὶ Βάκτροις, καὶ Δαμασκῷ καὶ Σάρδεσιν, ὑπέδειξε σέβειν. Ὁμολογούντων τοίνυν οἱ φιλόσοφοι, τοὺς διδασκάλους τοὺς σφῶν Πέρσας, ἢ Σαυρομάτας, ἢ μάγους, παρ' ὧν τὴν ἀθεότητα τῶν σεβασμίων αὐτοῖς μεμαθήκασιν ἀρχῶν, ἄρχοντα τὸν
C πάντων (42) ποιητὴν, καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δημιουργὸν ἀγνοοῦντες, τὸν ἄναρχον Θεόν· τὰδὲ πτωχὰ ταῦτα καὶ ἀσθενῆ, ἧ φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὰ εἰς τὴν ἀνθρώ-

hæc sit dea, quam Clemens hoc loco indicat. Vide Strabonem lib. XV, ubi Persas Venerem et Solem colere tradit, et lib. XI. COLLECT. Bochartus, *Geographiæ sacræ* pag. 277, ait : « Circa Arbela et Gaugamela Strabo describit naphtæ fontem, et ignis scatebras; καὶ τὸ τῆς Ἀναΐας ἱερόν, *et Anææ templum*, id est Anaitidis, de qua idem Strabo alibi passim, et Agathias lib. II, et Pausanias *Laconicis*, et Plutarchus Artaxerxe : ex quibus corrigendus Clementis locus in *Protrept.* de eodem Artaxerxe, ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος τὸ ἄγαλ. Lege Ἀναΐτιδος, in qua emendatione non debuit hæsitare vir doctus. Nam præter Persicam illam Anaïtidem, de qua præter Strabonem Agathias lib. II, etiam Ecbatanis Anaïtidem fuisse cultam ex Plutarcho
D scimus, et Susis, et in Lydia, ubi Sardes, ex Pausania. Et in illius cultum Artaxerxes quam fuerit propensus, inde colligas, quod celebrem illam Aspasiam, Cyri olim concubinam, cujus formam et reliquas dotes tam multis prædicat Ælianus in *Variis* initio lib. XII, creavit sacerdotem, ut præficeret templo Anaitidis Ecbatanenæ. Nec quemquam movere debet, quod Anaitidem alii Venerem, alii Dianam explicant. Nam raro sibi constant prisci scriptores, cum peregrina numina Græcis nominibus efferunt. Anaitidem multi Dianam esse voluerunt, quia communi fano cum Deo מהם *Omano*, id est Sole, colebatur, ut testatur Strabo XV. Vicissim alii Venerem esse maluerunt, quia infami ritu virgines in illius templo prostabant, ut idem in fine lib. XI. » — Nota infra formam dialecticam imperativi ὁμολογούντων pro ὁμολογείτωσαν. EDIT. PATROL.

(42) *Τὸν πάντων*. Legi potest etiam τῶν πάντων, ut postea τῶν ὅλων Πατέρα. SYLBURG.

Digitized by Google

πων ὑπηρεσίαν πεποιημένα στοιχεῖα, προστρεπόμενοι Τῶν δὲ ἄλλων φιλοσόφων ὅσοι τὰ στοιχεῖα ὑπερβάντες, ἐπολυπραγμόνησάν τι ὑψηλότερον καὶ περιττότερον· οἱ μὲν αὐτῶν τὸ ἄπειρον καθύμνησαν, ὧν Ἀναξίμανδρος (43) ὁ Μιλήσιος ἦν, καὶ Ἀναξαγόρας (44) ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ Ἀθηναῖος Ἀρχέλαος· τούτω μέν γε ἄμφω τὸν Νοῦν ἐπεστησάτην τῇ ἀπειρίᾳ· ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος (45) καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος δίττὰς, ὡς ἔοικε, καὶ αὐτὼ ἀρχὰς ἀπελιπέτην, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. Προσέθηκε καὶ λαβὼν τούτοιν τοῖν δυεῖν τὰ εἴδωλα (46), ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος· ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων (47), θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι, ἐμψύχους ὄντας (οὐ σιωπήσομαι οὐδὲ τὴν τούτων ἀναισχυντίαν)· Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος (48) οὗτος, ἑπτὰ μὲν θεοὺς τοὺς πλάνητας, ὄγδοον δὲ, τὸν ἐκ πάντων αὐτῶν συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται. Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς (49) παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ Θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ καταισχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν. Οὐδὲν δὲ οἶμαι χαλεπὸν, ἐνταῦθα γενόμενος, καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου μνησθῆναι· καὶ ὅγε τῆς αἱρέσεως πατὴρ, τῶν ὅλων οὐ νοήσας τὸν Πατέρα, τὸν καλούμενον ὕπατον, ψυχὴν (50) εἶναι τοῦ παντὸς οἴεται· τουτέστι τοῦ κόσμου τὴν ψυχὴν

A colendam. Fatcantur igitur philosophi se Persas, vel Sauromatas, vel magos magistros habuisse, a quibus didicerunt rerum principiis divinum cultum impie decernere: atque inde, Deum, qui princeps, omniumque effector, ipsorumque principiorum conditor est, ipse principii expers, ignorantes, *egena* hæc *et infirma elementa*, ut ea vocat Apostolus [21], quæ ad usum hominum ministeriumque facta sunt, coluerunt. E reliquis autem philosophis, qui elementis præteritis excelsius aliquid et præstantius indagarunt; alii quidem infinitum celebraverunt; ex quibus fuit Anaximander Milesius, et Anaxagoras Clazomenius, et Archelaus Atheniensis, qui quidem ambo infinitati Mentem præfecere. Leucippus autem Milesius et Metrodorus Chius, B ipsi quoque, ut videtur, duplex principium reliquere, plenum et inane. Quæ duo mutuatus Democritus Abderitanus, tertium adjecit simulacra. Alcmæon vero Crotoniates astra, ✠ cum ea animata esse putaret, in deos retulit (nec enim horum tacebo impudentiam), et Xenocrates Chalcedonius septem quidem deos esse planetas, octavum vero, qui ex istis omnibus constat, mundum innuit. Nec Stoicos vero prætermittam, qui cum asseverent divinum

✠ P. 58 ED. POTTER, 43-44 ED. PARIS. [21] Galat. IV, 9.

(43) *Ἀναξίμανδρος*. Conf. Diogen. Laertius. in *Anaximandro*, Plutarch., *De placitis philos.*; Euseb., *Præpar. Evang.*, lib. I, c. 8; lib. XIV, c. 14; Simplicius, in *Aristotelis Physic.*, lib. I, c. 2.

(44) *Ἀναξαγόρας*. Hunc Clemens, *Str.* II, p. 364, refert, πρῶτον ἐπιστῆναι νοῦν τοῖς πράγμασιν. Cicero, *De natura deor.*, lib. I: *Anaxagoras*, inquit, *qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici voluit.* Idem refert Laertius principio Anaxagoræ, aliique plures. Quod quo modo intelligi debeat, paulo superius explicatum est. Porro Anaxagoræ comitem dat Archelaum, quod hic illius discipulus fuerit.

(45) *Λεύκιππος*. Plutarch., lib. I *De placit. philos.*: Λεύκιππος, Δημόκριτος, Δημήτριος, Μητρόδωρος, Ἐπίκουρος τὰ μὲν ἄτομα ἄπειρα τῷ πλήθει, τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον τῷ μεγέθει. Vult nempe hos principia statuisse immensum spatium et infinitos atomos, et ex atomis in se incidentibus in isto spatio omnia fieri. Conf. Laertius in *Leucippo*.

(46) *Εἴδωλα*. Primus Democritus teste Iren. lib. II, c. 19, dixit, *multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum.* Minut. pag. 152: *Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quæ imagines fundat, et intelligentiam, Deum loquitur?* His imaginibus omnia fieri statuit. Ὁρᾶν δὲ ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, *videre nos*, ac proinde alios sensus exercere, *incidentibus in nos rerum imaginibus*; dixisse Democritum, refert Diogenes Laertius lib. IX, segm. 44. Item ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις, *somnia fieri per præsentiam imaginum*, putavit, teste Plutarcho, *De plac. philos.*, lib. V, cap. 1. Inde factum, ut Deum esse negaret. Cicero, *De nat. deorum* lib. II: *Primum igitur aut negandum est deos esse, quod et Democritus simulacra, et Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum.* Verumtamen Clemens ex hoc dogmate sequi, quod Deus sit, affirmat, *Strom.* V, pag. 590: *Democritus*, inquit, *velit nolit, per dogmatum consequentiam* Deum *confitebitur; fecit enim easdem imagines in homines incurrentes, et in animantes rationis expertes,* ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας, *a divina essentia.* Sed tamen ille per *divinam essentiam* nil aliud quam naturam intellexit. Cicero, lib. I *De natura deorum*, c. 12: C *Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus, in deorum numero refert; tam illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat; tum scientiam, intelligentiamque nostram: nonne in maximo errore versatur?*

(47) *Ἀλκμαίων*. Cicero, lib. I *De natura deor.*: *Crotoniates autem Alcmæo, qui soli, et lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea divinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare.*

(48) *Ξενοκράτης Καρχηδόνιος*. Clemens, *Strom.* V, p. 590, rursus hunc philosophum Καρχηδόνιον vocavit. Idem eum Χαλκηδόνιον appellat *Strom.* II, p. 419, et *Str.* V, p. 604, idque recte. Nam Xenocrates Chalcedonius fuisse dicitur a Strabone, Æliano, Athenæo, Diogene Laertio ac Suida. Sed facilis ac frequens est error scriptorum voces Χαλκηδόνιος et Καρχηδόνιος inter se permutantium. Proinde Eusebius verba *Strom.* V recitans, perpe- D ram habet Καρχηδόνιος· idque in nonnullos Laertii codices irrepsit: quemadmodum etiam apud Philostratum, *De vitis philosoph.*, lib. I, cap. 14, in editis et mss. cod. Thrasymachus dicitur Καρχηδόνιος, quem tamen omnes sciunt Chalcedone natum fuisse: itaque *Olearius* reposuit Χαλκηδόνιος.

(49) *Τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς*. Stoicorum sententiam similiter describunt Tatianus pag. 18; Athenagoras p. 28, 29; ipse Clemens *Strom.* I, p. 295, et *Str.* V, p. 591, quibus locis conf. quæ adnotata sunt. Putabant illi Deum esse materiale quoddam πνεῦμα aut animam mundi, quæ omnia pervadit.

(50) *Ψυχήν*. De hac sententia Aristotelis conf. Athenagoræ *Legat.* p. 28; Plutarchus, *De placit. philosoph.* lib. I, c. 7. Quod idem philosophus Dei providentiam intra lunæ orbem terminaverit, refert Clemens *Str.* V, p. 591, ad quem locum vide adnotata.

Digitized by Google

numen omnem, quantumvis vilem et abjectam, materiam pervadere, insignem sane notam dedecoris philosophiæ impresserunt. Nec vero molestum erit, ut arbitror, cum ad hunc locum pervenerim, meminisse etiam Peripateticorum. Cujus sectæ pater rerum omnium patrem ignorans, eum, qui *supremus* dicitur, animam esse universi existimat : adeoque animam hujus mundi pro Deo habens, ipse a se confoditur. Etenim manifesti erroris arguitur, qui, cum providentiam intra lunæ orbem definiat, tamen mundum esse Deum statuit; ac proinde eum, qui Dei expers est, Deum esse existimat. **20** Eresius autem ille Theophrastus, Aristotelis discipulus, modo quidem cœlum, modo vero spiritum esse Deum affirmat. Equidem Epicuri solius lubens oblivisear, qui cum Deum nihil prorsus curare existimet, per omnia quidem est impius. Quid vero Heraclides Ponticus? Ubique quidem is ad simulacra Democriti abripitur.

A Θεὸν ὑπολαμβάνων, αὐτὸς αὑτῷ περιπείρεται. Ὁ γάρ τοι μέχρι τῆς σελήνης αὐτῆς διορίζων τὴν πρόνοιαν, ἔπειτα τὸν κόσμον Θεὸν ἡγούμενος, περιτρέπεται, τὸν ἄμοιρον τοῦ Θεοῦ Θεὸν δογματίζων. Ὁ δὲ Ἐρέσιος ἐκεῖνος Θεόφραστος, ὁ Ἀριστοτέλους γνώριμος, πῆ μὲν οὐρανὸν, πῆ δὲ πνεῦμα τὸν Θεὸν ὑπονοεῖ. Ἐπικούρου μὲν γὰρ μόνου καὶ ἑκὼν ἐκλήσομαι, ὃς οὐδὲ μέλειν (51) οἴεται τῷ Θεῷ, διὰ πάντων ἀσεβῶν. Τί γὰρ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός; Οὐκ ἔσθ' ὅπη οὐκ ἐπὶ τὰ Δημοκρίτου καὶ αὐτὸς κατασύρεται εἴδωλα.

CAPUT VI.

Philosophos aliquando, ipso aspirante, verum hoc in argumento attigisse.

Ingens præterea hujusmodi turba se mihi ingerit, inauditorum dæmoniorum velut terricula quædam introducens, quæ nil aliud sunt quam absurdæ fictæque ab auctoribus fabularum imagines, et aniles nugæ. Cujusmodi sermones tantum abest ut audiri a viris permittamus, ut ne vagientes quidem, prout dici solet, pueros fabellis lenire soleamus, ne forte cum ipsis connutriamus impietatem, quam hi profitentur, qui cum vere sint rudiores infantibus, tamen sibi videntur sapientes. Quid enim, per ego te veritatem oro, eos, qui tibi crediderunt, corruptioni ac interitui gravi sane atque parum honesto, reddis obnoxios? Cur autem vitam imples simulacris, cum vel ventos, vel aerem, vel ignem, vel terram, vel lapides, vel ligna, vel ferrum, vel hunc mundum esse deos fingis; aut astrologiæ hujus vulgo jactatæ, potius quam astronomiæ ope ad cœlestia corpora tuam orationem convertens, ad homines, qui sane errant, errantia sidera deos esse mentiris? ✠ Ego vero Dominum spirituum desidero, Dominum ignis, opificem mundi, quique soli lucem suam dedit : Deum requiro, non autem opera Dei. Quem vestrum habebo disquisitionis hujus adjutorem? Platonem quidem, si tibi videatur, haud penitus repudiamus. Quibus igitur argumentis, o Plato, Deum exquiremus? *Universi enim hujus patrem et effectorem, et invenire difficile est, et cum inveneris, ut eum verbis*

B Καὶ πολύς μοι ἐπιῤῥεῖ τοιοῦτος ὄχλος, οἱονεὶ μορμώ τινα δαιμονίων παρεισάγων (52) ξένων· ἄτοπον σκιαγραφίαν μυθολόγων, ὕθλῳ γραϊκῷ· πολλοῦ γε δεῖ ἀνδράσιν ἐπιτρέπειν, ἀκροᾶσθαι τοιούτων λόγων, οἳ μηδὲ (53) τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κλαυθμυριζομένους ἐθίζομεν παρηγορεῖσθαι μυθίζοντες, ὀῤῥωδοῦντες συνανατρέφειν αὐτοῖς ἀθεότητα, τὴν πρὸς τῶν δοκησισόφων (54) δὴ τούτων καταγγελλομένην, μηδέν τι νηπίων μᾶλλον τἀληθὲς εἰδότων. Τί γὰρ, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας, τοὺς σοὶ πεπιστευκότας δεικνύεις ῥύσει καὶ φθορᾷ δεινῶς τε καὶ ἀτάκτως (55) ὑποβεβλημένους; Τί δαί μοι εἰδώλων ἀναπίμπλης τὸν βίον, ἀνέμους τε, ἢ ἀέρα, ἢ πῦρ, ἢ γῆν, ἢ λίθους, ἢ ξύλα, ἢ σίδηρον, ἢ κόσμον τόνδε, θεοὺς ἀναπλάττουσα· θεοὺς δὲ καὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς πλανήτας τοῖς ὄντως πεπλανημένοις τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς πολυθρυλλήτου ταύτης ἀστρολογίας, οὐκ ἀστρονομίας, μετεωρολογοῦσα καὶ ἀδολεσχοῦσα; τὸν Κύριον τῶν πνευμάτων ποθῶ, τὸν Κύριον τοῦ πυρὸς, τὸν κόσμου δημιουργὸν, τὸν ἡλίου (56) φωταγωγὸν Θεὸν ἐπιζητῶ, οὐ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. Τίνα δὴ λάβω παρὰ σοῦ συνεργὸν τῆς ζητήσεως; Οὐ γὰρ παντάπασιν ἀπεγνώκαμέν γε, εἰ βούλει, τὸν Πλάτωνα. Πῇ δὴ οὖν ἐξιχνευτέον τὸν Θεὸν, ὦ Πλάτων (57); *Τὸν γὰρ πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς ἅπαν ἐξειπεῖν ἀδύνατον.* Διὰ τί δῆτα; ὦ πρὸς αὐτοῦ·

✠ P. 59 ED. POTTER, 45 ED. PARIS.

(51) *Οὐδὲ μ.* Lowthius mavult οὐδέν.

(52) *Παρεισάγ.* Παρεισάγων· ξένον ἄτοπον σκ. Nov.

(53) *Οἳ μηδέ.* Οἷς μηδέ, dativo casu. SYLBURG.

(54) *Δοκησεισόφων.* Δοκησόφων Nov. Rectius δοκησισόφων, aut divise δοκήσει σοφῶν.

(55) *Δεινῶς τε καὶ ἀτάκτως.* Sic Heinsius, et post eum reliquæ editt. At Flor. Sylburg. editiones et Nov. habent δειναῖς τε καὶ ἀτάκτοις, quæ proinde vera lectio est.

(56) *Τὸν ἡλίου.* Distingue cum Nov. τὸν ἡλίου φωταγωγόν· Θεὸν ἐπιζητ., quod in versione expressum est.

(57) *Πλάτων.* Platonis locus est in *Timæo* pag. 28 tomi tertii edit. Serrani. Nec dissimile illud Hermæ Trismegisti, Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δ' ἀδύνατον, de quo quæ sit Gregorii Nazianz. epicrisis, declarat oratio 2 *Περὶ θεολογίας* pag. 198. Vide et Theodoretum lib. II *Therap.* H. SYLBURG. — Platonis locus in *Timæo*, pag. 1047 edit. Ficini, sic se habet : Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· *Opificem quidem et patrem mundi invenire difficile, et cum jam inveneris, prædicare in vulgus nefas.* E quo pro ἅπαν scribendum videtur πάντας, aut potius ἅπαντας, quod habet Nov. Clemens hæc verba rursus laudavit *Strom.* v, p. 585, ubi πάντας scripsit. Eorum priorem partem iterum recitavit *Strom.* v, pag. 592. Porro dictum hoc Socrati tribuit Justinus M., *Apol.* II, p. 27, memoriæ lapsu : non enim Socratis, sed Timæi effatum est apud Platonem. Id recitant præterea Athenagoras, *Legat.* p. 25; Tertullianus, *Apol.*, cap. 46; Cyrillus, *contra Julian.*, lib. I, p. 31; auctor *Recognit.* Clementis lib. VIII, cap. 20, p. 564; Minucius *Octavio*, p. 155.

Digitized by Google

Ῥητέος (58) γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν. Εὖγε, ὦ Πλάτων, ἐπαφᾶσαι τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ μὴ ἀποκάμῃς· ξύν μοι λαβοῦ τῆς ζητήσεως τάγαθοῦ πέρι· πᾶσι γὰρ ἀπαξαπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ λόγους ἐνδιατρίβουσιν, ἐνέσταχταί τις ἀπόῤῥοια θεῖκή· οὗ δὴ χάριν καὶ ἄκοντες μὲν ὁμολογοῦσιν ἕνα τε εἶναι Θεὸν, ἀνώλεθρον καὶ ἀγένητον (59)· τοῦτον ἄνω που περὶ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ (60) ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ οἰκείᾳ περιωπῇ ὄντως ὄντα ἀεί.

Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νοητέον;
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον,

Εὐριπίδης λέγει. Πεπλανῆσθαι γοῦν ὁ Μένανδρός μοι δοκεῖ, ἔνθα φησίν·

Ἥλιε· σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν,
Δι' ὃν θεωρεῖν ἔστι τοὺς ἄλλους θεούς.

Οὐδὲ γὰρ ἥλιος ἐπιδείξει ποτ' ἂν τὸν Θεὸν τὸν ἀληθῆ, οὐδὲ λόγος (61) ὁ ὑγιὴς, ὃς ἐστιν ἥλιος ψυχῆς, δι' οὗ μόνου ἔνδον ἀνατείλαντος ἐν τῷ βάθει τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ νοὸς αὐτοῦ καταυγάζεται τὸ ὄμμα. Ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος *τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους* φησὶν *ἀνατείναντας τὰς χεῖρας· ἐνταῦθα ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμυθεῖσθαι* (62)· *καὶ πάντα οὗτος οἶδεν, καὶ διδοῖ, καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων.* Ταύτῃ πη καὶ Πλάτων (63), διανοούμενος τὸν Θεὸν, αἰνίττεται *περὶ τὸν πάντων βασιλέα, πάντ' ἐστὶ, κἀκεῖνο* (64) *αἴτιον ἁπάντων καλῶν.* Τίς οὖν ὁ βασιλεὺς τῶν πάντων; Θεὸς, τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας τὸ μέτρον. Ὥσπερ οὖν τῷ μέτρῳ καταληπτὰ μετρούμενα, οὑτωσὶ δὲ καὶ τῷ νοῆσαι τὸν Θεὸν μετρεῖται καὶ καταλαμβάνεται ἡ ἀλήθεια. Ὁ δὲ ἱερὸς ὄντως Μωϋσῆς· *Οὐκ ἔσται,* φησὶν, *ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα ἢ μικρὸν* (65),

enunties, prorsus impossibile. Cur vero? quæso te per ipsum. *Enuntiari enim non potest.* Euge, o Plato, attigisti veritatem; tamen ne pigeat te laboris, sed una mecum suscipe boni inquisitionem. Universo enim generi humano, præcipue vero illis qui in studiis litterarum versati sunt, divina quædam semina sunt instillata; a quibus fateri vel inviti et reluctantes coguntur, quod unus sit Deus, interitus ortusque expers, qui supra nos in aliqua cœlestis planitiei regione, velut in propria specula, semper versetur.

Dic autem, qualem Deum concipere debeam:
Qui cuncta cernit, ipse se cerni vetat,

ait Euripides. Adeoque errasse mihi quidem Menander videtur, cum dixit:

Sol, nam deorum colere te primum decet,
Cujus beneficio alios spectamus deos.

τῶν ἀκάκων ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ χαίρειν ὁ Ἀπόστολος ὁμολογεῖ· καὶ δὴ ὄρον τινὰ νηπίων, ὡς εἰπεῖν, ἀποδίδωσιν, εἰπών· *Θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.* Καὶ γὰρ οὐδέ ἐστι τὸ ὄνομα *τοῦ νηπίου*, κατὰ στέρησιν ἡμῖν νοούμενον, ἐπεὶ τὸ *νὴ* στερητικὸν γραμματικῶν νομοθετοῦσι παῖδες. Εἰ γὰρ (84) ἄφρονας ἡμᾶς οἱ τῆς νηπιότητος κατατρέχοντες καλοῦσιν, ὁρᾶτε πῶς βλασφημοῦσιν ἐπὶ τὸν Κύριον, τοὺς εἰς Θεὸν καταπεφευγότας, ἄφρονας ὑπολαμβάνοντες· εἰ δὲ, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐξακουστέον, τοὺς νηπίους καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῶν ἁπλῶν ἐκδέξονται, χαίρομεν τῇ προσηγορίᾳ· νήπιαι γὰρ αἱ νέαι φρένες εἰσὶν ἐν παλαιᾷ τῇ ἀφροσύνῃ, αἱ νεωστὶ συνεταὶ, αἱ κατὰ τὴν Διαθήκην τὴν Καινὴν ἀνατείλασαι. Ἔναγχος γοῦν (85) ἔγνωσται ὁ Θεὸς κατὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν. *Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ.* Νέοι τοίνυν *ὁ λαὸς ὁ καινὸς* πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ πρεσβυτέρου λαοῦ, τὰ νέα μαθόντες ἀγαθά· καὶ ἔστιν ἡμῖν τὸ οὖθαρ τῆς ἡλικίας ἡ ἀγήρως αὕτη νεότης, ἐν ᾗ πρὸς νόησιν ἀεὶ ἀκμάζομεν, ἀεὶ νέοι, καὶ ἀεὶ ἥβιοι, καὶ ἀεὶ καινοί· χρὴ γὰρ εἶναι καινοὺς τοὺς Λόγου καινοῦ (86) μετειληφότας. Τὸ δὲ ἀϊδιότητος μετειληφὸς ἐξομοιοῦσθαι φιλεῖ τῷ ἀφθάρτῳ· ὡς εἶναι ἡμῖν τῆς παιδικῆς ἡλικίας τὴν προσηγορίαν ἔαρ παντὸς τοῦ ζῆν, διὰ τὸ (87) ἀγήρω εἶναι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλήθειαν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τὸν ἀνακεχυμένον ἡμῶν τρόπον. Σοφία δὲ ἀειθαλὴς, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ οὔ ποτε μεταβάλλουσα. *Τὰ παιδία*, φησὶν, *αὐτῶν ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται, καὶ ἐπὶ γονάτων παρακληθήσονται· ὡς εἴ τινα μήτηρ παρακαλέσει, οὕτως κἀγὼ ὑμᾶς παρακαλέσω.* Ἡ μήτηρ προσάγεται τὰ παιδία, καὶ ἡμεῖς ζητοῦμεν τὴν μητέρα τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ μὲν τοίνυν καὶ ἀσθενὲς καὶ ἁπαλὸν ἅπαν, ἅτε δι' ἀσθένειαν ᾗ βοηθείας δεόμενον, κεχαρισμένον τέ ἐστι, καὶ ἡδὺ, καὶ τερπνὸν, τοῦ θυμικοῦ ἱσταμένου (88) τοῦ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν· ὡς γὰρ οἱ πατέρες καὶ αἱ μητέρες ἥδιον ὁρῶσι τῶν μὲν ἵππων τοὺς πώλους, τῶν δὲ βοῶν τὰ μικρὰ μοσχάρια, καὶ λεόντων σκύμνον, καὶ ἐλάφου νεβρὸν, καὶ ἀνθρώπου παιδίον· οὕτω (89) καὶ τῶν ὅλων ὁ Πατὴρ τοὺς εἰς αὐτὸν (90) καταπε-

A suasioni non reluctamur, et a bonitate non difficulter colimur, bileque vacui, et malitia ac perversitate minime permisti sumus. Vetus enim *generatio perversa* est et *duro corde*. Chorus autem infantium, nos, inquam, qui sumus *novus populus*, mollis est, et delicatus ut puer. Propter innocentum autem corda, fatetur se gaudere Apostolus in Epistola ad Romanos, et quamdam, ut ita dicam, infantium definitionem tradit, dicens : *Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum* [82]. Neque enim nomen τοῦ νηπίου a nobis intelligitur per privationem, quamvis a grammaticis statuitur νή esse privativam particulam. Si qui enim infantiam insectantes, nos vocant insipientes, videte quomodo Dominum blasphemiis et maledictis impetunt, dum eos existimant insipientes, qui ad Deum confugerunt. Sin autem, quod magis quoque intelligendum est, ipsi de simplicibus infantes acceperint, gaudemus appellatione. Infantes enim sunt mentes novæ in veteri insipientia, quæ nuper evaserunt prudentes, quæ secundum Novum Testamentum exortæ sunt. Quippe cum Deus per Christi adventum nuper cognitus sit. *Deum enim nemo novit nisi Filius, et cui Filius revelaverit* [83]. Juvenes ergo *populus novus*, ut distinguantur a veteri populo, ii sunt, qui nova bona didicerunt : et est ✠ nobis uber ætatis ipsa juventus expers senii, in qua semper vigemus ad intelligentiam et mentis agitationem, semper juvenes, et semper mansueti, et semper recentes ac novi. Oportet enim novos esse, qui Novi Verbi fuerunt participes. Quod autem æternitatis est particeps, ei, quod est incorruptum, solet assimilari : ut puerilis ætatis appellatio sit nobis ver totius vitæ, propterea quod sit senii expers, quæ est in nobis veritas, et mores nostri, qui sunt veritate perfusi : Sapientia autem semper germinans, quæ semper similiter et eodem modo se habet, et nunquam mutatur : *Puelli*, inquit, *eorum super humeros tollentur, et super genua consolationem accipient; perinde ac si mater aliquem console-*

B

C

✠P. 110 ED. POTTER, 90 ED. PARIS. [82] Rom. xvi, 19. [83] Matth. xi, 27; Luc. x, 22.

Marc. viii, 38. Christiani, *novus populus*, II Cor. v, 17, et alias sæpe καινὴ κτίσις, καινὸς ἄνθρωπος, καινὴ Διαθήκη.

(84) *Εἰ γάρ.* Οἱ γάρ Bod. Reg.

(85) *Γοῦν.* Οὖν Reg. Mox, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ. Idem.

(86) *Λόγου καινοῦ.* Hoc repositum e Pal. ms. In Flor. edit. perperam est χρὴ γὰρ εἶναι καινοὺς τοὺς λόγους, καινοῦ μετειληφότας, Sylburg. Καινοῦ λόγου Bod., κοινοῦ λόγου Reg. Sed super priorem syllabam τοῦ κοινοῦ aliquis scripsit καί.

(87) *Τό.* Τοῦ, Reg.

(88) *Τοῦ θυμικοῦ ἱστ.* Paulo melius, τοῦ θυμικοῦ ἱσταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, seu εἰς βοήθειαν. Hervetus vertit, *animosa animi parte ei, quod est tantillum, auxilium ferente.* Sylburg. Nullo modo satisfaciunt in loci hujus emendatione viri eruditi. Nam quid sibi volunt illa, quæ hic afferunt? Ostendit Clemens, omne illud, quod est imbecille per ætatem, omnibus jucundum esse et gratum : iram quoque nostram, cum in tales intuemur, in auxilium converti, καὶ βοήθειαν. Scribe, Τὸ μὲν τοίνυν καὶ ἀσθενὲς καὶ ἁπαλὸν ἅπαν, ἅτε δι' ἀσθένειαν, ᾗ βοηθείας δεόμενον, κεχαρισμένον τέ ἐστι, καὶ ἡδὺ, καὶ τερπνόν· τοῦ θυμικοῦ, vel, καὶ τοῦ θυμικοῦ, μεθισταμένου τῷ τηλικῷδε εἰς βοήθειαν. Quod planum est et expeditum. Heinsius. — In margine Bod. et Reg. aliquis hæc verba sic emendavit, τοῦ Θεοῦ μὴ περιισταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, *Deo huic tantulo auxilium non detrectante.* Scribi etiam possit, τοῦ Θεοῦ περιισταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, *Deo quidem hunc tantulum auxilio circumdante.* Tum optime sequetur, quod sicut in omni animalium genere parentes liberos amore complectuntur, οὕτω καὶ τῶν ὅλων ὁ Πατὴρ τοὺς εἰς αὐτὸν καταπεφευγότας προσίεται, *sic universorum Pater eos recipit, qui ad ipsum confugiunt.* Et quidem θῦ μέν, quo modo θεοῦ μέν in mss. codd. scribi solet, per librariorum negligentiam in θυμικοῦ facile transire potuit.

(89) *Οὕτω.* Οὕτως, Bod. Reg.

(90) *Εἰς αὐτόν.* A. mavult Attice ὡς αὐτόν *ad ipsum.* Mox haud scio an νηπίους οἶδε, *infantes novit*, verius sit quam ἠπίους οἶδε. Sylburg.

Digitized by Google

tur, ita ego quoque consolabor [84]. Mater quidem ad se pueros adducit, et nos matrem 40 quærimus Ecclesiam. Quidquid itaque est imbecillum et tenerum, ut quod propter imbecillitatem auxilio egeat, gratum est, jucundum et delectabile, animosa animæ parte ei, quod est tantillum, auxilium ferente. Quemadmodum enim patres et matres lubentius vident, equorum quidem, pullos; boum vero, parvos vitulos; et leonum, leonculum; et cervi hinnulum; et hominis, puellum : ita etiam universorum Pater eos, qui ad ipsum confugiunt, recipit, et in filiorum adoptionem Spiritu regeneratos novit mansuetos, et eos solos diligit, eisque fert auxilium, et pro eis pugnat, eosque defendit : et ideo *puellum* nominat. Ego vero Isaac quoque ad puerum refero. Isaac, *risus* exponitur. Eum vidit ludentem cum uxore et auxiliatrice Rebecca rex curiosus [85]. Rex autem, cui nomen erat Abimelech, mihi ✠ videtur esse quædam supramundana sapientia, quæ ludi considerabat mysterium. Interpretantur autem Rebeccam, tolerantiam. O prudentem ludum! Risus et a tolerantia adjuvatus : et rex spectator est : gaudet vero et exsultat spiritus eorum, qui sunt puelli in Christo, qui in tolerantia vitam agunt. Et hic est divinus ludus. Talem ludum ludere suum Jovem, dicit Heraclitus. Quid enim aliud vero sapienti et perfecto magis convenit, quam ludere et collætari cum honestarum rerum tolerantia, et bonorum administratione, dies festos cum Deo cele-

A φευγότας προσίεται· καὶ ἀναγεννήσας Πνεύματι εἰς υἱοθεσίαν, ἠπίους οἶδε· καὶ φιλεῖ τούτους μόνους, καὶ βοηθεῖ καὶ ὑπερμαχεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ὀνομάζει *παιδίον*. Ἐγὼ (91) καὶ τὸν Ἰσαὰκ εἰς παῖδα ἀναφέρω· *γέλως* ἑρμηνεύεται ὁ Ἰσαάκ. Τοῦτον ἑώρακε παίζοντα (92) μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ βοηθοῦ, τῆς Ῥεβέκκας, ὁ περίεργος βασιλεύς. Βασιλεύς μοι δοκεῖ· Ἀβιμέλεχ ὄνομα αὐτῷ· σοφία τις εἶναι ὑπερκόσμιος, κατασκοποῦσα τῆς παιδείας τὸ μυστήριον· Ῥεβέκκαν (93) δὲ ἑρμηνεύουσιν ὑπομονήν. Ὦ τῆς φρονίμου παιδείας· γέλως καὶ δι' ὑπομονῆς βοηθούμενος· καὶ ἔφορος, ὁ βασιλεύς. Ἀγαλλιᾶται τὸ Πνεῦμα τῶν ἐν Χριστῷ παιδίων, ἐν ὑπομονῇ πολιτευομένων· καὶ αὕτη ἡ θεία παιδεία. Τοιαύτην τινὰ παίζειν παιδείαν τὸν ἑαυτοῦ Δία, Ἡράκλειτος λέγει. Τί γὰρ ἄλλο εὐπρεπὲς ἔργον
B σοφῷ καὶ τελείῳ, ἢ παίζειν καὶ συνευφραίνεσθαι τῇ (94) τῶν καλῶν ὑπομονῇ, καὶ τῇ διοικήσει τῶν καλῶν, συμπανηγυρίζοντα τῷ Θεῷ; ἔστι καὶ ἄλλως ὑπολαβεῖν τὸ ὑπὸ τῆς προφητείας μηνυόμενον, χαίροντας ἡμᾶς καὶ γελῶντας ἐπὶ σωτηρίᾳ, ὡς τὸν Ἰσαάκ. Ἐγέλα δὲ κἀκεῖνος τοῦ θανάτου λελυμένος (95), παίζων καὶ ἀγαλλιώμενος σὺν τῇ νύμφῃ, τῇ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν βοηθῷ, τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἥ Ὑπομονὴ ὄνομα πάγιον τέθειται· ἤτοι ἐπεὶ μόνη αὕτη εἰς τοὺς αἰῶνας μένει χαίρουσα ἀεί· ἢ (96)
C ἐξ ὑπομονῆς τῶν πιστευόντων συνέστηκεν, οἵ ἐσμεν μέλη Χριστοῦ· καὶ ἡ τῶν εἰς τέλος ὑπομεινάντων μαρτυρία, καὶ ἡ ἐπὶ τούτοις εὐχαριστία· αὕτη δέ ἐστιν ἡ μυστικὴ παιδεία (97), καὶ ἡ σὺν τῇ σεμνῇ θυμη-

✠ P. 111 ED. POTTER, 90-91 ED. PARIS.

[84] Isa. LXVI, 12, 13. [85] Gen. XXVI, 7.

(91) *Ἐγώ.* Hæc Clemens sumpsit e fine libri Philonis Judæi *De plantatione Noe*, pag. 238 : Κατὰ γοῦν τὸν ἱερώτατον Μωϋσῆν τέλος ἐστὶ σοφίας παιδιὰ καὶ γέλως, ἀλλ' οὐχ ἃ τοῖς νηπίοις ἄνευ φρονήσεως καὶ παισὶ μελετᾶται, ἀλλὰ τοῖς ἤδη πολιοῖς, οὐ χρόνῳ, ἀλλὰ καὶ βουλαῖς ἀγαθαῖς γεγονόσιν. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τὸν αὐτηκόου, καὶ αὐτομαθοῦς, καὶ αὐτουργοῦ τῆς ἐπιστήμης ἀρυσάμενον, οὐ μετέχοντα γέλωτος, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι γέλωτά φησιν; Οὗτός ἐστιν Ἰσαάκ, ὃς ἑρμηνεύεται *γέλως*, ὃν παίζειν μετὰ τῆς ὑπομονῆς, ἣν Ῥεβέκκαν Ἑβραῖοι καλοῦσιν, ἁρμόττει. Τὴν δὲ θείαν παιδιὰν τῆς ψυχῆς ἰδώτῃ μὲν οὐ θέμις ἰδεῖν, βασιλεῖ δὲ ἔξεστιν, ᾧ πάμπολυν χρόνον παρῴκησεν, εἰ καὶ μὴ πάντ' ἐνῴκησεν τὸν αἰῶνα, σοφία. Προσαγορεύεται οὗτος Ἀβιμέλεχ· ὃς διακύψας τῇ θυρίδι, τῷ διοιχθέντι καὶ φωσφόρῳ τῆς διανοίας ὄμματι, τὸν Ἰσαὰκ εἶδε παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Τί γὰρ ἄλλο ἐμπρέπει ἔργον σοφῷ ἢ τὸ παίζειν, καὶ γανοῦσθαι, καὶ συνευφραίνεσθαι τῇ τῶν καλῶν ὑπομονῇ; *Certe juxta sanctissimi Moysis opinionem sapientiæ finis lusus et risus est, non iste, quo pueri ac infantes delectantur, sed quo homines cani, qui non tam tempore, quam bonis consiliis consenuerunt. Non vides, quod illum a nemine alio quam a seipso præceptore scientiam, in qua sese exerceret, edoctum, non risibilem, sed ipsum risum dicit? Is est Isaac, qui* risus *explicatur, quem convenit ludere cum* tolerantia, *Rebecca Hebræis nominata. Divinum autem lusum animo plebeio non est fas videre, soli regi licet, cum quo diu habitavit, etiamsi non toto ævo, sapientia. Is appellatur Abimelech, qui prospiciens per fenestram, scilicet apertum et luciferum mentis oculum, vidit Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua. Quod enim aliud negotium sapientem decet, quam ludere, gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia?* Hinc præterea clarum est, per hanc totam periochen Clementis, παιδιᾶς, *lusus*, vocem semper substitui debere pro παιδείᾳ, *doctrina*.

(92) *Τοῦτον ἑώρακε παίζοντα.* Alludit ad locum Geneseos (XXVI, 7) : *Καὶ παρακύψας Ἀβιμέλεχ ὁ βασιλεὺς Γεράρων διὰ τῆς θυρίδος, εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.* Unde facile apparet, in sequentibus ubique legendum esse, παιδιᾶς, et παιδιά, non autem παιδείας. Quanquam autem Clemens lusum istum patriarchæ cum uxore, ἐς τὸ μυστικόν τι, suo more, καὶ τὸν ἀναγωγικὸν trahit sensum, recte scholiastes Græcus notat, εὐσχημόνως esse dictum. Neque enim, sicut recte quoque notat divus Augustinus, simplicem fuisse oportet lusum, sed qui aliquid a carne traheret, e quo rex cognosceret, uxorem ejus esse, quod dissimularat patriarcha. *Quid enim* (inquit ille contra Faustum) *absurdum, imo quid non convenienter futurorum prænuntiationi accommodatum, si propheta Dei carnale aliquid lusit, ut eum*
D *caperet affectus uxoris, cum ipsum Verbum Dei caro factum sit, ut habitaret in nobis?* Memento igitur, scribendum quoque esse in sequentibus, καὶ αὕτη ἡ θεία παιδιά· τοιαύτην τινὰ παίζειν παιδιὰν τὸν ἑαυτοῦ Δία, Ἡράκλειτος λέγει. HEINSIUS.

(93) *Ῥεβέκκαν.* Conf. *Str.* I, p. 284, et quæ ibi adnotata sunt.

(94) *Τῇ.* Hanc particulam, quam inseruit Sylburgius, omittunt omnes mss.

(95) *Θανάτου λελυμένος.* Mortem intelligit, quam Rebeccæ gratia Isaac sibi ab Abimelecho timebat, Gen. XXVI, 7, etc. : proinde Rebecca ei erat εἰς σωτηρίαν βοηθός, quod de Ecclesia dicit auctor, cujus typum gessisse Rebeccam putat.

(96) *Ἢ.* Disjunctivam ἢ habet etiam Pal. ms., et Hervetus interpres, sed forsan convenientius relativa ἥ, *quæ*. SYLB.

(97) *Παιδεία.* Scribe παιδιά, ut superius.

Digitized by Google

διὰ βοηθοῦσα σωτηρία. Ὁ γοῦν βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, ἄνωθεν ἡμῶν ἐπισκοπεῖ τὸν γέλωτα, καὶ διακύψας (98) τῆς θυρίδος, ὡς φησιν ἡ Γραφὴ, τὴν εὐχαριστίαν, καὶ τὴν εὐλογίαν, ἀγαλλίασίν τε καὶ εὐφροσύνην, ἔτι τε ὑπομονὴν συνεργοῦσαν (99); καὶ τὴν τούτων συμπλοκὴν, τὴν Ἐκκλησίαν ἐποπτεύει (1) τὴν ἑαυτοῦ μόνον· ἐπιδεικνὺς τὸ πρόσωπον τὸ αὐτοῦ, τὸ λεῖπον τῇ Ἐκκλησίᾳ, βασιλείῳ τελειουμένῃ κεφαλῇ. Καὶ ποῦ ἄρα ἦν ἡ θυρὶς, δι' ἧς ὁ Κύριος ἐδείκνυτο; ἡ σὰρξ, δι' ἧς πεφανέρωται. Αὐτός ἐστιν ὁ Ἰσαὰκ (καὶ γὰρ ἔστιν ἑτέρως ἐκλαβεῖν) τύπος ὃς ἐστι (2) τοῦ Κυρίου, παῖς μὲν, ὡς υἱός· καὶ γὰρ υἱὸς ἦν Ἀβραὰμ, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· ἱερεῖον δὲ, ὡς ὁ Κύριος· ἀλλ' οὐ κεκάρπωται (3) ὡς ὁ Κύριος· μόνον ἐβάστασε τὰ ξύλα τῆς ἱερουργίας ὁ Ἰσαὰκ, ὡς ὁ Κύριος τὸ ξύλον. Ἐγέλα δὲ μυστικῶς, ἐμπλῆσαι ἡμᾶς προφητεύων χαρᾶς τὸν Κύριον, τοὺς αἵματι Κυρίου ἐκ φθορᾶς λελυτρωμένους. Οὐκ ἔπαθεν (4) δὲ μόνον εἰκότως ἄρα ὁ Ἰσαὰκ, τὰ πρωτεῖα τοῦ πάθους παραχωρῶν τῷ Λόγῳ· ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυρίου τὴν θεότητα αἰνίττεται, μὴ σφαγεὶς· ἀνέστη γὰρ μετὰ τὴν κηδείαν ὁ Ἰησοῦς μὴ παθὼν (5), καθάπερ ἱερουργίας ἀφειμένος ὁ Ἰσαάκ. Μέγιστον δὲ εἰς συνηγορίαν καὶ ἄλλο παραθήσομαι τοῦ προκειμένου. Τὸν Κύριον αὐτὸν ὀνομάζει παιδίον, τοῦτο διὰ Ἡσαΐου θεσπίζον τὸ Πνεῦμα· *Ἰδοὺ* (6) *παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος.* Τί οὖν τὸ παιδίον τὸ νήπιον; οὗ κατ' εἰκόνα ἡμᾶς οἱ νήπιοι. Διὰ τοῦ αὐτοῦ (7) προφήτου διηγεῖται τὸ μέγεθος αὐτοῦ· *Θαυμαστὸς σύμβουλος* (8), *Θεὸς δυνάστης, Πατὴρ αἰώνιος, Ἄρχων εἰρήνης· τῷ πληθύνειν τὴν παιδείαν· καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.* Ὦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ (9)· ὦ τοῦ τελείου παιδίου. Υἱὸς ἐν Πατρὶ, καὶ Πατὴρ ἐν Υἱῷ. Καὶ πῶς οὐ τέλειος ἡ παιδεία τοῦ παιδίου ἐκείνου, ἡ ἐπὶ πάντας διήκει, τοὺς παῖδας ἡμᾶς παιδαγωγοῦσά, τοὺς νηπίους αὐτοῦ; οὗτος εἰς ἡμᾶς ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας, τὰς ἐναργῶς πεπιστευμένας. Τούτῳ προσμαρτυρεῖ τῷ παιδίῳ καὶ Ἰωάννης, *ὁ μείζων ἐγγεννη-*

brantem? Potest etiam aliter accipi, quod a prophetia significatur, nos scilicet lætari et ridere propter salutem, quemadmodum Isaac. Risit autem ille quoque a morte solutus, ludens et exsultans cum sponsa, quæ nostra est ad salutem auxiliatrix, scilicet Ecclesia, cui firmum ac solidum nomen impositum est, *Tolerantia*; vel quoniam ea manet in sæcula, semper gaudens; vel quod constet ex tolerantia credentium, qui sumus membra Christi, et eorum sit, qui ad finem sustinuerunt, testimonium, et quæ fit propterea gratiarum actio. Hic est ludus mysticus, et salus, quæ cum honesto solatio fert auxilium. Rex itaque Christus e superis risum nostrum speculatur, et *e fenestra*, ut dicit Scriptura, *prospiciens*[66], gratiarum actionem, et benedictionem, et exsultationem, et lætitiam, et simul etiam iis auxiliantem tolerantiam, et eorum conjunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam, quæ deerat Ecclesiæ, quæ regali capite perfecta efficitur. Ubi erat autem fenestra, per quam ostendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifestatus. Ipse est Isaac (aliter enim accipere possumus) qui est typus ac figura Domini. Puer quidem, ut filius: erat enim filius Abrahæ, quemadmodum Christus Dei; hostia autem, sicut Dominus; sed non oblatus est, ut Dominus. Ligna solum sacrificii portavit Isaac, ut lignum Dominus. Mystice autem risit, prædicens fore ut Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu et ✠ corruptione redempti sumus. Solummodo autem jure Isaac non passus est, qui primas passionis partes Verbo cesserit. Quin etiam significat Domini divinitatem, dum non fuit occisus. Surrexit enim post justa facta funeris Jesus non passus, quemadmodum Isaac dimissus est e sacrificio. Porro autem ad ejus quod propositum est defensionem, maximum quoque aliud afferam. Ipsum Dominum *puellum* nominat, id per Isaiam prædicens Spiritus: *Ecce puellus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, et voca-*

✠ P. 112 ED. POTTER, 91-92 ED. PARIS.

[66] Genes. XXVI, 8.

(98) *Διακύψας.* Παρακύψας, A. SYLBURG.

(99) *Συνεργοῦσαν.* Ἐνεργοῦσαν Reg. Sed aliquis συνεργοῦσαν in margine scripsit.

(1) *Ἐποπτεύει.* Ἐποπτεύειν Reg. Sic porro distingui debet hic locus cum Bod. τὴν Ἐκκλησίαν ἐποπτεύει τὴν ἑαυτοῦ, μόνον ἐπιδεικνὺς τὸ πρ.: *suam respicit Ecclesiam, nil aliud quam solum faciem ostendens.*

(2) *Τύπος ὃς ἐστι.* Usitatiore structura A. ὃς ἐστι τύπος. SYLBURG. Typum hunc iterum declarat, *Str.* II, p. 367.

(3) *Ἀλλ' οὐ κεκάρπωται. Sed non est oblatus.* Hesychius: Κάρπωμα, κέρδος, προσφορὰ, θυσία. Suidas, Ἁγιάσαι, καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως. Ita Levitici, IV: τὸ θυσιαστήριον τῆς καρπώσεως, *altare holocausti*, vers. 10, et v. 34: τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ὁλοκαρπώσεως. Verte igitur hic: *sed non immolatus est*, vel *mactatus, ut Dominus.* COLLECT.

(4) *Οὐκ ἔπαθ.* Sensus est, *Isaac in omnibus Dominum repræsentasse præter solam passionem, in qua ipse Christus primas habere debebat.* At Lowthius ait, « Lege, οὐκ ἔπαθεν δὲ εἰκότως ἄρα ὁ Ἰσαὰκ, οὐ μόνον τὰ πρωτεῖα τοῦ πάθ. »

(5) *Μὴ παθών. Non passus*, sc. quoad τὴν θεότητα, de qua loquitur Clemens.

(6) *Ἰδού.* Ὅτι Bibl. Græc. Dein, ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τ. ibid. Mox καλεῖται τὸ ὄνομα, ibid.

(7) *Διὰ τοῦ αὐτοῦ.* Δι' αὐτοῦ τοῦ Evang.

(8) *Θαυμαστὸς σύμβουλος. Admirabilis consiliarius.* Apud D. Hieronymum in Isaiam redditur ex Hebræo *admirabilis consiliarius*, quod efferunt LXX *magni consilii nuntius.* In Antuerpiensi editione utrumque habetur in textu Græco LXX, at in editione Procopii in Isaiam, interprete J. Curterio, LXX viris tribuitur lectio μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, altera autem θαυμαστὸς σύμβουλος Aquilæ, ut Theodotioni θαυμαστὸς βουλεύων, hic apud Clementem utrumque vides: reliqua autem partim Symmacho, partim Theodotioni, cujus est etiam illud, τῷ πληθύνειν τὴν παιδείαν, *quod multiplicet disciplinam*; sic enim vertendum est potius, quam *quod ludum multiplicet*, usque ad illud καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔσται πέρας, quod est Theodotionis et Symmachi. LXX: αὐκ ἔσται ὅριον, vel apud alios τέλος. COLLECT.

(9) *Ὦ τοῦ μ.* Locus insignis adversus Arianos.

Digitized by Google

tum est nomen ejus, magni consilii Angelus [87]. Quid est ergo puellus infans? Is, ad cujus imaginem nos infantes sumus. Per eumdem prophetam narrat ejus magnitudinem: *Admirabilis, Consiliarius, Deus potens, Pater æternus, Princeps pacis : eo quod disciplinam impleat : et pacis ejus non est finis* [88]. O magnum Deum! o perfectum puerum! Filius in Patre, et Pater in Filio. Et quomodo non est perfecta hujus pueri puerilis disciplina et institutio, quæ omnes pervadit, pædagogi ritu nos pueros instituens, qui sumus ejus infantes? Is manus in nos expandit, quæ aperte et evidenter fuere creditæ. De hoc puello fert quoque testimonium Joannes, *qui est major propheta inter natos mulierum* [89] : *Ecce Agnus Dei* [90]. Quoniam enim Scriptura pueros infantes, agnos nominat, Deum Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari volebat, vocavit Agnum Dei, Filium nempe Dei, infantem Patris.

A

τοῖς γυναικῶν προφήτης· Ἰδοὺ (10) ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ἄρνας ὀνομάζει ἡ Γραφὴ τοὺς παῖδας τοὺς νηπίους, τὸν Θεὸν τὸν Λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον γενόμενον, κατὰ πάντα ἡμῖν ἀπεικάζεσθαι βουλόμενον, ἀμνὸν κέκληκε τοῦ Θεοῦ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν νήπιον τοῦ Πατρός.

CAP. VI.

Adversus eos, qui existimant puerorum et infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam.

B

Licet autem nobis veluti ex abundanti eos aggredi, qui in reprehendendis aliis delectantur. Non enim nos pueri et infantes appellati sumus, quod sit puerilis et contemnenda nostra disciplina, ut nos calumniati sunt, qui sunt inflati scientia. Statim itaque regenerati recipimus perfectionem cujus causa festinabamus. ✠ Fuimus enim illuminati, id autem est Deum agnoscere. Non est ergo imperfectus, qui quod perfectum est, cognovit. Nec me reprehenderitis, quod fatear 41 me Deum nosse. Ipsi enim Verbo ita dicere visum est : is vero, *liber* est. Jam enim dum tingeretur Dominus, vox e cœlis testis dilecti resonuit : *Tu es Filius meus dilectus, ego hodie genui te.* Sapientes ergo hos rogemus; Christus hodie C regeneratus, jam est perfectus, vel, quod est absurdissimum, ei aliquid deest? Si posterius ita est, ut aliquid disceret, opus fuit. Jam vero Deus cum esset, nihil didicisse fuit consentaneum. Neque enim quis Verbo major fuerit. Sed neque magister est ejus, qui solus est magister. Annon ergo vel inviti fatebuntur, Verbum perfectum ex perfecto Patre natum, ex œconomica præordinatione esse perfecte regeneratum? Et si erat perfectus, cur qui erat perfectus tingebatur? Oportebat, inquiunt, implere humanam professionem. Optime. Concedo hoc enim. Simul ac ergo a Joanne tingitur, fit perfectus. Recte. Nihil ergo ab eo amplius didicit? Nequaquam. Solo autem lavacro perficitur, et Spiritus adventu sanctificatur? Ita habet. Hoc ipsum nobis D quoque evenit, quorum fuit exemplar Dominus.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας τὴν τῶν παιδίων καὶ νηπίων (11) *προσηγορίαν τὴν τῶν πρώτων μαθημάτων αἰνίττεσθαι διδαχήν.*

Ἔξεστι δὲ ἡμῖν ἐκ περιουσίας πρὸς τοὺς φιλεγκλήμονας ἐπαποδύσασθαι. Οὐ γὰρ παῖδες ἡμεῖς καὶ νήπιοι πρὸς τὸ παιδαριῶδες καὶ εὐκαταφρόνητον τῆς μαθήσεως προσηγορεύμεθα, καθὼς οἱ εἰς γνῶσιν (12) πεφυσιωμένοι διαβεβλήκασιν. Ἀναγεννηθέντες (13) γοῦν εὐθέως, τὸ τέλειον ἀπειλήφαμεν, οὗ ἕνεκεν ἐσπεύδομεν. Ἐφωτίσθημεν γάρ· τὸ δέ ἐστιν ἐπιγνῶναι τὸν (14) Θεόν. Οὔκουν ἀτελὴς ὁ ἐγνωκὼς τὸ τέλειον. Καί μου μὴ λάθησθε (15), ὁμολογοῦντος ἐγνωκέναι τὸν Θεόν· ὧδέ πως γὰρ ἔδοξεν εἰπεῖν τῷ Λόγῳ. Ὁ δὲ ἐλεύθερος (16). Αὐτίκα γοῦν βαπτιζομένῳ τῷ Κυρίῳ ἀπ' οὐρανῶν ἐπήχησε φωνὴ μάρτυς ἠγαπημένου· *Υἱός μου* (17) *εἶ σὺ ἀγαπητός, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Πυθώμεθα οὖν τῶν σοφῶν· σήμερον ἀναγεννηθεὶς ὁ Χριστός, ἤδη τέλειός ἐστιν, ἢ, ὅπερ ἀτοπώτατον, ἐλλιπής; Εἰ δὲ τοῦτο, προσμαθεῖν τι αὐτῷ δεῖ· ἀλλὰ προσμαθεῖν μὲν αὐτὸν εἰκὸς οὐδὲ ἕν, Θεὸν ὄντα (18). Οὐ γὰρ μείζων τις εἴη τοῦ Λόγου· οὐδὲ μὴν διδάσκαλος τοῦ μόνου διδασκάλου. Μή τι οὖν ὁμολογήσουσιν ἄκοντες τὸν Λόγον τέλειον ἐκ τελείου φύντα τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν οἰκονομικὴν προδιατύπωσιν ἀναγεννηθῆναι τελείως (19); Καὶ εἰ τέλειος ἦν, τί ἐβαπτίζετο ὁ τέλειος; Ἔδει, φασὶ, πληρῶσαι τὸ ἐπάγγελμα τὸ ἀνθρώπινον. Παγκάλως. Φημὶ γάρ· ἅμα τοίνυν τῷ βαπτίζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ Ἰωάννου, γίνεται τέλειος; δῆλον ὅτι. Οὐδὲν οὖν πρὸς αὐτοῦ προσέμαθεν. Οὐ γάρ· τελειοῦται δὲ τῷ λουτρῷ μόνῳ, καὶ τοῦ Πνεύματος τῇ καθόδῳ (20) ἁγιάζεται; Οὕτως ἔχει. Τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο καὶ περὶ ἡμᾶς, ὧν γέγονεν ὑπογραφὴ ὁ Κύριος.

✠ P. 113 ED POTTER, 92-93 ED. PARIS. [87] Isa. IX, 6. [88] Ibid. [89] Luc. VII, 28. [90] Joan. I, 29, 36.

(10) *Ἰδού.* Ἴδε Evang.

(11) *Τῶν παιδίων καὶ νηπίων.* Τῶν νηπίων καὶ τῶν παιδίων Reg.

(12) *Οἱ εἰς γν.* Respicit I Cor. VIII, 1: ἡ γνῶσις φυσιοῖ.

(13) *Ἀναγ.* Sic distingue: ἀναγεννηθέντες γοῦν, εὐθέως τὸ τέλειον ἀπειλήφαμεν: *cum igitur regenerati fuimus, statim perfectionem recepimus.*

(14) *Τόν.* Hunc articulum omittunt Reg., Bod.

(15) *Λάθησθε.* Sunt qui putarint λωβῆσθε legendum; sed λάθησθε in corripiendi et reprehendendi significatione hic retinere, non video quid vetet. SYLBURG.

(16) *Ἐλεύθερος.* Respicere videtur Joan. VIII, 35, 36.

(17) *Υἱός μου.* Hic Clemens memoriæ lapsu varia S. Scripturæ loca miscet et confundit, *Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα*, Luc. III, 22; Matth. III, 17; Marc. I, 11, ubi de Christi baptismo agunt. *Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*, Psal. II, 7; Act. XIII, 33; Hebr. I, 5; V, 5.

(18) *Θεὸν ὄντα.* Locus insignis de perfecta Christi divinitate.

(19) *Τελείως.* Τελέως Reg., Bod.

(20) *Καθόδῳ.* Hæc vox pro vulg. μεθόδῳ reposita est e Pal. ms. SYLBURG. Consentiunt Reg., Bod.

Digitized by Google

Βαπτιζόμενοι, φωτιζόμεθα· φωτιζόμενοι, υἱοποιούμεθα· υἱοποιούμενοι, τελειούμεθα· τελειούμενοι, ἀπαθανατιζόμεθα. Ἐγώ, φησὶν, εἶπα· *Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.* Καλεῖται (21) δὲ πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο χάρισμα, καὶ φώτισμα, καὶ τέλειον, καὶ λουτρόν· λουτρὸν μὲν, δι' οὗ τὰς ἁμαρτίας ἀποῤῥυπτόμεθα, χάρισμα δὲ, ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνεῖται· φώτισμα δὲ, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστιν δι' οὗ τὸ Θεῖον ὀξυωποῦμεν· τέλειον δὲ τὸ ἀπροσδεές φαμεν. Τί γὰρ ἔτι λείπεται τῷ Θεὸν ἐγνωκότι; Καὶ γὰρ ἄτοπον ὡς ἀληθῶς, χάρισμα κεκλῆσθαι Θεοῦ τὸ μὴ πεπληρωμένον. Τέλειος δὲ ὢν, τέλεια χαριεῖται δήπουθεν. Ὡς δὲ ἅμα τῷ κελεῦσαι αὐτὸν πάντα γίνεται· οὕτως ἕπεται τῷ χαρίσασθαι μόνον βουληθῆναι αὐτὸν πεπληρῶσθαι τὴν χάριν. Τὸ γὰρ μέλλον τοῦ χρόνου τῇ δυνάμει τοῦ θελήματος προσλαμβάνεται (22). Πρὸς δὲ καὶ ἡ τῶν κακῶν (23) ἀπαλλαγὴ σωτηρίας ἐστὶν ἀρχή. Μόνοι δὲ ἄρα οἱ πρῶτον (24) ἀρξάμενοι τῶν ὅρων τῆς ζωῆς ἤδη τέλειοι· ζῶμεν δὲ ἤδη οἱ θανάτου κεχωρισμένοι. Σωτηρία τοίνυν τὸ ἕπεσθαι Χριστῷ. *Ὃ γὰρ γέγονεν* (25) *ἐν αὐτῷ ζωή ἐστιν* (26). *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν,* φησὶν, *ὁ τῶν* (27) *λόγων μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται· ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν.* Οὕτω τὸ πιστεῦσαι μόνον καὶ ἀναγεννηθῆναι τελείωσίς ἐστιν ἐν ζωῇ· οὐ γάρ ποτε ἀσθενεῖ ὁ Θεός. Ὡς γὰρ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶ, καὶ τοῦτο κόσμος ὀνομάζεται· οὕτω καὶ τὸ βούλημα αὐτοῦ ἀνθρώπων ἐστὶ σωτηρία· καὶ τοῦτο Ἐκκλησία κέκληται. Οἶδεν οὖν οὓς κέκληκεν, οὓς σέσωκεν· κέκληκεν (28) δὲ ἅμα, καὶ σέσωκεν. *Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς,* φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *θεοδίδακτοί ἐστε.* Οὐκ ἄρα θεμιτὸν ἡμῖν ἀτελὲς τὸ ὑπ' αὐτοῦ διδασκόμενον νοεῖν· τὸ δὲ μάθημα ἀΐδιος σωτηρία ἀϊδίου Σωτῆρος· *ᾧ ἡ χάρις εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.* Καὶ ὁ μόνον ἀναγεννηθεὶς, ὥσπεο οὖν καὶ τοὔνομα ἔχει, καὶ φωτισθεὶς ἀπῄλλακται μὲν παραχρῆμα τοῦ σκότους, ἀπεῖληφε δὲ αὐτόθεν τὸ φῶς.

A Tincti, illuminamur; illuminati, in filios adoptamur; adoptati, perficimur; perfecti, immortales reddimur. *Ego,* inquit, *dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes* [91]. Multis autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus. Gratia autem, qua remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est per quam Deum perspicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. Quid enim ei desit, qui Deum novit? Est enim revera absurdum, Dei vocari gratiam, quæ non sit perfecta et undequaque plena. Nam qui est perfectus, perfecta utique largietur. Quemadmodum autem simul ac ipse jussit, fiunt omnia; B ita sequitur, ut eo quod solum gratificari voluerit, plena fuerit gratia. Quod enim futurum est temporis, id per voluntatis potentiam anticipatur. His accedit, quod liberatio a malis est initium salutis. ✠ Soli ergo, qui primum vitæ fines attigimus, jam perfecti sumus. Jam autem vivimus, qui sumus a morte separati. Christum ergo sequi, salus est. *Quod enim factum est, in ipso vita est* [92]. *Amen, amen dico vobis,* inquit, *qui sermones meos audit et credit ei qui me misit, habet vitam æternam, et in judicium non venit, sed transiit a morte ad vitam* [93]. Ita solum credidisse et generatum esse, est in vita perfectio. Nunquam est enim Deus imbecillus. Quemadmodum enim ejus voluntas est opus, et id mundus nominatur; ita etiam ejus propositum est hominum salus, et ea vocata est Ecclesia. Novit ergo C quos vocavit, quos servavit; simul autem vocavit et servavit. *Ipsi* enim *vos,* inquit Apostolus [94], *a Deo docti estis.* Nefas est ergo imperfectum judicare, quod ab ipso docetur. Quod autem ab eo discitur, est æterni Servatoris æterna salus : *cui gratia in sæcula sæculorum. Amen.* Et qui est solummodo regeneratus et illuminatus, quemadmodum ipsum nomen indicat, et protinus a tenebris

✠ P. 114 ED. POTTER, 93-94 ED. PARIS.

[91] Psal. LXXXI, 6. [92] Joan. I, 4. [93] Joan. V, 24. [94] I Thess. IV, 9.

(21) *Καλεῖται.* De variis baptismi nominibus etiam Gregorius Nazianz., Oratione in S. baptisma p. 238. H. SYLBURG.

(22) *Προσλαμβάνεται. Assumitur, acquiritur.* Sed Lowthius mavult προλαμβάνεται, *anticipatur;* quam lectionem agnoscit interpres. Quod vero solo volendi actu Deus omnia fecerit, superius dixit, *Protrept.* p. 55, ubi conf. n. D

(23) *Ἡ τῶν κακῶν.* Liberationem a malis, salutis esse initium tradit et Philo p. 104, et Basil. p. 56, 94 et 580. H. SYLBURG.

. . . . . *Sapientia prima est*
Stultitia caruisse. . . . .

(24) *Πρῶτον.* Πρῶτοι Pal. ms., Sylburg., Reg.

(25) *Ὃ γὰρ γ.* Sic distinguendum : Ὃ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωή ἐστιν· *nam quod est in ipso, vita est.* Quod sensum auctoris optime exprimere videtur. Iterum *Pædag.* lib. II, c. 9, pag. 185, 186 : Ἐγρήγορεν ἄρα πρὸς τὸν Θεὸν ὁ πεφωτισμένος· ὁ δὲ τοιοῦτος ζῇ· ὃ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. At in vulg. Novi Testamenti editionibus hodie legitur, Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, Joan. I, 3, 4. Clementis lectionem tuentur Cyrillus, Gregor. Nyssen. lib. I *adv. Eunomium,* Hilarius, Augustinus, Gregor. Nazianz., Stephani codex quidam ms., teste Cl. Millio in not. ad hunc locum : item hæretici, qui S. Spiritus θεότητα negabant, ut refert Joannes Chrysostomus in Comment. Hos fuisse Macedonianos tradit Theophylactus pag. 560, edit. Paris. Ἐν αὐτῷ ζωή, etc. *Pneumatomachi, qui Spiritum negant esse Deum, hunc particulam sic legunt, « Et sine ipso factum est nihil. » Deinde, hoc loco facto puncto, legunt quasi ab altero principio : « Quod factum est in ipso, vita erat, » et interpretantur locum juxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de Spiritu sancto evangelista disserat, dicens : « Quod factum est in ipso, » hoc est Spiritus sanctus, « vita erat. » Hæc autem dicunt Macedoniani, conantes ostendere Spiritum sanctum esse creaturam, et annumerare eum his, quæ facta sunt. Nos autem non sic, sed puncto facto postquam dixit : « Quod factum est, » a novo principio legimus,* Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν.

(26) *Ἐστιν.* Ἦν, Evang., Bod.

(27) *Ὁ τῶν.* Ὅτι ὁ τῶν, Evang.

(28) *Κέκληκεν.* Aliquis in marg. Reg. scripsit οὓς, ac si hoc loco decesset.

Digitized by Google

liberatur, et ab eo tempore lucem accipit. Quemadmodum ergo, qui somnum excusserunt, et ab eo tempore protinus intus vigilant; vel potius, quemadmodum qui oculorum suffusionem conantur amovere, non extrinsecus eis lucem suppeditant, quam non habent, sed quod oculis impedimentum afferebat depellentes, liberam efficiunt pupillam; ita etiam qui tingimur, abstersis peccatis, quæ divino Spiritui quodammodo tenebras offundebant, liberum, ab omnique impedimento vacuum, et lucidum habemus Spiritus oculum: quo quidem solo quod divinum est intuemur, cœlitus influente nobis sancto Spiritu. Hæc est æterna aciei temperatura, quæ videre potest æternam lucem; quandoquidem quod simile est, est amicum simili; quod sanctum est autem, amicum est ei, ex quo sanctum est, quod lux proprie appellatum est. *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* [95]. Hinc puto ab antiquis Græcis hominem vocatum ✠ esse φῶτα, id est *lucem*. At nondum, inquiunt, perfectum donum accepit. Ego quoque assentior; sed est in luce, et tenebræ ipsum non comprehendunt [96]. Inter lucem autem et tenebras, nihil est intermedium. In resurrectione autem credentium, finis est repositus. Is autem non est aliquid aliud adipisci, quam id, quod promissum erat prius, assequi. Non enim eodem tempore ambo simul consistere dicimus, nempe et accessum ad finem, et accessus anticipationem. Non est enim idem, ævum et tempus; sed neque idem est appetitio et finis. Non certe. Circa unum autem ambo, et unus circa ambo versatur. Est autem, ut ita dicam, appetitio, fides, quæ in tempore generatur; finis autem, promissi assecutio firma ac stabilis in sæcula. Ipse autem Dominus salutis æqualitatem

A Ὥσπερ οὖν οἱ τὸν ὕπνον ἀποσεισάμενοι εὐθέως ἔνδοθεν ἐγρηγόρασιν· μᾶλλον δὲ, καθάπερ οἱ τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν (29) κατάγειν πειρώμενοι οὐ τὸ φῶς αὐτοῖς (30) ἔξωθεν χορηγοῦσιν, ὃ οὐκ ἔχουσιν, τὸ δὲ ἐμπόδιον ταῖς ὄψεσι καταβιβάζοντες, ἐλευθέραν ἀπολείπουσι τὴν κόρην· οὕτως καὶ οἱ βαπτιζόμενοι, τὰς ἐπισκοτούσας ἁμαρτίας τῷ θείῳ Πνεύματι ἀχλύος δίκην ἀποτριψάμενοι, ἐλεύθερον καὶ ἀνεμπόδιστον καὶ φωτεινὸν ἦμμα τοῦ Πνεύματος ἴσχομεν· ᾧ δὴ μόνῳ τὸ θεῖον ἐποπτεύομεν, οὐρανόθεν ἐπεισρέοντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Κρᾶμα τοῦτο αὐγῆς ἀΐδιον, τὸ ἀΐδιον φῶς ἰδεῖν δυναμένης (31)· ἐπεὶ τὸ ὅμοιον (32) τῷ ὁμοίῳ φίλον· φίλον δὲ τὸ ἅγιον τῷ ἐξ οὗ τὸ ἅγιον· ὃ δὴ κυρίως κέκληται φῶς. *Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυ-*
B *ρίῳ.* Ἐντεῦθεν τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἠγοῦμαι κεκλῆσθαι *φῶτα*. Ἀλλ' οὐδέ πω, φασὶν, ἀπείληφε (33) τὴν τελείαν δωρεάν· σύμφημι κἀγώ· πλὴν ἐν φωτί ἐστι, καὶ τὸ σκότος (34) αὐτὸν οὐ καταλαμβάνει· φωτὸς δὲ ἀνὰ μέσον καὶ τοῦ σκότους, οὐδὲ ἕν. Ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει τῶν πιστευόντων ἀπόκειται τὸ τέλος· τὸ δὲ οὐκ ἄλλου τινός ἐστι μεταλαβεῖν, ἀλλ' ἢ τῆς προωμολογημένης ἐπαγγελίας (35) τυχεῖν. Μὴ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἅμα ἄμφω συνίστασθαί φαμεν, τήν τε πρὸς τὸ πέρας ἄφιξιν καὶ τῆς ἀφίξεως τὴν πρόληψιν· οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸν αἰὼν καὶ χρόνος· οὐδὲ μὴν ὁρμὴ καὶ τέλος, οὐκ ἔστι· περὶ ἓν δὲ ἄμφω· καὶ περὶ ἄμφω ὁ εἷς καταγίνεται. Ἔστι γοῦν, ὡς εἰπεῖν, ὁρμὴ μὲν ἡ πίστις ἐν χρόνῳ γεννωμένη· τέλος δὲ τὸ τυχεῖν τῆς ἐπαγγελίας, εἰς αἰῶνας
C βεβαιούμενον. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος σαφέστατα τῆς σωτηρίας τὴν ἰσότητα (36) ἀπεκάλυψεν, εἰπών· *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου* (37), *ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων ἐπ' αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχά-*

✠ P. 115 ED. POTTER, 94-95 ED. PARIS.

[95] Ephes. v, 8. [96] Joan. i, 5.

(29) *Τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν. Oculorum suffusionem.* C. Plinius *De re medica* 15: *Suffusiones et albugines.* Celsus lib. vi, cap. 6: *Suffusio, quam Græci* ὑπόχυσιν *nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit; sanguinem ex fronte, vel naribus mittere, in temporibus venas adurere expedit.* Definitur ab Ægineta lib. vi, cap. 21: Ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις ἐπὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα κατὰ τὴν κόρην, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν, ἢ τὸ τρανῶς ὁρᾶν. *Suffusio, pigri humoris concretio juxta pupillam in cornea membrana, quæ visum impedit, aut certe, ne oculus clare cernat, efficit.* Collect.

(30) *Αὐτοῖς.* Scribe αὐτοῖς, *sibi.*

(31) *Δυναμένης.* Malim δυναμένοις, quod habet Reg.

(32) *Τὸ ὅμοιον.* Dictum proverbiale. Hesiodus:

Αἰεὶ γὰρ τὸν ὅμοιον ἄγει Θεὸς ἐς τὸν ὅμοιον.
Semper enim similem ducit Deus ad similem.

(33) *Ἀπείληφε.* Ἐπείληφε, Reg.

(34) *Καὶ τὸ σκότος.* Respicit Joan. i, 5: *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε.*

(35) *Προωμολογημένης ἐπαγγελίας. Prius professæ promissionis;* in baptismate scilicet, ut explicat Langbainius in epist. ad *Usserium*, inter *Usserianas* num. 216. Lowth.

(36) *Τὴν ἰσότητα.* Quid? an eodem gradu omnes beati futuri sunt? Non id dicit; sed tantum, fideles omnes *æque* salvos fieri; quod negabant hæretici quidam, se solos γνωστικοὺς et πνευματικούς, cæteros vero omnes ψυχικούς appellantes. Quo pertinet, quod paulo inferius dicit, pag. 116: Οὐκ ἄρα οἱ μὲν γνωστικοὶ, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ· ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας ἴσοι καὶ πνευματικοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ. *Non ergo in eodem Verbo, alii sunt Gnostici, alii vero Psychici; sed omnes, qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales et spirituales apud Dominum.* Hi porro Valentiniani erant, quos Irenæus lib. i, cap. 11, 14, refert homines in tria genera distribuisse. 1. Horum
D primum erat ὑλικόν seu χοϊκόν, *materiale* ac *terrenum*, cui salutem penitus impossibilem esse dicebant. 2. Ψυχικόν, *animale;* in quo sunt οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες· εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι. *Qui per opera et fidem nudam firmantur, et non habent* cognitionem *perfectam; esse autem hos, nos qui sumus in Ecclesia.* 3. Πνευματικόν, *spirituale*, quod iis constat, qui τελείαν γνῶσιν, *perfectam cognitionem*, habent: unde se *Gnosticos* appellabant; et se non fide vel operibus quibusvis, sed natura salvos fieri, et præterea majori gloria, quam reliqui homines consequi possent, dignandos fore jactabant. Proinde adversus hos Clemens asserit, salutem ad omnes, qui vera fide prædili sunt, æqualiter pertinere.

(37) *Τοῦ Πατρός μου.* Τοῦ πέμψαντός με, Evang. Mox, εἰς αὐτόν pro ἐπ' αὐτόν, ibid. Dein, αὐτὸν ἐγὼ τῇ pro αὐτὸν ἐν τῇ. Ibid.

Digitized by Google

τῇ ἡμέρᾳ. Καθόσον (38) μὲν οὖν δυνατὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, δν ἐσχάτην ἡμέραν ἠνίξατο, εἰς τότε τηρούμενον ὅτε παύσηται, τελείους ἡμᾶς γενέσθαι πιστεύομεν. Πίστις γὰρ μαθήσεως τελειότης· διὰ τοῦτό φησιν· *Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν* (39), *ἔχει ζωὴν αἰώνιον*. Εἰ τοίνυν οἱ πιστεύσαντες ἔχομεν τὴν ζωήν, τί περαιτέρω τοῦ κεκτῆσθαι ζωὴν ἄϊδιον (40) ὑπολείπεται; Οὐδὲν δὲ ἐνδεῖ τῇ πίστει, τελείᾳ οὔσῃ ἐξ αὐτῆς (41) καὶ πεπληρωμένῃ. Εἰ δὲ ἐνδεῖ τι αὐτῇ, οὐκ ἔστιν ὁλοτελής· οὐδὲ πίστις ἐστὶ σκάζουσα περί τι· οὐδὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν ἀναμένει (42) τοὺς πεπιστευκότας, ἀδιακρίτως (43) ἐνταῦθα ἡρραβωνισμένους. Ἐκεῖνο (44) δὲ τὸ πιστεῦσαι ἤδη προειληφότες ἐσόμενον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπολαμβάνομεν γενόμενον· ὅπως τ' ἂν ἐκεῖνο πληρωθῇ τὸ λεχθέν· *Γενηθήτω κατὰ τὴν πίστιν σου*. Οὗ δὲ ἡ πίστις, ἐνταῦθα ἡ ἐπαγγελία· τελείωσις δὲ ἐπαγγελίας ἡ ἀνάπαυσις. Ὥστε ἡ μὲν γνῶσις ἐν τῷ φωτίσματι, τὸ δὲ πέρας τῆς γνώσεως, ἡ ἀνάπαυσις· ὃ δὴ ἔσχατον νοεῖται ὁρεκτόν. Καθάπερ οὖν τῇ πείρᾳ ἡ ἀπειρία καταλύεται, καὶ τῷ πόρῳ ἡ ἀπορία· οὕτως ἀνάγκη τῷ φωτισμῷ ἐξαφανίζεσθαι τὸ σκότος· ἡ ἄγνοια δὲ τὸ σκότος, καθ' ἣν περιπίπτομεν τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἀμβλυωποῦντες περὶ τὴν ἀλήθειαν· φωτισμὸς ἄρα ἡ γνῶσίς ἐστιν, ὁ ἐξαφανίζων τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ διορατικὸν ἐντιθείς. Ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν χειρόνων ἀποβολὴ τῶν κρειττόνων ἐστὶν ἀποκάλυψις (45). Ἃ γὰρ ἡ ἄγνοια συνέδησε (46) κακῶς, ταῦτα διὰ τῆς ἐπιγνώσεως ἀναλύεται καλῶς· τὰ δὲ δεσμὰ ταῦτα, ᾗ τάχος, ἀνίεται· πίστει μὲν ἀνθρωπίνῃ, θεϊκῇ δὲ τῇ χάριτι· ἀφιεμένων τῶν πλημμελημάτων ἐνὶ Παιωνίῳ φαρμάκῳ, Λογικῷ βαπτίσματι. Πάντα μὲν οὖν ἀπολουόμεθα τὰ ἁμαρτήματα, οὐκέτι δέ ἐσμεν παρὰ πόδας κακοί. Μία χάρις αὕτη τοῦ φωτίσματος, τὸ μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πρὶν ἢ λούσασθαι τὸν τρόπον. Ὅτι δὲ ἡ γνῶσις συνανατέλλει τῷ φωτίσματι, περιαστράπτουσα τὸν νοῦν, καὶ εὐθέως ἀκούομεν (47) μαθηταὶ οἱ ἀμαθεῖς· πότερόν ποτε τῆς μαθήσεως ἐκείνης προσγενομένης; οὐ γὰρ ἂν ἔχοις εἰπεῖν τὸν χρόνον· ἡ μὲν γὰρ κατήχησις εἰς πίστιν περιάγει, πίστις δὲ, ἅμα βαπτίσματι ἁγίῳ παιδεύεται Πνεύματι· ἐπεὶ ὅτι γε μία καθολικὴ τῆς ἀνθρωπότητος σωτηρία, ἡ πίστις, ἰσότης δὲ καὶ κοινωνία τοῦ δικαίου καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἡ αὐτὴ πρὸς πάντας, ὁ Ἀπόστολος σαφέστατα ἐξηγήσατο, ὧδέ πως εἰπών· *Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα*,

apertissime revelavit, cum dixit: *Hæc est enim voluntas Patris mei, ut omnis qui contemplatur Filium et credit in ipsum, habeat vitam æternam, et resuscitabo ipsum in novissimo die* [97]. Quatenus ergo fieri potest in hoc mundo, quem per *novissimum diem* significavit, qui eousque servatur, dum cessaverit, nos perfectos factos esse credimus. Fides enim est doctrinæ perfectio. Et ideo dicit: *Qui credidit in Filium, habet vitam æternam* [98]. Si ergo qui credidimus, habemus vitam, quid reliqui est ultra vitæ æternæ **42** possessionem? Fidei autem, cum ex se perfecta et plena sit, nihil deest. Sin autem ei aliquid deest, non est undequaque perfecta. Neque fides in ulla re claudicat; neque postquam ex hoc loco excesserint, exspectare facit eos qui crediderunt, cum absque ullo discrimine hic arrham acceperint. Sed cum illud, quod futurum est, post resurrectionem præceperimus credere, quod factum est recipimus, ut illud impleatur, quod dictum est: *Fiat secundum fidem tuam* [99]. Ubi autem fides, hic promissio; promissionis autem perfectio est requies. Quapropter cognitio ✠ quidem est in illuminatione; finis autem cognitionis, requies. Quod quidem extremum expetendum intelligitur. Quemadmodum ergo imperitia, peritia solvitur, et inventa certa via, dubitatio: ita illuminatione tenebras deleri necesse est. Tenebræ autem sunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes. Cognitio ergo est illuminatio, quæ delet ignorationem, et perspicacem videndi facultatem inserit. Quinetiam eorum, quæ sunt deteriora, rejectio, est meliorum revelatio. Quæ enim male colligavit ignoratio, ea pulchre resolvit agnitio. Hæc autem vincula quam celerrime remittuntur, humana quidem fide, divina vero gratia: cum nimirum remittuntur peccata uno medicamento Pæonio, nempe baptismo secundum Verbum. Omnia ergo peccata eluimus, et e vestigio mali non sumus amplius. Una enim est hæc gratia illuminationis, quod non sunt iidem mores, qui erant antequam lavaremur. Quoniam autem cognitio una oritur cum illuminatione, circa mentem refulgens, et qui rudes et ignari eramus, protinus vocamur discipuli: utrumne id factum est, cum aliquando adventasset disciplina? non enim poteris tempus dicere. Catechesis enim ad fidem deducit. Fides

✠ P. 116 ED. POTTER, 95 ED. PARIS.

[97] Joan. VI, 40. [98] Joan. III, 36. [99] Matth. IX, 29.

(38) *Καθόσον*. Sensus est: « Igitur quatenus fieri potest in hoc mundo, quem *novissimum diem* ideo vocavit, quod certo tempore, ad quod servatur, periturus sit, nos esse perfectos credimus. » Τηρεῖσθαι hoc modo non semel usurpatum a Petro, II Epist. II, 4, 9; III, 7.

(39) *Υἱόν*. Ἰησοῦν, Reg.

(40) *Ἄϊδιον*. Αἰώνιον, Reg., Bod.

(41) *Αὐτῆς*. Scribe αὑτῆς, *se*.

(42) *Ἀναμένει*. *Exspectare facit, differt, dilationem interponit*. Sed an hæc vox alibi isto sensu sumatur, nescio. Lowth.

(43) *Ἀδιακρίτως*. Ignatius in principio Epist. ad Romanos, *Πεπληροφορημένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, impletis gratia Dei indivisim*.

(44) *Ἐκεῖνο*. Sic scribe et distingue: Ἐκεῖνο δὲ διὰ τὸ πιστεῦσαι ἤδη προειληφότες ἐσόμενον, μετὰ τὴν ἀνάστ. Vel, Ἐκεῖνο δὲ τῷ πιστ., ut vult Lowthius. Vel, Ἐκεῖνο δὲ πιστ. Sensus est: *Futurum autem illud, quod fide jam præcepimus, post resurrectionem præsens referemus*.

(45) *Ἀποκάλυψις*. Legi possit ἀπόληψις. Gregorius Nyssen.: Ἡ τοῦ κακοῦ παῦσις ἀρχὴ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐστιν ὁρμῆς. H. Sylburg.

(46) *Συνέδησε*. Isa. LVIII, 6: *Λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*.

(47) *Καὶ εὐθέως ἀκ.* Hæc sic scribi posse videntur: Καὶ εὐθέως ἀκούομεν μαθηταὶ οἱ ἀμαθεῖς, πρό-

Digitized by Google

autem simul cum baptismo docetur a divino Spiritu. Quod enim fides una sit generalis salus humanæ naturæ, eadem sit autem justi et benigni Dei erga omnes æqualitas et communicatio, Paulus manifestissime exposuit, sic dicens : *Priusquam autem veniret fides, custodiebamur sub lege, conclusi sub fide, quæ erat revelanda. Quare lex fuit noster pædagogus in Christo, ut ex fide justificemur. Postquam autem venit fides, non sumus amplius sub pædagogo* [1]. Non auditis nos non esse amplius sub illa lege, quæ erat cum timore, sed subVerbo, qui est Pædagogus liberi arbitrii? Deinde subjunxit vocem, quæ est remota ab omni personarum acceptione: *Omnes enim filii estis per fidem Dei in Christo Jesu. Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus nec Græcus, non est servus nec liber, non est masculus et femina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu* [2]. Non ergo alii quidem sunt cognitione prædíti, alii autem animales, in eodem Verbo; sed omnes, qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales et spiritales apud Dominum. Et ✠ rursus alibi scribit : *Etenim uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi : et omnes ex uno poculo bibimus* [3]. Neque vero absurdum fuerit illorum quoque ipsorum verbis uti, qui meliorum recordationem, percolationem esse dicunt Spiritus. Percolationem autem dicunt, pejorum, quæ meliorum recordatione fit, separationem. Eum itaque, qui meliora revocavit in memoriam, necessario sequitur pœnitentia propter deteriora. Ipsum ergo Spiritum pœnitentia adductum recurrisse fatentur. Eodem modo nos quoque nostrorum peccatorum moti pœnitentia, delictis renuntiantes, baptismo percolati, ad æternam quoque lucem recurrimus, filii ad patrem. Exsultans itaque in Spiritu Jesus, *Confiteor tibi, Pater*, inquit, *Deus cœli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et intelligentibus, et revelasti ea parvulis* [4]. Infantes nos ac *parvulos* Pædagogus et magister appellans, qui sapientibus,

A *συγκλειόμενοι* (48) *εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι. Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.* Οὐκ ἀκούετε, ὅτι ὑπ' ἐκεῖνον τὸν νόμον οὐκέτι ἐσμὲν, ὃς ἦν μετὰ φόβου· ὑπὸ δὲ τὸν Λόγον, τῆς προαιρέσεως τὸν Παιδαγωγόν; Εἶτα μέντοι ἐπήγαγε τὴν ἀπάσης ἐκτὸς προσωποληψίας φωνήν· *Πάντες γὰρ υἱοί ἐστε* (49) *διὰ πίστεως Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν* (50) *ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε· οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος οὔτε Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οὐκ ἄρα (51) οἱ μὲν γνωστικοὶ, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ, ἀλλ'
B οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, ἴσοι καὶ πνευματικοὶ (52) παρὰ τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἀλλαχόθι πάλιν γράφει· *Καὶ γὰρ ἑνὶ* (53) *πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν*, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, καὶ ἐλεύθεροι· *καὶ πάντες ἑνὶ πόματι ἐπίομεν.* Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ τοῖς αὐτῶν ἐκείνων συγχρήσασθαι (54) ῥήμασιν, οἳ διυλισμὸν (55) μὲν τοῦ πνεύματος, τὴν μνήμην τῶν κρειττόνων εἶναί φασιν, διυλισμὸν δὲ νοοῦσι τὸν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων τῶν χειρόνων χωρισμόν. Ἕπεται δὲ ἐξ ἀνάγκης τῷ ὑπομνησθέντι (56) τῶν βελτιόνων ἡ μετάνοια ἡ ἐπὶ τοῖς ἥττοσιν· αὐτὸ γοῦν τὸ πνεῦμα ὁμολογοῦσι μετανοῆσαν ἀναδραμεῖν. Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μετανενοηκότες, ἀποταξάμενοι τοῖς ἐλαττώμασιν αὐτῶν, διυλιζόμενοι βαπτίσματι, καὶ (57) πρὸς τὸ ἀΐδιον ἀνατρέχομεν φῶς, οἱ παῖδες πρὸς τὸν πατέρα. Ἀγαλλιασάμενος γοῦν ἐν τῷ Πνεύματι ὁ (58) Ἰησοῦς, *Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς* (59) *τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις·* νηπίους ἡμᾶς ὁ Παιδαγωγὸς καὶ διδάσκαλος ἀποκαλῶν, τοὺς τῶν ἐν κόσμῳ σοφῶν ἐπιτηδειοτέρους εἰς σωτηρίαν· οἳ, σοφοὺς (60) σφᾶς ἡγούμενοι, τετύφωνται (61)· καὶ ἐπιβοᾶται ἀγαλλιώμενος καὶ ὑπερευφραινόμενος, οἱονεὶ συν-

C

✠ P. 117 ED. POTTER, 96 ED. PARIS.

[1] Galat. III, 23, 24, 25. [2] Ibid. 26, 27, 28. [3] 1 Cor. XII, 13. [4] Luc. X, 21.

τερόν ποτε τῆς μαθήσεως ἐκείνης προσγενομένης· οὐ γὰρ ἂν ἔχ. Scilicet πότερον mutato in πρότερον, et (quod consequens est) sublata interrogationis nota. Ut sensus sit : *Stalim etiam discipuli audimus, qui Doctrinæ expertes fuimus, illa doctrina prius aliquando accedente; nam certum tempus definiri haud potest.*

(48) *Συγκλειόμενοι.* Συγκεκλεισμένοι, Galat.

(49) *Υἱοί ἐστε.* Υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως *ἐν Χρ.*, Galat. Mox, οὐδέ bis occurrit pro οὔτε.

(50) *Εἰς Χριστόν.* Ἐν Χριστῷ, Reg. Sed aliquis in margine scripsit εἰς Χριστόν.

(51) *Οὐκ ἄρα.* Conf. quæ superius adnotata sunt, p. 115, not.

(52) *Πνευματικοί.* Πνευματικάς, Reg., Bod. In utroque porro codice juxta hunc locum plures lacunæ apparent, verbis, quæ hic occurrunt, supplendæ.

(53) *Ἑνί.* Ἐν ἑνί apud Paulum. Mox, εἴ τε ἐλεύθεροι. Ibid.

(54) *Συγχρήσασθαι.* Συγχρίσασθαι Reg.

(55) *Διυλισμόν.* Valentiniani dicebant animam ac spiritum quodammodo defæcari et percolari, D id est a vitiis ex ὕλῃ, *materia*, secundum eorum placita, ortis, purgari. Irenæus, lib. I, sub finem cap. 11 : Ἐν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διυλισμὸν αὐτῆς, *Cum in doloribus et calamitatibus anima fuerit ad percolationem suam.* Πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλίζεσθαι, *impuri spiritus cum anima complicati percolatione facta separari*, dicuntur in Clementis Epit. Theod. pag. 801, col. 1.

(56) *Ὑπομνησθέντι.* Μνησθέντι, Reg. Bod.

(57) *Καί.* Hanc particulam supplevit Sylburg. Eam mss. codd. omittunt. Et quidem recte.

(58) *Ὁ.* Hic articulus additus e Pal. ms. Sylburg. — Eumdem agnoscunt Reg. Bod.

(59) *Ὁ Θεός. Κύριε*, Luc. item Matth. XI, 25.

(60) *Σοφούς.* Rom. I, 22 : *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν.*

(61) *Τετύφωνται.* Aliqui scribunt, τετύφλωνται, *excæcati sunt.*

Digitized by Google

jungit itaque, quod populo utile futurum erat consulens : *Ipsum audietis* [a], dicens : *Et homo qui non audierit Prophetam hunc* [b], ei minatur. Tale nobis prædicit nomen salutaris Pædagogi. Propterea ei virgam adjungit prophetia, virgam disciplinæ, imperii et potestatis ; ut quibus Verbum suadendo non medetur, eis minæ medeantur. Quibus autem non medentur minæ, eis virga medebitur. Quibus vero virga non medetur, eos ignis depascit. *Egredietur*, inquit, *virga de radice Jesse* [c]. Vide Pædagogi curam, sapientiam, et potestatem. *Non secundum opinionem*, inquit, *judicabit, neque secundum loquelam arguet, sed judicabit humili judicium, et arguet peccatores terræ.* Et per David : *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me* [d]. A Domino enim castigari, et tanquam a Pædagogo erudiri, est a morte liberari. Et dicit per eumdem Prophetam : *In virga ferrea pasces eos* [e]. Hinc quoque commotus Apostolus in Epistola ad Corinthios : *Quid vultis*, inquit, *in virga veniam ad vos, an in dilectione et spiritu lenitatis* [f]? Quin etiam, *virgam* ✠ *potentiæ emittet Dominus ex Sion*, dicit per alium prophetam [g]. Pædagogica autem hæc *virga tua et baculus tuus me consolata sunt* [h], dixit aliquis alius. Hæc est Pædagogi potestas, veneranda et gravis, consolatoria, salutaris.

A φητικῶς παραχωρῶν Παιδαγωγῷ τῷ Λόγῳ, καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὴν παιδαγωγίαν προθεσπίζει, καὶ τῷ λαῷ παρατίθεται τὸν παιδαγωγὸν, ἐντολὰς ὑπακοῆς ἐγχειρίσας· *Προφήτην* (13) *ὑμῖν ἀναστήσει*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ὡς ἐμὲ ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν*· τὸν Ἰησοῦν (14) τὸν τοῦ Ναυῆ αἰνιττόμενος διὰ τὸν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱόν· σκιαγραφία γὰρ ἦν τοῦ Κυρίου τὸ ὄνομα τὸ Ἰησοῦ προκηρυσσόμενον ἐν νόμῳ. Ἐπιφέρει γοῦν, τὸ λυσιτελὲς τῷ λαῷ συμβουλεύων· *Αὐτοῦ ἀκούσεσθε*, λέγων· *Καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν* (15) *μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου τούτου*, τούτῳ ἀπειλεῖ. Τοιοῦτον ἡμῖν ὄνομα σωτηρίου προφητεύει παιδαγωγοῦ. Διὰ τοῦτο αὐτῷ ῥάβδον περιτίθησιν ἡ προφητεία, ῥάβδον παιδευτικὴν, ἀρχικὴν, κατεξουσιαστικήν· ἵν' οὗς ὁ Λόγος ὁ πειθήνιος οὐκ ἰᾶται, ἀπειλὴ B ἰάσεται· οὓς δὲ ἡ ἀπειλὴ οὐκ ἰᾶται, ἡ (16) *ῥάβδος* ἰάσεται· οὓς δὲ ἡ ῥάβδος οὐκ ἰᾶται, τὸ πῦρ ἐπινέμεται. *Ἐξελεύσεται*, φησὶ, *ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί*. Ὅρα καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Παιδαγωγοῦ· *Οὐ κατὰ τὴν δόξαν*, φησὶν, *κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ἁμαρτωλοὺς* (17) *τῆς γῆς*· καὶ διὰ Δαβὶδ· *Κύριος παιδεύων ἐπαίδευσέ με, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με.* Τὸ γὰρ ὑπὸ Κυρίου παιδευθῆναι, καὶ παιδαγωγηθῆναι, θανάτου ἐστὶν ἀπαλλαγή. Καὶ διὰ τοῦ αὐτοῦ προφήτου φησίν· *Ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ ποιμανεῖς αὐτούς.* Ταύτῃ καὶ ὁ Ἀπόστολος κινηθεὶς, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, *Τί θέλετε;* φησὶν· *ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραότητος;* ἀλλὰ καὶ, *Ῥάβδον δυνάμεως* (18) *ἐξαποστελεῖ Κύριος* (19) *ἐκ Σιὼν*, δι' ἄλλου προφήτου (20) λέγει. Ἡ δὲ παιδαγωγικὴ αὕτη *ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου παρεκάλεσάν με*, εἰπέ τις ἕτερος. Αὕτη τοῦ Παιδαγωγοῦ ἡ δύναμις ἡ σεμνὴ, ἡ παρακλητικὴ, ἡ σωτήριος.

✠ P. 135 ED. POTTER, 113 ED. PARIS. [a] Deut. XVIII, 15. [b] Ibid. 19. [c] Isa. XI, 1, 3, 4. [d] Psal. CXVII, 18. [e] Psal. II, 9. [f] I Cor. IV, 21. [g] Psal. CIX, 2. [h] Psal. XXII, 4.

(13) *Προφήτην*. *Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου.* Deuteron. Sed Lucas pro σοῦ et σοί posuit etiam ὑμῶν et ὑμῖν. Act. III, 22; VII, 37. Eodem modo Tertullianus *Adv. Marcion.* lib. IV, c. 22 : *Hunc igitur audite, quem ab initio edixerat audiendum in nomine prophetæ, quoniam et prophetes existimari habebat a populo.* « *Prophetam*, *inquit Moyses, suscitabit vobis Deus ex filiis vestris;* » *secundum carnalem scilicet censum;* « *tanquam me audieritis illum,* » etc.

(14) *Τὸν Ἰησοῦν*. *Jesum filium Nave innuens, propter Jesum Dei Filium.* Quippe, quod ille hujus typus esset. Veteres εἰς vel πρός hoc sensu usurpant. Sic Plato, αἰνίττομαι τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα· *per hoc aerem significo.* Item Æschines, αἰνιττόμενος εἰς ἐμέ. Porro Justinus M., in *Dialogo cum Tryph.* Josuæ nomine Jesum præsignificatum sæpenumero affirmat : ut p. 340. edit. Paris. : Ἰησοῦν, ὡς προέφην, πολλάκις, Αὐσῆν καλούμενον, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τοῦ Χαλὲβ κατάσκοπον εἰς τὴν Χαναὰν ἐπὶ τὴν γῆν ἀποσταλέντα, Ἰησοῦν Μωϋσῆς ἐκάλεσε. Τοῦτο σὺ οὐ ζητεῖς δι' ἣν αἰτίαν ἐποίησεν; οὐκ ἀπορεῖς, οὐδὲ φιλοπευστεῖς; τοιγαροῦν λέληθέ σε ὁ Χριστός· καὶ ἀναγινώσκων, οὐ συνίης· οὐδὲ νῦν ἀκούων, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡμῶν, συλλογίζῃ οὐκ ἀργῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐκείνῳ τεθεῖσθαι τοὔνομα· *Ausem illum, ut sæpe commemoravi, qui cum Chalebo speculator in terram Chanaan missus est, Jesum Moyses nominavit. Hoc ipsum tu quam ob causam fecerit, non quæris, non ambigis, non studio discendi percunctaris? Ilicet te fugit Christus; et legens, non intelliges; et ne nunc* C *quidem, cum audis Jesum esse nostrum Christum, tecum reputas non fortuito, vel temere illi hoc nomen esse impositum*, etc. Conf. ejusdem libri p. 338, 341, 361, 362.

(15) *Ὃς ἂν*. *Ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐκεῖνος*, Deuteron. *Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου*, Act. III, 23.

(16) *Ἡ*. Hanc particulam inseruit Sylburgius.

(17) *Ἁμαρτωλούς*. Ταπεινούς Bibl. Græc. Mox, παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, inverso verborum ordine, Bibl. Græc. ut mox etiam, ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ibid.

D (18) *Ῥάβδον δυνάμεως*. Chrysostomus homil. in psal. CIX : Ἡ ῥάβδος κολαστικὴ ἐστιν, καὶ εὐεργετικὴ, καὶ παρακλητικὴ, καὶ βασιλείας σύμβολον. Τὴν μὲν δύναμιν ἐνταῦθα ῥάβδον ἐκάλεσεν, μεθ' ἧς οἱ μαθηταὶ τὴν οἰκουμένην περιέτρεχον ἤθη διορθοῦντες, καὶ ἐξ ἀλόγου τινὸς κακίας ἐπὶ λογικὴν ἄγοντες τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. *Virga aliquando quidem castigat, et beneficio afficit, aliquando autem consolatur, et est signum regni. Virgam autem virtutem hic vocavit, cum qua discipuli orbem terræ obierunt mores corrigentes, et a quodam a ratione alieno vitio deducentes ad hominum naturam rationis compotem.* COLLECT.

(19) *Κύριος*. Σοὶ Κύριος Bibl. Græc. Mox, βακτηρία σου, αὕταί με παρεκάλ. Ibid.

(20) *Δι' ἄλλου προφήτου*. Imo διὰ τοῦ αὐτοῦ προφήτου, *per eumdem prophetam*, nempe Psalmorum auctorem ; cujus etiam est, quod Clemens ἑτέρῳ, *alii*, memoriæ lapsu mox tribuit.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Η'.

Πρὸς τοὺς ἡγουμένους μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸ δίκαιον.

Ἐνταῦθα ἐπιφύονταί τινες (21), οὐκ ἀγαθὸν εἶναι φάμενοι τὸν Κύριον διὰ τὴν ῥάβδον, καὶ τὴν ἀπειλήν, καὶ τὸν φόβον· καὶ παρακούσαντες (22) μὲν, ὡς ἔοικε, τῆς Γραφῆς ὧδέ που λεγούσης· *Καὶ ὁ φοβούμενος* (23) *Κύριον ἐπιστρέψει ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ*· ἐκλαθόμενοι δὲ τὸ μέγιστον αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας, ὅτι δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐγένετο. Καὶ δὴ οἰκειότερον αὐτῷ ὁ προφήτης προσεύχεται (24) διὰ τούτων· *Μνήσθητι ἡμῶν* (25), *ὅτι χοῦς ἐσμεν*· τουτέστι, Συμπάθησον ἡμῖν, ὅτι τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς αὐτοπαθῶς ἐπείρασας. Ταύτῃ γοῦν (26) ἄριστος καὶ ἀνεπίληπτός ἐστιν ὁ Παιδαγωγὸς ὁ Κύριος, τῇ ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας συμπαθήσας φύσει. *Ἓν γὰρ οὐδέν, ὃ μισεῖ ὁ Κύριος*· οὐ γὰρ δήπου μισεῖ μέν τι, βούλεται δὲ αὐτὸ εἶναι, ὃ μισεῖ· οὐδὲ βούλεται μέν τι μὴ εἶναι, αἴτιος δὲ γίνεται τοῦ εἶναι αὐτὸ, ὃ βούλεται μὴ εἶναι. Οὐδὲ μὴν (27) οὐ βούλεται μέν τι μὴ εἶναι, τὸ δὲ ἔστιν. Εἴ τι ἄρα μισεῖ ὁ Λόγος, βούλεται αὐτὸ μὴ εἶναι· οὐδὲν δέ ἐστιν, οὗ μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι ὁ Θεὸς παρέχεται· οὐδὲν ἄρα μισεῖται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ τοῦ Λόγου· ἓν γὰρ ἄμφω, ὁ Θεός· ὅτι εἶπεν, *Ἐν ἀρχῇ* (28) *ὁ Λόγος ἦν ἐν τῷ Θεῷ· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Εἰ δὲ οὐ μισεῖ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων οὐδὲν, λείπεται φιλεῖν αὐτό (29)· πολὺ δὴ πλέον τῶν ἄλλων ἀγαπήσει τὸν ἄνθρωπον εἰκότως, τὸ κάλλιστον τῶν ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθέντων, καὶ φιλόθεον ζῶον. Φιλάνθρωπος ἄρα ὁ Θεός· φιλάνθρωπος ἄρα ὁ Λόγος. Ὁ δὲ φιλῶν τι, ὠφελεῖν αὐτὸ βούλεται. Τὸ δὲ ὠφελοῦν τοῦ μὴ ὠφελοῦντος πάντως ἂν που κρεῖττον εἴη. Τοῦ δὲ ἀγαθοῦ κρεῖττον οὐδὲ ἕν. Ὠφελεῖ ἄρα τὸ ἀγαθόν. Ἀγαθὸς δὲ ὁ Θεὸς ὁμολογεῖται· ὠφελεῖ ἄρα ὁ Θεός. Τὸ δὲ ἀγαθὸν (30), ᾧ ἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ ἢ ὅτι ὠφελεῖ· πάντα ἄρα ὠφελεῖ ὁ Θεός. Καὶ οὐ δήπου ὠφελεῖ μέν τι τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ δὲ κήδεται αὐτοῦ· οὐδὲ κήδεται μὲν, οὐχὶ δὲ καὶ (31) ἐπιμελεῖται αὐτοῦ. Κρεῖττον μὲν γὰρ τὸ

CAP. VIII.

Adversus eos, qui existimant non esse bonum id, quod justum est.

Hic exoriuntur aliqui, qui dicunt non esse bonum Dominum, propter virgam, et minas, et timorem; et Scripturam perperam intelligentes, quæ sic dicit: *Et qui timet Dominum, convertetur ad cor suum* [a]; et obliti maxime ejus benignitatis, quod propter nos homo factus sit **50**. Atqui Propheta eum familiarius precatur per hæc verba *Memento nostri, quoniam pulvis sumus* [b]; hoc est, miserere nostri, quoniam carnis imbecillitatem, tu ipse eam passus, expertus es. Ea ergo ratione optimus, et nulli reprehensioni obnoxius Pædagogus est Dominus, qui propter insignem benignitatem et clementiam cum uniuscujusque hominis natura quasi compatitur. *Nihil enim est quod odio habet Dominus* [c]; non enim aliquid quidem odisse potest, et velle id esse quod odit. Neque vero simul vult aliquid non esse, et est causa, ut sit id, quod vult non esse. Sed neque vult quidem aliquid non esse, id vero est. Si quid ergo odio habet Verbum, id vult non esse. Nihil est autem, cujus non causam Deus, quod id sit, præbeat. Nihil ergo odio habet Deus; sed neque Verbum: utrumque enim unum est, nempe Deus. Dixit enim: *In principio erat Verbum, et Verbum erat in Deo, et Deus erat Verbum* [d]. Quod si nihil odio habet eorum, quæ ab ipso facta sunt, restat, ut id diligat. Longe autem plus, quam alia, jure hominem diligit, qui est pulcherrimum animal eorum, quæ ab ipso effecta sunt, ac Dei amore præditum. Hominem ergo diligit Deus; ergo Verbum etiam hominem ✠ diligit. Qui autem aliquid amat, ei vult prodesse. Quod autem prodest, eo, quod non prodest, utique fuerit præstantius. Præstantius autem bono nihil est. Prodest ergo, quod bonum est. Deum autem esse *bonum* [e], in confesso est. Deus ergo prodest. Bonum autem quatenus bonum est, nihil aliud facit, quam prodest. Deus ergo prodest in omnibus. Nec homini

✠ P. 136 ED. POTTER, 114 ED. PARIS. [a] Eccli. xxi, 7. [b] Psal. ciii, 14. [c] Sap. xi, 25. [d] Joann. i. 1. [e] Matth. xix, 17.

(21) *Τινές*. Nempe Marcionis discipuli: Οἱ δὲ ἕτερον Θεὸν φάσκοντες παρὰ τὸν δημιουργὸν, δίκαιον μὲν αὐτὸν θέλουσι, καὶ οὐκ ἀγαθὸν, σφόδρα ἰδιωτικῶς ἅμα καὶ ἀσεβῶς ἐνεχθέντες, ἐν τῷ χωρίζειν δικαιοσύνην ἀγαθότητος, καὶ ἀγαθότητα δίχα δικαιοσύνης· *Qui alium Deum asserentes præter mundi Creatorem, hunc quidem justum esse volunt, sed non bonum: stulte id quidem et impie, cum justitiam a bonitate separent, et a justitia bonitatem;* ut refert Origenes *Comment. in Exod.*, tom. I, p. 17. Tertullianus, *contra Marcion.* lib. I, cap. 6, illum ait, *dispares deos constituere; alterum judicem ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, et tantummodo bonum atque optimum.*

(22) *Παρακούσαντες*. Παρακούσαντας Bod.

(23) *Καὶ ὁ φ.* Καὶ ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν ἐν καρδίᾳ, Bibl. vulg. καὶ ὁ φοβούμενος Κύριον ἐπιστρέψει ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ Ms. Alex.

(24) *Ὁ προφ. προσ.* Προσεύχεται ὁ προφήτης, inverso verborum ordine, Reg., Bod.

(25) *Μνήσθητι ἡμῶν*. Μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν, Bibl. vulg; ἐμνήσθη ὅτι χ. ms. Alex.

(26) *Γοῦν*. Τοίνυν, Reg., Bod., Pal.

(27) *Οὐδὲ μήν*. Ignatius *Epist. ad Magnesios*, c. 10: Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσηται, ... οὐκ ἔτι ἐσμέν. *Si enim nos imitetur* (Deus sc. malo malum compensans), *non amplius sumus.* Clemens *Strom.* VII, pag. 740: Οὐδενὶ μὲν ἀντικεῖσθαι λέγομεν τὸν Θεὸν, οὐδὲ ἐχθρὸν εἶναί τινος· πάντων γὰρ κτίστης, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὑποστάντων, ὃ μὴ θέλει· *Deum dicimus nulli adversari, nec esse cujuspiam inimicum. Est enim Creator omnium, et nihil est ex iis quæ subsistunt, quod nolit.*

(28) *Ἐν ἀρχ.* Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, Joann.

(29) *Αὐτό.* Αὐτός, Bod. Dein, πολὺ δὲ πλ. Idem.

(30) *Τὸ δὲ ἀγαθόν*. Stoicorum more loquitur. Sextus Empiricus lib. x *adv. Mathematicos*, p. 442: Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ... ὁρίζονται τἀγαθὸν τρόπῳ τῷδε· Ἀγαθόν ἐστιν ὠφέλεια ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. *Stoici bonum hoc modo definiunt: Bonum est utilitas, aut non diversum ab utilitate.* Conf. idem *Hypotyposeon* lib. III, cap. 20; Diogenes Laertius lib. VII, seg. 94.

(31) *Καὶ*. Hæc particula abest a Pal. ms. Sylb.

Digitized by Google

quidem in aliqua re prodest, non autem ejus curam gerit. Neque curam quidem ejus gerit, non autem est etiam de eo sollicitus. Est enim præstantius, quod sua sponte prodest, quam quod non sua sponte. Deo autem nihil est præstantius. Nec est aliud sua sponte prodesse, quam esse de homine sollicitum. Deus ergo curam gerit hominis, et de eo est sollicitus. Id autem reipsa ostendit, cum Verbo eum erudiat, qui est germanus coadjutor Dei in homines benevolentiæ. Bonum autem esse dicitur, non eo quod virtutem habeat: quatenus justitia quoque bonum esse dicitur, non quod habeat virtutem, ipsa enim est virtus, sed quod ipsa ex se et per se bona sit. Dicitur etiam alio modo bonum id, quod est utile, non eo quod delectet, sed eo quod prosit. Quæ quidem omnia est justitia, quæ ut virtus, et ut per se eligenda bonum est, et ut quæ non delectet; non enim judicat ad gratiam, sed pro uniuscujusque meritis distribuit. Id autem quod est utile, sequitur id, quod prodest. Per omnes ergo respectus, quibus bonum dijudicatur, justitia quoque boni characterem suscipit, utrisque æqualia æqualiter participantibus; quæ vero ex æqualibus characterem suscipiunt, ipsa sunt inter se æqualia et similia. Bonum est ergo justitia. Quomodo ergo, inquiunt, si Dominus homines diligit et bonus est, irascitur et punit? Necesse est ergo de hoc, quam fieri poterit brevissime, disserere: est enim hæc tractatio aliqua ex parte conducibilis ad rectam puerorum eductionem, necessarii auxilii locum tenens. Multæ enim animi affectiones curantur supplicio, et præceptorum acerbiorum jussu, atque etiam per doctrinam nonnullarum speculationum. Est autem reprehensio veluti quædam chirurgia affectionum animæ. Abscessus autem veritatis affectiones, quas sectione dividentem oportet coarguere. Medicamentorum autem applicationi est similis probri insimulatio, quæ resolvit affectiones, quæ jam occalluerunt, impudicæque et libidinosæ vitæ sordes expurgat, fa-

A κατὰ γνώμην ὠφελοῦν τοῦ μὴ ὠφελοῦντος κατὰ γνώμην· τοῦ δὲ Θεοῦ κρεῖττον οὐδέν. Καὶ οὐκ ἄλλο τί ἐστι τὸ κατὰ γνώμην ὠφελεῖν, εἰ μὴ ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀνθρώπου. Κήδεται ἄρα καὶ ἐπιμελεῖται τοῦ ἀνθρώπου ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ ἐνδείκνυται ἔργῳ, παιδαγωγῶν αὐτὸν Λόγῳ, ὃς ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας συναγωνιστὴς γνήσιος. Τὸ δὲ ἀγαθὸν εἶναι (32) οὐ τῷ τὴν ἀρετὴν ἔχειν ἀγαθὸν εἶναι λέγεται· καθὸ καὶ ἡ δικαιοσύνη ἀγαθὸν εἶναι λέγεται οὐ τῷ ἀρετὴν ἔχειν, ἀρετὴ γάρ ἐστιν αὕτη, ἀλλὰ τῷ αὐτὴν καθ' αὑτὴν καὶ δι' αὑτὴν ἀγαθὴν εἶναι. Λέγεται δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἀγαθὸν τὸ συμφέρον, οὐ τῷ τέρπειν, ἀλλὰ τῷ ὠφελεῖν. Ἃ δὴ πάντα (33) ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὡς ἀρετὴ, καὶ ὡς δι' αὐτὴν αἱρετὴ, ἀγαθὸν, καὶ ὡς οὐ τέρπουσα· οὐ γὰρ πρὸς χάριν κρίνει, ἀλλὰ τοὺ

B κατ' ἀξίαν ἑκάστου ἐστὶν ἀπονεμητική. Ἕπεται δὲ τῷ συμφέροντι τὸ ὠφέλιμον. Κατὰ πάντα ἄρα τὰ μέρη, καθ' ἃ τὸ ἀγαθὸν ἐξετάζεται, καὶ ἡ δικαιοσύνη χαρακτηρίζεται, τῶν ἴσων ἐπίσης ἀμφοῖν μετεχόντων· τὰ δὲ τοῖς ἴσοις χαρακτηριζόμενα ἴσα τε ἀλλήλοις καὶ ὅμοια. Ἀγαθὸν ἄρα ἡ δικαιοσύνη. Πῶς οὖν (34), φασὶν, εἰ φιλάνθρωπός ἐστι καὶ ἀγαθὸς ὁ Κύριος, ὀργίζεται καὶ κολάζει; Ἀναγκαῖον οὖν καὶ περὶ τούτου, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχυτάτων ἐπεξελθεῖν· ἐπεὶ λυσιτελής πως ἡ τοιάδε οἰκονομία πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, ἀναγκαίου βοηθήματος ἔχουσα τάξιν. Θεραπεύεται δὲ πολλὰ τῶν παθῶν τιμωρίᾳ καὶ προστάξει αὐστηροτέρων παραγγελμάτων, καὶ δὴ καὶ διὰ τῆς ἐνίων θεωρημάτων διδασκαλίας. Ἔστι δὲ οἱονεὶ χειρουργία (35) τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν

C ὁ ἔλεγχος· ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας (36), ἃ χρὴ διελέγχειν διαιροῦντα τῇ τομῇ. Φαρμακείᾳ δὲ ἔοικεν ὁ ὀνειδισμὸς, τὰ τετυλωμένα ἀναλύων τῶν παθῶν, καὶ τὰ ῥυπαρὰ τοῦ βίου τῆς λαγνείας ἀναχαθαίρων, πρὸς δὲ καὶ τὰς ὑπερσαρκώσεις (37) τοῦ τύφου ἐξομαλίζων, εἰς τὸν ὑγιῆ καὶ ἀληθινὸν ἀνασκευάζων τὸν ἄνθρωπον. Ἡ νουθέτησις οὖν οἱονεὶ δίαιτά ἐστι νοσούσης ψυχῆς, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν (38), συμβουλευτική· καὶ ὧν οὐ χρὴ, ἀπαγορευτική· τὰ δὲ πάντα εἰς σωτηρίαν καὶ ἀΐδιον ὑγίειαν

✠ P. 137 ED. POTTER, 115 ED. PARIS.

(32) *Εἶναι.* Supervacanea est hæc vox, et fortasse e sequentibus periochis irrepsit, in quibus bis τῷ ἀγαθόν postposita est. Sensus est: « Bonum autem non dicitur esse bonum, eo quod virtutem habeat: quemadmodum etiam justitia non dicitur esse bonum, quod habeat virtutem, cum sit ipsa virtus; sed quod ipsa ex se et per se bona sit. »

(33) *Πάντα.* Post πάντα Hervetus interpres subaudit ἐστὶν: *quæ quidam omnia est justitia.* Sylb.

(34) *Πῶς οὖν.* Marcionitarum quæstio. Irenæus, lib. III, c. 42: *Rursus ut increpativum auferrent a Patre, et judiciale, indignum id Deo putantes, et sine iracundia et bonum arbitrantes se adinvenisse Deum, alterum quidem judicare, et alterum quidem salvare dixerunt, nescientes utrorumque auferentes sensum et justitiam.* Conf. Tertullianus *adv. Marcionem* lib. II, c. 11 et sq.

(35) *Χειρουργία.* Tertullianus *adv. Marcionem*, lib. II, cap. 16: *Non poterunt judici exprobrari, quæ judici accedunt, curentia et ipsa culpa, sicut et judex. Quid enim si medicum dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constrictent? quando sine instrumento artis medicus esse non possit.*

(36) *Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀλ.* Ἀπόστασις idem est quod ἀπόστημα, *suppuratio, abscessus* humorum, quos chirurgi a corpore τομῇ διαιρεῖν, *sectione abstrahere*, solent. Hinc τὰ πάθη, quæ resecare oportet, τῇ ἀποστάσει comparat. Sylburgius ait: « Ἀληθείας πάθη, si vera est scriptura, dici videntur quæ a corrupta veritate proficiscuntur vitia: ἀπειθείας ad præcedens ψυχὴ minus quadrat. » Lowthius dicit: « Quid si legatur ἀτιμίας, e Rom. I, 26. Stanlejus Comment. in Æschyli *Theb.* vers. 599: Legendum, inquit, τὰ βάθη, ad exemplum D. Joannis in Apocalypsi, qui τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ: nominat. Pindarus *Nem.* IV, φρένα βαθεῖαν vocat: et βαθύφρονα sapientem. » Porro, ut meam tandem sententiam exponam, vulgata lectio satis commode retineri posse videtur si ἀληθείας non ad τὰ πάθη, quod faciunt eruditi viri jam memorati, sed ad ἀπόστασις referamus: Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας, *sunt autem perturbationes abscessus veritatis.*

(37) Ὑπερσαρκώσεις. Ὑπὲρ σαρκώσεις, Bod.

(38) *Μεταλαμβάνειν.* Μεταλαμβάνει, Reg.

Digitized by Google

διατείνει. Ἀλλὰ καὶ ὁ στρατηγὸς, χρημάτων ζημίας, καὶ τὰς εἰς αὐτὰ τὰ σώματα διηκούσας αἰκίας (39) μετὰ δεσμῶν καὶ τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας προστρέρων τοῖς ἠδικηκόσιν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ θανάτῳ κολάζων τινὰς, τέλος ἔχει τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ νουθεσίας τῶν ὑπηκόων στρατηγῶν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας ἡμῶν ἐκεῖνος στρατηγὸς, ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν Λόγος, τοὺς παρὰ τὸν νόμον ἀφηνιάζοντας τὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς δουλείας καὶ πλάνης καὶ τῆς τοῦ ἀντικειμένου αἰχμαλωσίας, εἰς καταστολὴν τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν νουθετῶν, ἐπὶ τὴν ἱερὰν τῆς πολιτείας ὁμόνοιαν εἰρηναγωγεῖ. Καθάπερ οὖν τῷ συμβουλευτικῷ λόγῳ παράκειται τὸ προτρεπτικὸν καὶ παρακλητικὸν εἶδος, οὕτω καὶ τῷ ἐγκωμιαστικῷ τὸ λοιδορητικὸν, καὶ ὀνειδιστικὸν καὶ ἐγκωμιαστικόν (40). Τὸ δὲ εἶδος τοῦτο τέχνη ἐστὶ ψεκτική (41). Εὐνοίας δὲ τὸ φέγειν, οὐ μίσους σύμβολον. Ἄμφω μὲν γὰρ ὀνειδίζετον, καὶ ὁ φίλος καὶ ὁ μή· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς, ἐπιγελῶν, ὁ δὲ φίλος, εὐνοῶν. Οὐκ ἄρα διὰ μῖσος ὁ Κύριος τοῖς ἀνθρώποις λοιδορεῖται· οὓς καὶ ἐξὸν αὐτῷ ἀπολέσαι παρὰ τὰς ἰδίας αἰτίας, ὁ δὲ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πέπονθεν. Παιδαγωγὸς γὰρ ἅτε ἀγαθὸς, ἐντέχνως σφόδρα καὶ διὰ τῆς λοιδορίας ὑποδύεται τὸν ψόγον, οἱονεὶ μάστιγι, τῇ βλασφημίᾳ τὸ νωθρὸν τῆς διανοίας ἐπεγείρων. Πάλιν τε αὖ ἐν μέρει προτρέπειν ἐπιχειρεῖ τοὺς αὐτούς· οὓς γὰρ ὁ ἔπαινος οὐ προετρέψατο, τούτους παρώξυνεν ὁ ψόγος· καὶ οὓς ὁ ψόγος οὐκ ἐξεκαλέσατο εἰς σωτηρίαν καθάπερ νεκροὺς (42), τούτους πρὸς ἀλήθειαν ἡ βλασφημία διανίστησι. *Μάστιγες γὰρ καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας. Συγκολλῶν ὄστρακον, καὶ διδάσκων* (43) *μωρόν· εἰς αἴσθησιν ἄγων*, φησὶ, *τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀπηλπισμένον εἰς σύνεσιν ὀξύνων*· διὰ τοῦτο ἐναργῶς ἐπήγαγεν, *Ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου, ὃς τῶν ἄλλων μάλιστα θανάτῳ ἔοικεν.* Καὶ δὴ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ σαφέστατα οὕς (44) ἐκφαίνει, *τὴν πολύτροπον καὶ πολυωφελῆ θεραπείαν ἀλληγορῶν, ὀπηνίκα εἶπών, Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή· καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν.* Εἶτα ἐπήγαγε πάλιν, *Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρποφοροῦν* (45) *καθαίρει, ἵνα καρπὸν πλείω φέρῃ.* Καθυλομανεῖ (46) γὰρ μὴ κλαδευομένη ἡ ἄμπελος· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Καθαίρει δὲ αὐτοῦ τὰς ἐξυβριζούσας παραφυάδας ὁ Λόγος, ἡ μάχαιρα, καρποφορεῖν, οὐκ ἐπιθυμεῖν, τὰς ὀρέξεις ἀναγκάσας· ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπίπληξις, ἔχει σκοπὸν τὴν σωτηρίαν, μεθαρμοζομένου (47) μουσικῶς τοῦ Λόγου, κατὰ τοὺς οἰκείους ἑκάστων τρόπους· πῇ

stusque ac superbiæ tumores exæquat, sanum ac verum hominem reparans ac restituens. Jam vero admonitio est veluti quædam diæta ægrotantis animæ, quæ ea, quæ sunt sumenda, consulit, et quæ non sunt, prohibet. Hæc autem omnia tendunt ad salutem et sanitatem æternam. Quin etiam dux exercitus, cum in eos, qui maleficium admiserunt, et mulctis pecuniariis, et pœnis, quæ cum vinculis et extrema ignominia ad corpus usque pervadunt, animadvertit, et nonnullos etiam nonnunquam morte punit, finem habet id, quod bonum est, ut qui ejus imperio subsunt, duces admoneantur. Ita etiam magnus ille noster imperator, universorum dux Verbum, eos, qui suæ legi non parent, ut a servitute et errore, et ab adversarii captivitate liberentur, ut animi perturbationes coerceant admonens, ad sacram reipublicæ concordiam pacifice deducit. Quemadmodum ergo orationi suasoriæ adjunctum est genus cohortatorium et monitorium, ita etiam laudatoriæ vituperatorium et exprobratorium. Est autem hoc genus ars quædam reprehensoria. Benevolentiæ autem, non odii signum est, reprehendere. Ambo enim probrum objiciunt, et amicus et inimicus; sed inimicus quidem irridens, amicus autem bene volens. Non ergo propter odium Dominus homines vituperat, quos cum propter nostra ipsorum scelera licuisset perdere, ipse pro nobis etiam passus est. Nam tanquam bonus Pædagogus, admodum artificiose vel per maledictum ad vituperandum irrepit, maledicto tanquam flagello mentis socordiam excitans. Rursus autem eosdem vicissim conatur adhortari. Quos enim laus non movit, eos incitat vituperatio; et quos tanquam mortuos vituperatio non excitat ad salutem, eos ad veritatem expergefacit maledictum. *Flagella* enim *et disciplina in omni tempore sapientiæ. Qui testam conglutinat, et stultum docet, ad sensum*, **51** inquit, *terram ducens, et eum, qui est desperatus, acuens ad prudentiam.* Propterea aperte subjunxit: *Excitans dormientem e profundo somno*[a], qui est ex aliis rebus omnibus maxime morti similis. Porro autem ipse de se ipso apertissime exponit, multiplicem multisque modis utilem culturam allegorice significans, quando dicit: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.* Deinde rursus subjunxit: *Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit ipsum: et quidquid fructum fert, expurgat, ut amplius fructus ferat*[b]; silvescit enim

✠ P. 138 ED. POTTER, 115-116 ED. PARIS. [a] Eccli. xxii, 6-8. [b] Joan. xv, 1, 2.

(39) *Αἰκίας*. Hanc vocem legendam pro vulg. αἰτίας, vidit etiam Hervetus interpres. SYLBURG.

(40) *Καὶ ἐγκωμιαστικόν*. Commatien hoc omisit Hervetus interpres, et certe superfluum est: aut pro ἐγκωμιαστικόν reponendum ἐπιτωθαστικόν, vel simile quid. SYLBURG. Forte ἐγκωμιαστικόν in margine annotatum, postea in textum irrepsit: dein καί connexionis gratia additum est.

(41) *Ψεκτική*. Ψεκτή Reg., Bod. Sylburg. ait: « Ψεκτή Pal. ms. Hervetus interpres ψηκτική, *abstersoria*; nostrum ψεκτική satis confirmant sequentia. »

(42) *Καθάπερ νεκρούς*. Hæc verba si ad ea quæ sequuntur referantur, hunc sensum dabunt: *Et quos reprehensio non provocavit ad sa utem, eos tanquam mortuos, convitia excitant ad veritatem.*

(43) *Καὶ δ.* Ὁ ὁ. Ecclesiast.

(44) *Οὕς*. Sic A., corruptum fortass's ex abbreviato ὁ Κς, id est ὁ Κύριος, SYLBURG. Mox εἶπεν congruentius quam εἰπών. IDEM.

(45) *Καρποφοροῦν κ.* Καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ, Evang.

(46) *Καθυλομανεῖ*. Βαθυλομανεῖ Bod.

(47) *Μεθαρμοζομένου*. A. μεθαρμοσαμένου mavult, forma media. SYLBURG.

Digitized by Google

vitis, nisi putetur: ita etiam homo. Luxuriantes autem lascivientesque propagines Verbum, qui est gladius, expurgat, cogens appetitus non concupiscere, sed fructum ferre. Eorum autem, qui peccant, salutem intendit increpatio, Verbo se concinne applicante, pro propriis uniuscujusque moribus, alicubi quidem vehementi ac intenso, alicubi autem laxo ac remisso. Apertissime itaque per Moysem dictum est: *Bono estote animo: ut vos tentet, accesserit Deus; ut sit timor ejus in vobis, ut non peccetis* [a]. Hinc pulchre quoque Plato cum didicisset: *Omnibus enim*, inquit, *revera bene fit, qui dant pœnas: juvantur enim, dum eis punitis melior evadit anima.* Si qui autem corriguntur, iis a justo bene fit; et ex sententia Platonis in confesso est, bonum esse quod justum est: ipse timor prodest, et ut hominibus bono esset, inventus est; quoniam *spiritus timens Dominum, vivet. Spes enim est in eum, qui ipsos salvos facit* [b]. Hic ipse autem, Verbum inquam, qui pœnas imponit, est judex. De quo dicit etiam Isaias: *Dominus tradidit ipsum peccatis nostris* [c]; peccatorum scilicet correctorem, et directorem: et ideo solus hic potest peccata remittere, noster a Patre universorum constitutus Pædagogus, qui solus ab obedientia potest discernere inobedientiam. Qui autem minatur, aperte ostendit se nihil mali velle facere, neque ea quæ minatur exsequi; sed incusso timore impetum ad peccata reprimit, et suam in homines benevolentiam ostendit, adhuc differens, et ostendens qualia sunt passuri si peccatores permaneant; non autem, sicut serpens, statim infixus mordet. Bonus est ergo Deus. Atque ipse quidem Dominus sermone ante factum sæpe utitur: *Sagittæ*, inquit, *meæ conficient ipsos, consumpti fame et morsu avium, et nervorum ✠ in cervicem convulsio immedicabilis. Dentes belluarum immittam in ipsos, cum ira serpentium super terram. Foris filiis eos orbabit gladius, et ex promptuariis metus* [d]. Non igitur Deus irascitur, ut nonnullis visum est, sed plerumque homines cohibet, semper autem hortatur, et quæ sunt agenda indicat. Bona autem est hæc ars, terrere ne pec-

μὲν, ἐπιτεινοντος αὐτοῦ, πὴ δὲ, ἀνιέντος. Σαφέστατα οὖν διὰ Μωϋσέως λέλεκται· *Θαῤῥεῖτε, ἕνεκεν* (48) *τοῦ πειράσαι ὑμᾶς παρεγενήθη ὁ Θεός· ὅπως ἂν γένηται ὁ φόβος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε.* Ἐντεῦθεν καλῶς καὶ ὁ Πλάτων μαθὼν, *Πάντες* (49) *μὲν γὰρ*, φησὶν, *ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ πάσχουσιν οἱ δίκην διδόντες· ὠφελοῦνται γὰρ, τῷ βελτίω τὴν ψυχὴν αὐτοῖς γίνεσθαι δικαίως κολαζομένοις.* Εἰ δὲ ἀγαθὰ πάσχουσιν ὑπὸ τοῦ δικαίου οἱ ἐπανορθούμενοι, καὶ κατὰ Πλάτωνα ὁμολογεῖται ἀγαθὸν εἶναι τὸ δίκαιον (50)· αὐτὸς γοῦν ὁ φόβος ὠφελεῖ, καὶ πρὸς ἀγαθοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐξηύρηται· ὅτι *πνεῦμα φοβούμενον* (51) *Κύριον ζήσεται· ἡ γὰρ ἐλπὶς ἐπὶ τὸν σώζοντα αὐτούς.* Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος (52) Λόγος, δίκην ἐπιτιθεὶς, κριτής ἐστιν· περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας λέγει· *Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν·* διορθωτὴν δηλονότι, καὶ κατευθυντῆρα τῶν ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο μόνος οὗτος οἷός τε ἀφιέναι τὰ πλημμελήματα, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων ὁ ταχθεὶς Παιδαγωγὸς ἡμῶν, μόνος ὁ τῆς ὑπακοῆς διακρῖναι τὴν παρακοὴν δυνάμενος. Ὁ δὲ ἀπειλῶν δῆλός ἐστι μηδὲν ἐθέλων πρᾶξαι κακὸν, μηδὲ ἅπερ ἀπειλεῖ, ἐπιτελέσαι· καταστήσας δὲ εἰς δέος, τὴν ἐπὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνέκοψε φοράν· καὶ τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, μέλλων ἔτι, καὶ διασαφῶν οἷα πείσονται, εἰ παραμένουσιν ἁμαρτωλοί· οὐχὶ δὲ, ὥσπερ ὄφις ἐμφὺς, ἔδακεν εὐθέως. Ἀγαθὸς ἄρα ὁ Θεός. Καὶ ὅ γε Κύριος εἰς πολλὰ συγχρῆται πρὸς τοῦ ἔργου τῷ λόγῳ· *Τὰ γὰρ βέλη μου* (53), φησὶ, *συντελέσει αὐτούς· τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρῶσει ὀρνέων· καὶ ὀπισθότονος ἀνίατος. Ὀδόντας θηρίων ἐπαποστελῶ εἰς αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος.* Ὡς οὐκ ὀργίζεται (54) τὸ Θεῖον, ᾗ τισιν ἔδοξεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα ἀπέχεται, τὰ πάντα δὲ παρῆνεσε τὴν ἀνθρωποπότητα, καὶ ὑπέδειξεν ὡς πρακτέα. Ἀγαθὴ δὲ αὕτη ἡ τέχνη, ἐκφοβεῖν ἵνα μὴ ἁμάρτωμεν· *Φόβος γὰρ Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα· ἄφοβος δ'* (55) *οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι*, φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ τὴν κόλασιν ὁ Θεὸς οὐχ ὑπὸ ὀργῆς (56) ἐπιφέρει, ἀλλὰ τὸ δίκαιον σκοπεῖ· ὡς οὐ συμφέρει παραλειφθῆναι τὸ

✠ P. 139 ED. POTTER, 117 ED. PARIS. [a] Exod. xx, 20. [b] Eccli. xxxiv, 14, 15. [c] Isaiæ liii, 6. [d] Deut. xxxii, 23, 24, 25.

(48) *Θαῤῥεῖτε, ἕν.* Θαρσεῖτε, ἕνεκεν γὰρ τοῦ π. Exod. Mox παρεγεννήθη ὁ Θεὸς παρ' ὑμᾶς ὅπ. Sylburg.

(49) *Πάντες.* Hanc sententiam uberrime tractat et probat Socrates in *Gorgia* Platonis, pag. 525 et seq. edit. Ficini.

(50) *Τὸ δ.* Τὸν δ. Bod.

(51) *Φοβούμενον. Φοβουμένων*, Ecclesiast. Mox *ἐλπὶς αὐτῶν ἐπ.* Ibid.

(52) *Οὗτος.* Abest a Reg.

(53) *Βέλη μου.* Gr. in 1 *Pædag.*: Τὰ βέλη μου συντελέσει αὐτούς. LXX: Τὰ βέλη μου συντελέσω εἰς αὐτούς. Vulg. Latina: *Et sagittas meas complebo in eis.* Quod quidem ex Hebræo interpretantur, *extendam contra eos omnia mala.* In nova editione Romana legitur: Τὰ βέλη μου συμπολεμήσω εἰς αὐτούς. Quod vero sequitur ὀπισθότονος ἀνίατος, proprie indicat convulsionem corporis in partem posteriorem, quæ accidit ex contractione nervorum, qui vel in posteriorem, vel in anteriorem partem corpus flectere solent. Verbum Hebraicum *pestem amarissimam*, vel *exitialem morbum* significat, qui cito enecat. Collect. In Pal. ms. desunt hæc et sequentia, usque ad καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. Sylburg. Eadem absunt etiam a Reg. et Bod.

(54) *Οὐκ ὀργίζεται.* Ad hæc congruit etiam Chrysost.: Ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους οὐχ οὕτως τῇ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίᾳ, ὡς τῷ φόβῳ τῶν λυπηρῶν πρὸς ἀρετὴν ἕλκονται. H. Sylburg.

(55) Ἄφοβος δ'. In vulg. edit. Siracidæ legitur θυμὸς δ' ἄδικος· in quibusdam θυμώδης δ' ἀνήρ. Sylburg.

(56) *Οὐχ ὑπὸ ὀργῆς.* Deum absque ira punire, docet etiam Lactantius, *De ira Dei*, cap. 17; Ambrosius, lib. *De Noe*, cap. iv, et præclare Augustinus, *De civitate Dei* lib. xviii, c. 18: *Judicia Dei*, inquit, *licet occulta multa, tamen injusta nulla.* R. Sylburg.

Digitized by Google

καιον δι' ἡμᾶς. Αἱρεῖται δὲ ἕκαστος ἡμῶν τὰς τιμωρίας, αὐτὸς ἑκὼν ἁμαρτάνων· αἰτία (57) δὲ ἑλομένου· ὁ Θεὸς ἀναίτιος. *Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν* (58); μὴ γένοιτο! Λέγει γοῦν ἀπειλῶν· *Παροξυνῶ* (59) *τὴν μάχαιράν μου, καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου· καὶ αὐτὸς ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀνταποδώσω. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος· καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα ἀπὸ αἵματος τραυματιῶν.* Σαφὲς γὰρ ἐνταῦθα ὡς ἄρα οἱ μὴ διεχθρεύοντες τῇ ἀληθείᾳ, μηδὲ μισοῦντες τὸν Λόγον, οὐκ ἂν τὴν σφῶν αὐτῶν μισήσαιεν σωτηρίαν, ἐκφύγοιεν δ' ἂν τῆς ἔχθρας τὰ ἐπιτίμια. *Στέφανος ἦρα σοφίας, ἦ φησιν ἡ Σοφία, φόβος Κυρίου.* Σαφέστατα γοῦν διὰ τοῦ Ἀμὼς τοῦ προφήτου, τὴν οἰκονομίαν μεμήνυκεν ὁ Λόγος τὴν ἑαυτοῦ, *Κατέστρεψα ὑμᾶς*, λέγων, *καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός· καὶ οὐδ' ὡς* (60) *ἐπεστρέψατε πρὸς μέ*, λέγει Κύριος. Ὁρᾶτε, πῶς ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ὑπὸ φιλαγαθίας ζητεῖ· ἐνδείκνυταί τε παρὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἀπειλῆς ἡσυχῇ τὸ φιλάνθρωπον τὸ ἑαυτοῦ. *Ἀποστρέψω*, φησὶ, *τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς.* Οὗ γὰρ τὸ πρόσωπον Κυρίου ἐπιβλέπει, εἰρήνη καὶ ἀγαλλίασις· οὗ δὲ ἀπέστραπται, παρείσδυσις γίνεται πονηρίας. Οὐ βούλεται οὖν ἐφορᾶν τὰ κακά· ἀγαθὸς γάρ ἐστι· παρορῶντος δὲ αὐτοῦ ἑκόντι διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν ἀνθρωπίνην γένεσιν ἴσχει κακία. *Ἴδε οὖν*, φησὶν ὁ Παῦλος, *χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ, ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι*, τουτέστι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει. Ἕπεται δὲ τῷ ἀγαθῷ, ᾗ φύσει ἀγαθός ἐστιν, ἡ μισοπονηρία. Διὸ καὶ κολάζειν μὲν αὐτὸν ὁμολογήσαιμι τοὺς ἀπίστους· ἡ γὰρ κόλασις (61) ἐπ' ἀγαθῷ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ κολαζομένου· ἔστι γὰρ ἐπανόρθωσις ἀντιτείνοντος· τιμωρεῖσθαι δὲ, μὴ βούλεσθαι. Τιμωρία δέ ἐστιν ἀνταπόδοσις κακοῦ, ἐπὶ τὸ τοῦ τιμωροῦντος συμφέρον ἀναπεμπομένη. Οὐκ ἂν δὲ ἐπιθυμήσῃ (62) τιμωρεῖσθαι ὁ ὑπὲρ *τῶν ἐπηρεαζόντων ἡμᾶς προσεύχεσθαι* διδάσκων. Ἀλλὰ ὅτι μὲν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ ἅπαντες (63) ὁμολογοῦσιν οἱ πάντες· ὅτι δὲ καὶ δίκαιος ὁ αὐτὸς Θεὸς, οὗ μοι

A cemus : *Timor enim Domini peccata extrudit : Qui est autem sine timore, non poterit justificari*, inquit Scriptura [a]. Deus autem non ex ira irrogat supplicium, sed quod justum est, considerat; nempe quod propter nos non expediat prætermitti quod justum est. Unusquisque autem nostrum supplicium eligit, cum sponte peccat : culpa est autem ejus, qui eligit; in Deum autem culpa conferri nequit. *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid est Deus injustus, qui infert iram? Absit* [b]! Dicit itaque minans : *Acuam gladium meum, et apprehendet judicium manus mea, et ipse retribuam jus inimicis, et iis, qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus comedet carnes a*
B *sanguine vulneratorum* [c]. Hic ergo apertum est, quod qui non sunt inimici veritati, neque Verbum oderunt, illi suam ipsorum salutem odio non habuerint, sed inimicitiarum pœnas effugerint. *Corona itaque sapientiæ*, inquit Sapientia, *timor Domini* [d]. Apertissime autem per Amos prophetam sui consilii rationem Verbum significavit : *Everti vos*, dicens, *sicut Deus evertit Sodomam et Gomorrham, et fuistis sicut torris extractus ab igne : et ne sic quidem ad me conversi estis, dicit Dominus* [e]. Videte quomodo Deus propter suam bonitatem requirit pœnitentiam : et in ipsa minarum intentione tacite ostendit suam in homines benevolentiam : *Avertam*, inquit, *faciem meam ab ipsis, et ostendam quid erit*
C *ipsis* [f]. Ubi enim Domini facies respicit, illic est pax et exsultatio. Ubi autem faciem avertit, ingreditur vitium. Non vult ergo mala intueri : bonus enim est; sed cum ipse oculos avertit, sua sponte propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. ✠ *Vide, ergo*, inquit Paulus [g], *bonitatem et severitatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate*, hoc est fide in Christum. Eum autem, qui bonus est, quatenus natura bonus est, sequitur odium vitii. Et ideo fatebor quidem eum castigare infideles (castigatio enim est bono et utilitati ejus, qui castigatur; est enim ejus, qui resistit, correctio), ulcisci autem non velle. Est autem ultio, retributio mali quod immittitur, ad utilitatem ejus, qui ulciscitur. Ulcisci

✠ P. 140 ED. POTTER, 118 ED. PARIS. [a] Eccli. 1, 27, 28. [b] Rom. III, 5, 6. [c] Deut. XXXII, 41, 42. [d] Eccles. 1, 22. [e] Amos IV, 11. [f] Deut. XXXII, 20. [g] Rom. XI, 22.

(57) *Αἰτία.* Hanc gnomen respicit iterum Clemens *Strom.* I, pag. 271, 311, *Strom.* II, p. 395; *Strom.* IV, p 535; *Strom.* V, p. 615; *Strom.* VII, p. 705, 711. *Clemens* n. homil. 15, c. 8 : Καὶ γάρ εἴρηταί τινι Ἑλλήνων σοφῷ· Αἰτία ἑλομένων, Θεὸς ἀναίτιος. *Etenim dictum est a quodam inter Græcos sapiente : Culpa eligentium est, Deus culpa vacat.* Pari modo apud Lucianum *De mercede conductis*, in fine : Μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς Θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δ' ἑλομένου. Et ut cujusdam veterum profertur in falsi Origenis Commentario ad *Job.* XXXVIII, 7. Justin. M., *Apol.* I, p. 86, edit. Oxon. e Platone recitat : Ὥστε καὶ Πλάτων εἰπὼν, Αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος. Quæ verba exstant in Platonis *De repub.* lib. X, paulo ante finem. Conf. Theodoretus, Serm. 6. *De curandis Græcorum affect.*; Eusebius, *Præparat. evang.* lib. V; *Adversus*
D *Hieroclem*, p. 542, 544; Gregorius Nazianz., *Contra Julianum* Invectiv. 1.

(58) *Ὀργήν. Κατ' ἄνθρωπον λέγω* addit Paulus.

(59) *Παροξυνῶ.* Παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μ. Bibl. Græc. Mox, καὶ ἀποδώσω δίκ. Dein, μισοῦσίν με ἀντ. Mox, κρέα ἀφ' αἵματ. Ibid.

(60) *Ὡς.* Οὕτως. Bibl. Græc.

(61) *Ἡ γὰρ κόλασις.* Perimus enim, si pereamus. Cyprianus epist. 4, l. IV; Ambrosius in *psal.* CXVIII, serm. 9. R. Sylburg.

(62) *Ἐπιθυμήσῃ.* Cum potentiali ἂν magis congruit ἐπιθυμήσαι, vel Atticum ἐπιθυμήσειε. Id.

(63) *Καὶ ἅπαντες.* Pro ἅπαντες rectius cum C. legimus ἄκοντες, *inviti*. Alioqui pro ea legi posset etiam μόνοι καὶ ὄντες, ut paulo post. Id.

Digitized by Google

autem non desideraverit, qui pro iis, *qui nos calumniantur*, nos *orare* docuit [a]. Atqui quod bonus sit Deus, omnes confitentur. Quod autem idem quoque Deus **52** justus sit, non est mihi plurimis verbis opus, si evangelicam Domini vocem adduxero. Unum quidem ipsum dicit : *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint : ut etiam mundus credat, quod tu me miseris. Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut unum sint, sicut nos unum sumus : ego in ipsis, et tu in me, ut sint perfecti in unum* [b]. Unum autem est Deus, et ultra unum, et supra ipsam unitatem. Et ideo particula illa, *Tu*, demonstrativam habens emphasim, cum, qui vere solus est, qui fuit, et est, et erit, Deum ostendit. In quibus tribus temporibus ponitur unum nomen, nempe *Qui est* [c]. Quod autem is ipse, qui solus Deus est, ipse quoque solus et vere justus sit, in ipso testabitur Dominus Evangelio, dicens : *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, illi quoque mecum sint, ut contemplentur gloriam meam quam dedisti mihi, quod dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, et mundus te non cognovit; ego autem te cognovi, et illi cognoverunt, quod tu me miseris, et notum eis feci nomen tuum, et notum faciam* [d]. Hic est qui *reddit peccata patrum in filios iis qui oderunt, et faciens misericordiam iis qui diligunt* [e]. Qui enim hos quidem statuit *à dextris* [f], illos vero *a sinistris*, quatenus quidem Pater, cum sit bonus, mente concipitur, id solum quod est, *bonus* [g], appellatus est : quatenus vero Filius, cum sit Verbum ejus, in Patre est, justus appellatur ex mutua, quæ est inter se, relatione, ut sit dilectionis æqualitate dimensum nomen potentiæ : *Virum*, inquit, *secundum opera sua judicabit* [h], Deo bono statere nobis justitiæ faciem, Jesum, notum faciente; ✠ per quem etiam, tanquam ex æquali trutina, Deum cognovimus. De eo quoque aperte dicit Sapientia : *Misericordia enim et ira cum ipso. Dominus enim his utrisque solus est potens, iram effundens ad propitiationem ex magna sua misericordia. Ita etiam ejus*

A χρὴ πλειόνων ἔτι λόγων, τὴν Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου παραθεμένῳ φωνήν (64). Ἕνα μὲν αὐτὸν λέγει, *Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα καὶ* (65) *ὁ κόσμος πιστεύῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.* Ἓν δὲ ὁ Θεὸς, καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. Διὸ καὶ τὸ *Σὺ* μόριον, δεικτικὴν ἔχον ἔμφασιν, τὸν ὄντως μόνον ὄντα, ὃς ἦν (66), καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, δείκνυσι Θεόν· καθ' ὧν τριῶν χρόνων ἓν ὄνομα κεῖται, *ὁ ὤν*. Ὅτι δὲ ὁ αὐτὸς μόνος ὢν Θεὸς καὶ δίκαιός ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ μόνος, καὶ ὄντως, ἐν τῷ αὐτῷ μαρτυρήσει Κύριος Εὐαγγελίῳ, λέγων· *Πάτερ, οὓς ἔδωκάς* (67) *μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι· ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. Πάτερ δίκαιε· καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω· ἐγὼ δέ σε ἔγνων, κἀκεῖνοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω.* Οὗτός ἐστιν *ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα τοῖς μισοῦσι, καὶ ποιῶν ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσιν.* Ὁ γὰρ ἱστὰς τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων, καθὸ μὲν Πατὴρ νοεῖται, ἀγαθὸς ὤν, αὐτὸ μόνον ὅ ἐστι κέκληται ἀγαθός (68)· καθὸ δὲ Υἱὸς, ὢν ὁ Λόγος αὐτοῦ, ἐν τῷ Πατρί ἐστι, δίκαιος προσαγορεύεται, ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως· ἀγάπης ἰσότητι μεμετρημένον ὄνομα δυνάμεως· *Ἀνδρα*, φησὶ, *κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρινεῖ* (69)· ἀγαθοῦ ζυγοῦ πρόσωπον ἡμῖν δικαιοσύνης, τὸν Ἰησοῦν, γνωρίσαντος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ τὸν Θεὸν, οἷον ἐκ τρυτάνης (70) ἰσοσθενοῦς, ἔγνωμεν. Ἐπὶ τούτου καὶ ἡ Σοφία διαῤῥήδην λέγει· *Ἔλεος γὰρ* (71) *καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ. Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος δυνάστης, εὐῖλασμον ἐκχέων ὀργὴν κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ·* ἐλέους γὰρ καὶ ἐλέγχου σκοπὸς ἡ τῶν ἐλεγχομένων σωτηρία. Ναὶ μὴν ὅτι ἀγαθὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ αὐτὸς πάλιν ὁμολογήσει Λόγος, *Ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχα-*

B

C

✠ P. 141 ED. POTTER, 119 ED. PARIS. [a] Matth. v, 44. [b] Joan. xvii, 21, 22, 23. [c] Exod. iii, 14. [d] Joan. xvii, 24, 25, 26. [e] Exod. xx, 5, 6. [f] Matth. xx, 21 ; xxv, 33. [g] Matth. xix, 17. [h] Eccli. xvi, 13.

(64) *Εὐαγγέλιον... φωνήν.* Theophilus ad *Autolyc.* lib. III, p. 126, edit. Paris.: Ἡ δὲ εὐαγγέλιος φωνὴ ἐπιτατικώτερον διδάσκει. *Vox Evangelica vehementius docet.*

(65) *Καὶ.* Abest a Joan. Mox, καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκας. Ibid. Dein, ἡμᾶς ἐσμέν, Ibid.

(66) *Ὃς ἦν.* Apoc. xi, 17 : *Ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.*

(67) *Ἔδωκας.* Δέδωκας Joan. — Mox, καὶ οὗτοι pro κἀκεῖνοι ibid.

(68) *Ἀγαθός.* Lowthius mavult ἀγαθόν.

(69) *Κρινεῖ. Κρίνει*, Ecclesiast.

(70) *Τρυτάνης.* Hæc explicat Clemens sub finem cap. 9 hujus libri : Καὶ πρῶτος οὗτος τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀγαθὴν κατήγγειλε δικαιοσύνην· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, λέγων, οὐδὲ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός. Αὕτη ἡ ἀντιταλαντεύουσα γνῶσις ἐπίσης δικαιοσύνης ἀρχαίας σύμβολον. *Isque primus e cœlis bonam annuntiavit justitiam, cum diceret :* « *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem, nisi Filius.* » *Hæc reciproca et ex æquo ponderans cognitio primævæ justitiæ symbolum.* Conf. Joan. xii, 45 ; xiv, 9.

(71) *Ἔλεος γάρ.* Hæc sic scribe et distingue : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ· Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος· δυνάστης εὐῖλασμῶν, ἐκχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. *Misericordia enim et ira est cum illo;* solus enim ambarum dominus est : *Potens propitiationum, effundens iram. Secundum multam misericordiam ejus, sic etiam correctio ejus.* Siracides hoc modo scribit, cap. xvi, 12, 13 : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ παρ' αὐτοῦ· δυνάστης ἐξιλασμῶν, καὶ ἐκχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ πολὺς ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. Ἄνδρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρίνει. Hæc porro verba, Κύριος γὰρ, ἀμφοῖν οὗτος μόνος, sunt παρενθήκη Clementis. Sylburgius εὐῖλαστον scribi voluit pro εὐῖλασμον.

Digitized by Google

ρίστους καὶ πονηρούς· καὶ προσέτι, *Γίνεσθε οἰκτίρμονες*, λέγων, *καθὼς ὁ Πατὴρ* (72) *ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστίν*. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὀπηνίκα διαῤῥήδην λέγει· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ* (73) *μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ἐπὶ τούτοις αὖθις· *Ὁ Πατήρ μου*, φησὶν, *ἐπιλάμπει τὸν ἥλιον τὸν αὐτοῦ ἐπὶ πάντας*. Παρασημειωτέον ἐνταῦθα, ὅτι τὸν αὐτοῦ Πατέρα τὸν ἀγαθὸν, καὶ δημιουργὸν εἶναι ὁμολογεῖ· δίκαιος δὲ ὁ δημιουργὸς εἶναι οὐκ ἀντιλέγεται. Καὶ πάλιν, *Ὁ Πατήρ* (74) *μου*, φησὶ, *βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*· καὶ καθὸ μὲν βρέχει, δημιουργὸς ὑδάτων ἐστὶ καὶ νεφῶν· καθὸ (75) δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ καὶ ἀρετῆς· ὡς δὲ ἀγαθὸς, *ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους ὁμοίως*. Σαφέστατον τοίνυν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι Θεὸν συλλογιζόμεθα, ὧδέ πως, ὅτι, *Ὄψομαι τοὺς οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου*· καὶ, *Ὁ κτίσας τοὺς οὐρανοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικεῖ*· καὶ, *Ὁ οὐρανὸς θρόνος σου*, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἔψαλλεν· ὁ δὲ Κύριος φησὶν ἐν τῇ προσευχῇ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· οὐρανοὶ δὲ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον εἰσίν. Ἀναντίῤῥητον ἄρα μὴ οὐχὶ τὸν υἱὸν εἶναι τὸν Κύριον τοῦ Δημιουργοῦ. Εἰ δὲ ὁ κτίστης πρὸ πάντων ὁμολογεῖται δίκαιος, υἱὸς δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ὁ Κύριος, υἱὸς ἄρα τοῦ δικαίου ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησί· *Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται*· καὶ πάλιν, ἵνα μᾶλλον ὑπολάβῃς Θεόν· *Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς* (76) *πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή*. Καὶ προσέτι μαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ, μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει· *Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ· πρὸς τὴν ἔνδειξιν* (77) *τοῦ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦν*. Τὸ δὲ δίκαιον ἀγαθὸν εἰδὼς, φαίνεταί που λέγων· *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή*· καὶ κατὰ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἄμφω τάσσων τὰ ὀνόματα. Ἀλλὰ καὶ *οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ* αὐτοῦ. Ὁ αὐτὸς ἄρα Πατὴρ αὐτοῦ, ὁ ἐν ὢν, πολλαῖς μηνυόμενος δυνάμεσι· καὶ τοῦτο ἦν τὸ, *Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα*, πάντα αὐτὸν ὄντα, πρὶν ἐλθεῖν τὸν Υἱόν. Ὡς εἶναι (78) ταῖς ἀληθείαις καταφανὲς τὸ τῶν συμπάντων (79) Θεὸν ἕνα μόνον εἶναι, ἀγαθὸν, δίκαιον, δημιουργὸν, Υἱὸν ἐν Πατρὶ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (80). Ἀμήν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀλλότριον τοῦ σωτηρίου Λόγου, κηδεμονικῶς λοιδο-

reprehensio [a]; misericordiæ enim et reprehensionis scopus salus est eorum qui reprehenduntur. Jam vero quod bonus sit idem Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, idem Verbum rursus confitebitur, dicens eum esse *bonum in ingratos et in improbos*; et præterea dum dicit: *Estote misericordes, sicut Pater vester est misericors* [b]. Quin etiam quando aperte dicit: *Nemo bonus nisi Pater meus, qui est in cœlis* [c]. Deinde rursus: *Pater*, inquit [d], *meus solem suum splendere facit super omnes*. Hic notandum est quod Patrem suum, qui bonus est, opificem quoque et creatorem esse fatetur. Quod autem justus sit creator, nulla est controversia. Et rursus: *Pater meus*, inquit, *pluit super justos et injustos* [e]; et quatenus quidem pluit, est aquarum et nubium opifex; quatenus autem super omnes, juste et cum virtute diligit æquilibrium: tanquam bonus autem, *super justos et injustos* similiter. Apertissime ergo unum et eumdem esse Deum ratiocinatione colligimus, hoc modo: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum* [f]; et, *Qui creavit cœlos, in cœlis habitat*: et, *Cœlum sedes tua*, Spiritus sanctus cecinit [g]: Dominus autem dicit in precatione: *Pater noster, qui es in cœlis* [h]; Cœli autem sunt ejus, qui mundum creavit: contradici ergo non potest, quin Dominus sit filius Opificis. Quod si ante omnia in confesso est, justum esse Creatorem: Opificis autem filius est Dominus; ejus ergo, qui est justus, filius est Dominus. Quocirca Paulus quoque dicit: *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est* [i]. Et rursus, ut magis Deum censeas: *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes credentes. Non est enim distinctio*. Et præterea ferens testimonium veritati, paulo post subjungit [j]: *In tolerantia Dei: ad ostensionem quod sit idem justus, et justificans eum, qui est ex fide, Jesus*. Quod autem justum est, id bonum esse nosse apparet, ✠ cum dicit [k]: *Quare lex quidem sancta, et præceptum sanctum, et justum, et bonum*; de eadem potestate utrumque nomen usurpans. Atqui *nullus est etiam bonus, nisi Pater* ejus [l]. Idem est ergo Pater ejus, qui, cum unum sit, multis significatur potestatibus. Et hoc sibi volebat illud: *Nemo novit Patrem* [m], qui quidem erat ipse omnia, priusquam veniret Filius: ut sit

✠ P. 142 ED. POTTER, 120 ED. PARIS. [a] Eccl. xvi, 12, 13. [b] Luc. vi, 35, 36. [c] Matth. xix, 17. [d] Matth. v, 45. [e] Ibid. [f] Psal. viii, 4. [g] Ibid. ii, 4; x, 5; ciii, 19. [h] Matth. vi, 9. [i] Rom. iii, 21, 22. [j] Ibid. 26. [k] Rom. vii, 12. [l] Matth. xix, 17. [m] Luc. x, 22; Joan. xvii, 25.

(72) *Ὁ Π.* Καὶ ὁ Π. Luc.

(73) *Εἰ μὴ ὁ Π.* Paulo infra eodem modo hoc Christi dictum recitat. Sed Evangelistæ omnes habent, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Matth. xix, 17; Marc. x, 18; Luc. xviii, 19.

(74) *Ὁ Πατήρ.* Evangeliorum sensum, non verba, pro more suo, præbet.

(75) *Καθό.* Καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας δικαίους, ἰσοστ. Pal. ms. Haud scio an melius δικαίου, aut dativo casu δικαίῳ καὶ ἀρετῇ. Sylb. — Scribe καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ, καὶ μετ' ἀρετῆς. Frustra est doctissimus Sylburgius. Heinsius.

(76) *Εἰς πάντας τούς.* Εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τους, apud Paulum.

(77) *Ἔνδειξιν.* Ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ, apud Paulum, διοικοῦντα pro δικαιοῦντα, Reg.

(78) *Ὡς εἶναι.* Cl. Bullus, *Defensionis fidei Nicænæ* sect. 2, cap. 6, p. 89, ad hæc verba dicit: « Hic lectori non prorsus stupido, monitore non opus est, ut intelligat, Filium in Patre et cum Patre statui universorum Deum, qui solus sit bonus et justus Opifex, cuique proinde gloria in æternum ascribi debeat. »

(79) *Τῶν συμπ.* Fortasse melius τὸν συμ. Sylburg.

(80) *Τῶν αἰώνων.* Hæc verba abesse a Pal. ms. testatur Sylburg. Absunt etiam a Reg. et Bod.

Digitized by Google

vere apertum, quod qui est universorum Deus, unus solus sit, bonus, justus, opifex, Filius in Patre, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Sed neque a salutari Verbo est alienum, dum cura aliquorum ab eo geritur convitiari. Etenim, hoc quoque est medicamentum divinæ benignitatis, ex quo efflorescit rubor pudoris, et ad peccandum subit verecundia. Si enim oportet vituperare, oportet etiam conviciari : quando animam, quæ dolere desiit, tempus est non lethaliter sauciare, sed salubriter, ita ut exiguo dolore mortem æternam lucretur. In pædagogia autem ejus magna est sapientia, et varia est ejus administrationis ratio ad salutem. Bonis enim fert testimonium Pædagogus. Vocatos autem, ad meliora evocat; et eos, qui ad injuriam faciendam properant, ab impetu avertit, et ad vitam meliorem sese traducere hortatur. Non est enim alterum absque testimonio, cum alteri fertur testimonium : et gratia est maxima, quæ proficiscitur ex testimonio. Porro autem iræ quoque affectio (si ira vocanda sit ejus admonitio) est plena benevolentiæ in homines, Deo ad affectiones descendente propter hominem, propter quem Verbum Dei homo factus est.

✠ P. 175 ED. POTTER, 149 ED. PARIS. [a] Matth. III, 4. [b] Act. X, 10, 11, 12, 13, 14, 15. [c] Matth. XV, 11. [d] Gen. IX, 2, 3. [e] Prov. XV, 17.

(78) *Τὰ εἰσερχόμενα.* Τὸ εἰσερχόμενον Matth. Mox Geneseos sensum, mutatis verbis, exhibet.

(79) *Ἀλλὰ ἡ περὶ τῆς ἀκρασίας δ. κ.* « Sed intemperantiæ vana opinio. » Quod quia parum appositum ad mentem auctoris esse videret Hervetus interpres, vertit, « sed in intemperantia inanis exercitatio. » Quæ interpretatio uti nihil ad rem facit, sic neque Clementis verba eam ferre possunt. Scribendum igitur, levi mutatione unius vocis facta: Ἀλλὰ ἡ περὶ ἀκαθαρσίας διάληψις κενή· « sed de impuritate vana opinio. » Vult enim auctor, non ipsos cibos, sed falsam de eorum impuritate opinionem comedentium conscientias polluere.

(80) *Λάχανα.* Subaudi προελέσθαι μᾶλλον, vel simile quid. Allusio esse videtur, ut adnotat A., ad Proverb. XV, 17 : Κρείσσων ξενισμὸς μετὰ λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας. Sylburg.

(81) *Ἐν αἷς.* Hæc verba supervacanea sunt, nec agnoscuntur a Nov.

(82) *Ἐν τῇ.* Pal. ms. ἀμφὶ τὴν ἑστίασιν παρασκευή, brevius quidem, sed minus congruenter. Sylburg. — Eamdem lectionem habent Reg., Bod.

(83) *Καταγγέλλεται.* Melius est παραγγέλλεται, quod habent Reg., Bod. et Pal. Porro de causis cur Deus Judæis abstinentiam a quibusdam cibis præceperit, copiose agit Joannes Spencerus *De legibus Hebræorum* lib. I, cap. 5. Deum hac arte temperantiam eos docuisse cum Clemente sentit Tertullianus *Contra Marcion.* lib. II, cap. 18, et Novatianus lib. *De cibis Judaicis* cap. 4.

(84) *Ἐγέννησεν.* Malim ἐνεγέννησεν, quod habet Nov.

(85) *Λήθην.* Λύπην Pal. ms. teste Sylburg.; item Reg. et Bod.

(86) *Εὐαυξῆ.* Ἐναυξῆ Reg.; εὐεξῆ Nov.

(87) *Ἑβραϊκῆς.* Conf. quæ infra dicuntur *Strom.* I, p. 274. Locus Platonis exstat haud longe a principio epist. 7, p. 1278 edit. Francofurt.

Digitized by Google

quod ex aquatilibus sola squamas non habeant [a]; adeo ut eis omnino pauca restarent apta ad alimentum. Quæ autem permisit esitare, ex iis rursus prohibuit morticina, et quæ simulacris immolata, et quæ suffocata fuerant : nam hæc ne quidem licet tractare. Quoniam enim fieri non potest, ut qui dulcibus utitur, ab eis percipiendis abstineat, ei contrariam vitæ rationem opposuit, donec eum, qui ex consuetudine ✠ nascitur, ad voluptatem impetum dissolveret. Hominibus autem sæpenumero quidem damnum et molestiam procreavit voluptas ; ægritudinem autem, et oblivionem, et insipientiam in anima parit nimia alimenti copia. Jam vero dicunt etiam puerorum corpora recte crescere, in longitudinem scilicet promoveri, si desit nutrimentum : neque enim prohibetur qui se ad augmentum confert spiritus, viæ facilitatem nimio nutrimento obsepiente. Unde luxuriosam deliciisque affluentem vitam, philosophorum ille, qui veritatem sectatus est, Plato, Hebraicæ veritatis excitans scintillam : « Mihi autem eo, inquit, cum venissem, quæ illic beata vita dicitur, Italicis et Syracusanis mensis plena, nullo modo placuit : bis die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum, cæteraque, quæ hanc vitam comitantur. Nemo enim omnium, qui sub cœlo sunt, si in hujusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, prudens unquam evadet, quamvis natura et ingenio excellenti præditus. » Neque enim Plato de Davide non audierat, qui cum « sua civitate in medio tabernaculo sanctam arcam collocaret, » indulta omnibus, qui ejus ditioni parebant, lætitia « coram Domino, distribuit » omnibus Israelis copiis, « a viro usque ad mulierem, uni-

A πυρῶν, « Ἐλθόντα δέ με, φησίν, ὁ ταύτῃ (88) λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δὶς τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε μόνον κοιμώμενον νύκτωρ· καὶ ὅσα (89) τούτῳ ἐπιτηδεύματα συνέπεται τῷ βίῳ. Ἐκ γὰρ τούτων οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτ' ἂν γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν (90) οὐρανὸν ἀνθρώπων δύναται, ἐκ νέου ἐπιτηδεύων (91) τοιαῦτα, οὔθ' οὕτω θαυμαστὴ φύσις κρατηθήσεται.» Οὐ γὰρ ἄπυστος ἦν ὁ Πλάτων τοῦ Δαβὶδ, ὃς (92) « ἐν τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν ἱδρύων κιβωτὸν ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ, » παντὶ τῷ ὑπηκόῳ εὐφροσύνην ποιήσας λαῷ « ἐναντίον τοῦ Κυρίου, διεμέρισεν » εἰς πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Ἰσραὴλ « ἀπὸ ἀνδρὸς ἕως γυναικὸς, ἑκάστῳ κολλυρίδα ἄρτου, καὶ ἐσχαρίτην (93), καὶ B λάγανον ἀπὸ τηγάνου. » Αὐτάρκης αὕτη ἡ τροφὴ καὶ Ἰσραηλιτική· ἡ δὲ ἐθνικὴ περιττή. Σώφρων οὐδ' ἂν μελήσαι (94) ποτὲ γενέσθαι ὁ χρώμενος αὐτῇ, τὸν νοῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ, τῷ ἰχθύτῳ τῷ καλουμένῳ ὄνῳ (95) τὰ μάλιστα ἐοικώς· ὃ δή φησιν Ἀριστοτέλης μόνον τῶν ἄλλων ζώων ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχειν· τοῦτον « ἐκτραπελόγαστρον (96) » Ἐπίχαρμος καλεῖ ὁ κωμικός. Τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων οἱ εἰς γαστέρα πεπιστευκότες, « ὧν θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. » Τούτοις οὐκ ἀγαθὰ προεθέσπιζεν ὁ Ἀπόστολος, « Ὧν τὸ τέλος, εἰπών, ἡ ἀπώλεια. »

✠ P. 176 ED. POTTER, 150 ED. PARIS. [a] Lev. xi ; Deut. xiv.

(88) *Ταύτῃ.* Ταύτην Bod. Mox, Ἰταλωτικῶν pro Ἰταλικῶν, Plato. Dein., οὐδαμῇ abest a Reg., Bod., Nov. Mox, δὶς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον, Plato. Dein, κοιμώμενον μόνον, idem.

(89) *Καὶ ὅσα.* Καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῶν βίων· ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γεν. Plato.

(90) *Τόν.* Abest hæc particula a Reg., Nov.

(91) *Δύναται, ἐκ νέου ἐπ.* Ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὔθ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κρατηθήσεται. Plato recte.

(92) *Ὃς.* Ὡς Reg.

(93) *Ἐσχαρίτην.* Ἰσχαρίτην Reg.

(94) *Σώφρων οὐδ' ἂν μελήσαι.* Procul dubio legendum, σώφρων δ' οὐκ ἂν μελλήσαι (seu μελλήσειε) ποτὲ γενέσθαι. Sylburg. — Vel μελετήσαι.

(95) *Ὄνῳ.* Athenæus lib. VII : Ὄνος, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ *Περὶ ζωϊκῶν*, ἔχει στόμα ἀνερρωγὸς, καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους ἐμφερεῖς μύλαις. « Quod scribit Aristoteles in opere *De animalibus*, huic apertum os hiat. Solus hic piscium in alvo cor habet, et in cerebro lapides molæ similes. » Ælianus lib. V, cap. 20, et lib. VI, c. 30 *De animalibus* : Ὁ ὄνος ἔχει ἰχθύων μόνος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν. Hoc verum non esse contendit Rondeletius lib. IX, c. 9 *De piscibus*. Nam si κοιλίας nomine cavitatem illam intelligit, quæ diaphragmati subest, αὐτοψίᾳ id falsum esse convincit ; sin eam etiam cavitatem, quæ superior est diaphragmate, eadem in parte cor habet, qua alii omnes pisces. Salvianus historia ii secus etiam esse crebra sectione se didicisse testatur in minoribus : eodem enim in loco, quo et pisces reliqui habet. Mercurialis lib. IV, c. 16, *Var. lect.* : « Ego autem, inquit, cum intelligam fieri non posse ut cor ibi sit, ubi cibi coquuntur, Philosophum adeo stupidum fuisse, ut id putaret, nunquam crediderim ; idcirco si id unquam scripsit Aristoteles, nihil aliud significare voluit, quam immensam ejus animalis voracitatem, magnamque respectu stomachi cordis amplitudinem. Sicuti namque eos, qui ventrem fere non habent prominentem, dicimus in dorso illum gerere, similiter piscem, qui magnum stomachum haberet, cor pusillum, dixit Arist. in ventre cor habere. » Collect.

(96) *Ἐκτραπελόγαστρον.* Athenæus hunc locum citat Epicharmi eodem libro ex ejus opere, quod inscripsit *Ἥβης γάμοι*, « Hebes nuptias : » Μεγαλοχάσμονάς τε χάννας, ποικιλογάστορας ὄνους. « Channæ valde hiantes, varioque ventre aselli : » legendum enim μεγαλοχάμμονας, ut alio loco apud eumdem Athen. μεγαλοχάμμονάς τε χάννας σκήπτορας, πελογάστρονας ὄνους. Colligit Salvianus mendose legi in altero ποικιλογάστορας, alibi enim πελογάστρων, « ventriosus. » Junius ex hoc Clementis loco legit ἐκτραπελογάστρους· tu lege et hic ἐκτραπελογάστορα, et apud Athenæum χάννας καὶ ἐκτραπελογάστορας. Ἐκτράπελος « monstrosum et invenustum » significat, sic ἐριγάστωρ, πλατυγάστωρ. Posterior locus est sub finem libri VII, ubi interpres editionis ultimæ pag. 244, « vario ventre cestras, asellos. » Vide proverbiorum centurias in voce *Asellus*. Collect. — Est porro ἐκτράπελος « monstrosus, » et a communi naturæ ratione « alienus. » Unde Hermogenes *Περὶ πολιτ.* λόγου, de poeticis agens : Σύνθετά τινα ζῶα καὶ ἐκτράπελα, οἷον Ἡγασοι, καὶ Γοργόνες, καὶ Κένταυροι, καὶ Σειρῆνες. « Composita quædam, inquit, et monstruosa animalia, ut Pegasi, et Gorgones, et Centauri, et Sirenes. » Plinius lib. VII, cap. 16, de monstrosis puerorum incrementis : « Ectrapelos, inquit, Græci vocant eos, in Latino non habent nomen. » Itaque

Digitized by Google

cuique tortam panis, et subcinericium panem, et laganum ex sartagine [a]. » Hoc est sufficiens nutrimentum et Israeliticum, gentile autem quod est, supervacaneum est. Qui autem eo utitur, nunquam, ut sit sapiens, laboraverit, ut qui mentem in ventre infoderit, admodum similis pisci, qui « asinus » dicitur : quem quidem dicit Aristoteles, solum ex aliis animalibus habere cor in ventre. Hunc Epicharmus comicus vocat ἐκτραπελόγαστρον, hoc est, « qui a communi ventris consuetudine discedit. » ✠ Tales sunt ii homines, qui in ventrem crediderunt : « Quorum deus venter est, et gloria in ignominia ipsorum, qui ea, quæ sunt terrena, cogitant. » Eis haud bona prædixit Apostolus, dicens : « Quorum finis est interitus [b]. »

ΚΕΦ. Β'.

Πῶς τῷ ποτῷ προσερεκτέον.

Οἴνῳ δὲ ὀλίγῳ χρῶ, τῷ Τιμοθέῳ ὑδροποτοῦντι, *διὰ τὸν στόμαχόν σου*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· παγκάλως νοσηλευομένῳ καὶ πλαδῶντι πώματι κατάλληλον τὸ ἐπιστῦφον βοήθημα προσφέρων· *ὀλίγον* (97) δὲ ἐκκρίνων (98) τοῦτο, μὴ λάθῃ τὸ βοήθημα διὰ πλῆθος ἄλλης θεραπείας δεόμενον. Φυσικὸν μὲν οὖν καὶ νηφάλιον ποτὸν ἀναγκαῖον διῳῶσίν ἐστιν ὕδωρ. Τοῦτο ἐκ τῆς ἀκροτόμου πέτρας κατειβόμενον τοῖς παλαιοῖς τῶν Ἑβραίων, μονότροπον σωφροσύνης ὁ Κύριος ἐχορήγει ποτόν· νήφειν δὲ μάλιστα ἐχρῆν τοὺς ἐπιπλανωμένους (99). Ἔπειτα ἡ ἄμπελος ἡ ἁγία τὸν βότρυν ἐβλάστησε τὸν προφητικόν. Τοῦτο σημεῖον τοῖς εἰς ἀνάπαυσιν ἐκ τῆς πλάνης πεπαιδαγωγημένοις, ὁ μέγας βότρυς, ὁ Λόγος ὁ ὑπὲρ ἡμῶν θλιβεὶς (1), τοῦ αἵματος τῆς σταφυλῆς ὕδατι κίρνασθαι ἐθελήσαντος τοῦ Λόγου (2), ὡς καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ σωτηρίᾳ κίρναται. Διττὸν δὲ (3) τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου· τὸ μὲν γάρ ἐστιν αὐτοῦ σαρκικόν, ᾧ τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα· τὸ δὲ πνευματικόν, τουτέστιν ᾧ κεχρίσμεθα. Καὶ τοῦτ' ἔστι πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, τῆς κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας· ἰσχὺς δὲ τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα, ὡς αἷμα σαρκός. Ἀναλόγως τοίνυν κίρναται, ὁ μὲν οἶνος τῷ ὕδατι, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ τὸ Πνεῦμα· καὶ τὸ μὲν εἰς πίστιν εὐωχεῖ,

CAP. II.

Quomodo in potu se gerere oporteat.

« Vino autem modico utere, » aquam bibenti Timotheo, « propter stomachum tuum [c], » dicit Apostolus ; pulchre admodum ægrotanti et præ nimio humore languenti corpori conveniens, quod ipsum constringat et confirmet, remedium adhibens ; « modicum » autem id decernens, ne eum lateret, hoc remedium, si nimis copiose sumatur, alia egere curatione. Naturalis itaque et sobrius potus sitientibus necessarius, est aqua. Eam ex prærupta petra manantem, veteribus Hebræis, unicum ac simplicem temperantiæ potum, suppeditavit Dominus [d]. Oportebat autem eos, utpote errantes, esse maxime sobrios. Postea sancta vitis botrum germinavit propheticum. Hoc signum est iis, qui ad quietem ex errore instituti sunt, magnus botrus, nempe Verbum pro nobis pressum, cum sanguis uvæ, hoc est Verbi, aqua temperari voluerit ; ut etiam sanguis ejus salute temperatur. Duplex est autem sanguis Domini : alter enim est carnalis, quo redempti sumus ab interitu ; alter vero spiritualis, quo scilicet uncti sumus. Et hoc est, bibere Jesu sanguinem, nempe fieri participem incorruptionis Domini. Verbi enim virtus est Spiritus, quemadmodum sanguis carnis. Unde quemadmodum vi-

✠ P. 177 ED. POTTER, 150-151 ED. PARIS.

[a] II Reg. VI, 17, 18, 19 ; I Paral. XVI, 1, 2, 3. [b] Philip. III, 19. [c] I Tim. V, 23. [d] Exod. XVII ; Num. XX.

ἐκτραπελογάστωρ, seu ἐκτραπελόγαστρος, est, qui ventrem habet a communi naturæ ordine alienum.

(97) *Ὀλίγον*. Chrysostomus ad hæc Pauli verba adnotat : Οὐ μὴν ἀνῆκεν αὐτὸν ἀνέδην ἐμφορεῖσθαι, ἀλλ' ὅσον πρὸς ὑγίειαν, οὐ πρὸς τρυφήν. « Non tamen ipsum permittit vino impleri : sed ad sanitatem, non ad delicias præcipit bibere. »

(98) *Ἐκκρίνων*. H. ἐγκρίνων. SYLBURG.

(99) *Ἐπιπλανωμένους*. Divise, ἔτι πλανωμένους, « adhuc vagantes. » ID.

(1) *Ὁ μέγας βότρυς, ὁ Λόγος ὁ ὑπὲρ ἡμῶν θλιβείς*. Syntaxis legi suadet, τοῦ μεγάλου βότρυος, τοῦ Λόγου, τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν θλιβέντος. LOWTH.

(2) *Τοῦ Λόγου*. Hunc genitivum Hervetus per appositionem cum τοῦ αἵματος conjungit : sic enim vertit : « Cum sanguis uvæ, Verbum scilicet, aqua temperari voluerit. » De magno autem botro historia est Numer. XIII. SYLBURG. — Porro alludit auctor ad eucharistiam, in qua non purum vinum, sed aqua temperatum, præberi solebat. Temperatum etiam in conviviis ethnici plerique potabant. Ii quibus merum bibere mos erat, infames habebantur : quales Thraces ac Scythæ fuere. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. IV, cap. 18. Temperatum etiam in Judæorum Paschate adhibitum, refert Maimonides lib. *De solemnitate paschali*, cap. 7. Quod Christus hunc ritum in cœnam suam transtulerit, tradit Irenæus lib. IV, cap. 57 : « Accipiens panem, suum corpus esse confitebatur : et temperamentum calicis, suum sanguinem confirmavit. » Veterem Ecclesiam temperato eucharistiam celebrasse, ter dicit Justinus martyr *Apol.* 1, p. 125, 128, 131, edit. Oxon. Unde κεκραμένον ποτήριον vocat Irenæus sanctum poculum, lib. V, c. 2. Cyprianus utriusvis, sive vini, sive aquæ defectum reprehendit, epist. 63 : « In sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. » Reliqua ejusdem aliorumque veterum testimonia prætereo.

(3) *Διττὸν δέ*. Sixtus Senensis lib. VI *Biblioth. sanctæ* adnotat. 289, cum hoc Clementis loco alterum Hieronymi confert ab Herveto in commentario citatum, et ad utrumque interpretandum adjungit verba Magistri Sentent. lib. IV, dist. 8, docentis, « verba Hieronymi esse interpretanda per regulam de sacramento et re sacramenti, qua docemur, duplicem esse carnem Christi, alteram eucharistia contentam, et significatam, quæ crucifixa est et mortua, et post mortem rediviva in cœlum ascendit ; alteram vero eucharistia significatam, et non contentam, quæ est unitas Ecclesiæ in prædestinatis et glorificatis. » COLLECT. — Clemens duplicis tantum sanguinis Christi meminit : quorum alter σαρκικός, « carnalis, » ac verus est, quo in cruce effuso τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα, « a morte redempti sumus ; » alter vero improprius et « spiritualis, » quo hausto ἀφθαρσίας μεταλαμβάνομεν, « immortalitatem participamus ; » nempe S. Spiritus gratia, quæ sacram eucharistiam digne percipientibus immortalitatem largitur : unde paulo post iterum dicitur Πνεῦμα εἰς ἀφθαρσίαν ὁδηγεῖν, « Spiritum ad immortalitatem ducere. » Conf. quæ superius dicta sunt pag. 126, not.

Digitized by Google

num aquæ, sic etiam homini Spiritus admiscetur. Ac temperatum quidem vinum fidem convivis præbet; Spiritus autem deducit ad incorruptionem. Amborum ✠ autem temperatura, potus scilicet et Verbi, dicitur eucharistia, scilicet laudabilis et « præclara gratia : » cujus qui per fidem sunt participes, sanctificantur et corpore et anima; quippe divinum temperamentum, hominem scilicet, divina voluntas Spiritu et Verbo mystice contemperat. Etenim revera spiritus animæ, quæ ab ipso fertur, conjungitur; caro autem Verbo, propter quam « Verbum caro factum est [a]. » Eos itaque laudo et admiror, qui vitam austeram delegerunt, et temperantiæ medicamentum, aquam, appetunt; vinum autem, tanquam ignis minas, quam longissime fugiunt. Placet ergo, ut pueri et puellæ ab hoc medicamento ut plurimum abstineant. Non enim ferventi ætati, quod est omnium humidorum calidissimum, vinum infundere convenit, perinde ac si quis ignem in ignem derivet, ex quo immanes appetitiones, ardentesque cupiditates, et mores ignei incenduntur; excalefacti autem intus adolescentes evadunt propensi ad libidines, adeo ut ipsorum corpus futuri exitii certa præbeat **66** indicia, celerius quam oportuit, maturatis membris cupiditatis. Vino enim effervescentes turgent ac intumescunt ubera et pudenda, et quamdam fornicationis imaginem jam prænuntiant; et corpus cogit vulnus animæ inflammari; et pulsus impudentes redundantiam persequuntur, temperantiam ac moderationem ad iniquitatem provocantes : hinc autem

A τὸ κρᾶμα, τὸ δὲ εἰς ἀφθαρσίαν ὁδηγεῖ, τὸ Πνεῦμα· ἡ δὲ ἀμφοῖν αὖθις κρᾶσις, ποτοῦ τε καὶ Λόγου (4), εὐχαριστία κέκληται, *χάρις* ἐπαινουμένη καὶ *καλή*· ἧς οἱ κατὰ πίστιν μεταλαμβάνοντες ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· τὸ θεῖον κρᾶμα, τὸν ἄνθρωπον, τοῦ ἰατρικοῦ βουλήματος Πνεύματι καὶ Λόγῳ συγκίρναντος μυστικῶς· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς μὲν τὸ πνεῦμα ᾠκείωται τῇ ἀπ' αὐτοῦ φερομένῃ ψυχῇ, ἡ δὲ σὰρξ τῷ Λόγῳ, δι' ἣν « ὁ Λόγος γέγονε σάρξ. » Ἄγαμαι τοίνυν τοὺς αὐστηρὸν ἐπανῃρημένους βίον, καὶ τῆς σωφροσύνης τὸ φάρμακον ἐπιποθοῦντας τὸ ὕδωρ· φεύγοντας δὲ ὅτι μάλιστα πορρωτάτω τὸν οἶνον, οἷον πυρὸς ἀπειλήν. Ἀρέσκει οὖν τοὺς παῖδας καὶ τὰς κόρας ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἀπέχεσθαι τοῦ φαρμάκου τούτου· οὐ γὰρ κατάλληλον ζεούσῃ ἡλικίᾳ τῶν ὑγρῶν
B τὸ θερμότατον ἐπεγχεῖν, τὸν οἶνον, οἱονεὶ πῦρ ἐποχετεύοντας (5) πυρί· ἐξ οὗ ὁρμαί τε ἄγριαι, καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπιθυμίαι, καὶ διάπυρον ἦθος ἐκκαίεται· προπετεῖς τε οἱ νέοι, ἐνδοθεν χλιαινόμενοι, ἐπὶ τὰς ὀρέξεις γίνονται· ὡς δὴ προῦπτον αὐτῶν τὴν βλάβην ἐλέγχεσθαι διὰ τοῦ σώματος, πεπαινομένων, θᾶττον ἢ προσῆκε, τῶν τῆς ἐπιθυμίας μελῶν. Ὀργῶσι γοῦν ἀναιδέστερον ἀναζέοντες οἴνου, καὶ οἰδοῦσι μαστοί τε καὶ μόρια, προκηρύσσοντες ἤδη πορνείας εἰκόνα· καὶ τῆς ψυχῆς τὸ τραῦμα φλεγμαίνειν ἀναγκάζει τὸ σῶμα· σφιγμοί (6) τε ἀναιδεῖς περιεργίαν διώκουσιν, εἰς παρανομίας ἐκκαλούμενοι τὸν κόσμιον (7)· ἐνθένδε ἤδη τῆς ἡλικίας τὸ γλεῦκος ὑπερβάλλει τῆς αἰδοῦς τοὺς ὅρους. Χρὴ δὲ, ὡς ἔνι μάλιστα, κατασβεννύναι πειρᾶσθαι τὰς ὁρμὰς τῶν νέων, ἀφαιροῦν-
C τας μὲν τὸ ὑπέκκαυμα τὸ τῆς ἀπειλῆς (8) βαχχικὸν,

✠ P. 178 ED. POTTER, 151-152 ED. PARIS.

[a] Joan. I, 14.

(4) *Ποτοῦ τε καὶ Λόγου.* Dicit Logon in eucharistia vino admistum esse : et superius dixit ἰσχὺν Λόγου, « vim Logi, » esse Πνεῦμα, ὡς αἷμα σαρκός· « Spiritum, ut sanguis carnis » vis est : unde paulo post addit, hominem, qui eucharistiam digne participat, esse θεῖον κρᾶμα, « divinam misturam : » quippe quem Deus Πνεύματι καὶ Λόγῳ, « Spiritui et Logo, » aduniverit, et quodammodo admiscuerit. Credebant enim ex antiquis nonnulli, divinum Christi Spiritum in panem et vinum, sacerdote gratias agente, cœlitus demitti : atque inde præterea esse, quod eucharistia dicatur caro et sanguis Christi; nempe quod ejus Spiritus iis inesset. Irenæus lib. v, cap. 2 : Ὁπότε οὖν καὶ τὸ κεκραμένον ποτήριον, καὶ ὁ γεγονὼς ἄρτος, ἐπιδέχεται τὸν Λόγον Θεοῦ, καὶ γίνεται ἡ Εὐχαριστία σῶμα Χριστοῦ. « Quando ergo et mistus calix et factus panis percipit Verbum Dei, et eucharistia fit corpus Christi. » Paulo post addit : Προσλαμβανόμενα τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, Εὐχαριστία γίνεται, ὅπερ ἐστὶ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. « Percipientia Verbum Dei, eucharistia fiunt, quæ est corpus et sanguis Christi. »

(5) *Πῦρ ἐποχ.* Phrasis e Platone sumpta, cujus verba, quia quædam alia ex iis hoc capite recitavit Clemens, integra hoc loco apposuisse haud abs re fuerit. Ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν πρῶτον μὲν τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι, διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνους ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι, τὴν ἐμμανῆ εὐλαβούμενοι ἕξιν τῶν νέων· μετὰ δὲ τοῦτο οἴνου μὲν δὴ γεύεσθαι τοῦ μετρίου μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν τὸν νέον ἀπέχεσθαι· τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα, καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιὰν, ἣν [ἴσ. ὃς] τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο, τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μαλακώτερόν τε ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον, καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι. « Principio lege sanciemus, ut pueri usque ad duodevigesimum annum vini usum prorsus ignorent. Nempe eos monebimus non oportere ignem igni in corpus atque animam suggerere, antequam viri effecti subire labores incipiant. Furiosam namque habitum juventutis cavere oportet. Deinde vino moderate utantur usque ad annum ætatis trigesimum. Ab ebrietate vero et vini repletione juvenes omnino abstineant. Sed cum ad quadragesimum pervenerint, tunc in conviviis liberius discumbentes, cum alios deos, tum Dionysium ad sacra senum et ludos invocent, qui hominibus vinum, quasi remedium senectutis duritiæ, est largitus, ut rejuvenescere videamur, et mœstitiæ nos oblivio capiat : et ipsa affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat. » Hæc Plato *De legibus* lib. II, pag. 796, edit. Francofurt, quam alibi etiam secuti sumus.

(6) *Σφιγμοί.* Convenientius σφυγμοί, « pulsus, » A. SYLBURG.

(7) *Τὸν κόσμιον.* Id est, « honestum ac moderatum » hominem. Hervetus interpres legisse videtur τὸ κόσμιον. Mox τὸ γλεῦκος vocat fervorem juventutis, τὴν ἕκζεσιν.

(8) *Ἀπειλῆς.* Id est, ignis ac fervoris, nam paulo ante dixit πυρὸς ἀπειλήν. Ἀντιφάρμακον vocat aquam, quæ vim vini restinguit.

Digitized by Google

ἐπεισχέοντας (9) δὲ τὸ ἀντιφάρμακον τῆς ἐκζέσεως, δ καὶ τὴν ψυχὴν τυφομένην ἤδη καθέξει, καὶ τὰ μόρια ἐφέξει διοιδοῦντα, καὶ κατακοιμίσει τὸν ἐρεθισμὸν τῆς ἤδη σαλευομένης ἐπιθυμίας. Οἱ δὲ ἀκμάζοντες, μεθ' ἡμέραν μὲν ἀρίστου μεταλαβόντες, οἷς κατάλληλον (10) τὸ ἄριστον, ἄρτου μόνον ἀπογευσάμενοι, ἀπεχέσθων πάμπαν τοῦ ποτοῦ, πρὸς τὸ ἀναπίνεσθαι τὴν περιττὴν ὑγρότητα αὐτῶν ἀνασφογγιζομένην (11) ξηροφαγίᾳ· καὶ γὰρ τὸ συνεχὲς πτύειν καὶ ἀπομύσσεσθαι, καὶ περὶ τὰς ἐκκρίσεις σπεύδειν, ἀκρασίας τεκμήριον, ἐκ τῆς ἀμέτρου προσφορᾶς ὑπερχεομένων τῶν ὑργῶν τῷ σώματι. Εἰ δὲ καὶ ἐπιγίνοιτο δίψα, ἀρκείσθω ὕδατι τὸ πάθος οὐ πολλῷ· οὐδὲ γὰρ ὕδατος ἀνέδην ἐμφορεῖσθαι καθήκει, ὡς μὴ ἐκκλύζοιτο ἡ τροφὴ, καταλεαίνοιτο δὲ εἰς πέψιν, κατατattομένων μὲν εἰς τὸν ὄγκον τῶν σιτίων, ὀλίγων δὲ παντάπασιν εἰς τὰς ἐκκρίσεις χωρούντων. Πρέπει δὲ καὶ ἄλλως (12) ταῖς θεϊκαῖς φροντίσι, μὴ οἰνοβαρεῖν· « ὁ γὰρ ἄκρατος, » κατὰ τὸν Κωμικὸν (13), « ὀλίγα ἀναγκάζει φρονεῖν, » μήτι δὲ οὐδὲ σωφρονεῖν. Εἰς δὲ ἑσπέραν τοῦ δείπνου περὶ τὴν ὥραν οἴνῳ χρηστέον· ἐπειδὰν μηκέτι τοῖς ἀναγνώσμασι σχολάζωμεν τοῖς νηφαλιωτέροις. Τοτηνικάδε (14) ψυχρότερον καὶ τὸ περιέχον παρὰ τὸ μεθ' ἡμέραν γίγνεται· ὡς δεῖν ὑποτρέφειν τὴν ἐκλείπουσαν ἔμφυτον ἀλέαν, ἐπεισάκτῳ θερμότητι· ὀλίγῳ δὲ τῷ οἴνῳ (15) κἀνταῦθα· οὐ γὰρ μέχρι τῶν ὕβρεως προσιτέον (16) κρατήρων, Τοῖς δὲ (17) ἤδη παρηβηκόσιν (18) ἱλαρώτερον ἐπιτρεπτέον μεταλαμβάνειν τοῦ ποτοῦ, τὸ καταψυχόμενον τῆς ἡλικίας, οἷον μαρανόμενον ὑπὸ χρόνου, ἀναζωπυροῦντας ἀβλαβῶς τῷ τῆς ἀμπέλου φαρμάκῳ· οὐδὲ γὰρ ὡς ἐπιπλεῖστον ἐγκυμαίνονται ἔτι τῶν πρεσβυτέρων αἱ ὀρέξεις περὶ τὰ τῆς μέθης ναυάγια· καθωρμισμένοι μὲν γὰρ οἷον ἀγκύραις τῷ λόγῳ καὶ τῷ χρόνῳ, τὴν ζάλην τῶν ἐπιθυμιῶν τὴν καταιγίζουσαν ἐκ μέθης ῥᾷον φέρουσιν· οἷς ἴσως καὶ χαριεντίσασθαί τι ἔξεστι παρὰ τὰς εὐωχίας. Ἀλλὰ καὶ τούτοις ὅρος ἔστω τοῦ ποτοῦ, μέχρις οὗ τὸν λογισμὸν ἄσειστον διατηρήσωσι, καὶ τὴν μνήμην ἐνεργὸν (19), καὶ τὸ σῶμα ἀσάλευτον οἴνῳ καὶ ἀκρά-

fit, ut mustum juventutis, fines pudoris transiliat. Oportet autem quammaxime fieri potest, juvenum appetitiones conari exstinguere, minarum quidem Bacchicum fomitem auferentes, fervori autem contrarium medicamentum infundentes, quod etiam ardentem animam cohibebit, et membra intumescentia retinebit, et, quæ jam agitatur, cupiditatis incitamentum sopiet. Qui autem sunt ✠ in ipso flore ætatis interdiu quidem sumentes, quibus id convenit, prandium, pane solo gustato, a potu omnino abstineant, ut ebibatur eorum superflua humiditas, aridorum esu, veluti quadam spongia, exhausta. Assidue enim spuere et emungi, et ad excernendum properare sunt signum intemperantiæ ex immoderata exhibitione humidorum, quæ plus quam par sit in corpus infunduntur. Quod si etiam sitis accesserit, curetur aqua non multa hæc affectio. Neque enim aqua nimium profuse impleri convenit, ne eluatur nutrimentum, sed potius comminuatur ad faciendam concoctionem; quod fiat, dum cibi quidem assurgunt in molem et admodum pauci ex iis ad excretionem procedunt. Quanquam etiam alioqui convenit divinis contemplationibus, vino minime gravari. « Parum enim cogit merum, ait comicus, sapere: » tantum abest, ut temperantem possit efficere. Vespere autem, tempore cœnæ vino utendum est, quando sobriis ac seriis lectionibus non amplius operam damus. Tunc et frigidior fit aer ambiens, ut introducto calore fovendus sit tepor innatus, qui deficit. Sed hic quoque vino est exiguo utendum: neque enim usque ad contumeliæ crateras accedendum est. Iis autem, qui jam sunt provectioris ætatis, hilarius potu uti permittendum est, ut frigidam ætatem, quæ tempore quodammodo emarcuit, vitis medicamento citra noxam suscitent. Neque enim seniorum appetitiones circa ebrietatis naufragia amplius fluctuare solent. Ratione enim ac tempore, veluti quibusdam anchoris, in portu fundati, cupiditatum tempestatem, quæ ex ebrietate excitatur, ferunt facilius: quibus etiam in convi-

✠ P. 179 ED. POTTER.

(9) *Ἐπεισχέοντας.* Ἐπιχέοντας Nov. Mox, κατακοιμίσῃ pro κατακοιμίσει, Bod.

(10) *Οἷς κατάλ.* Id est, « quibus convenit prandium. » Nonnulli enim tantummodo cœnabant. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. IV, cap. 16. Mox, ἀπέσθων pro ἀπεχέσθων, Nov.

(11) *Ἀνασφογγιζομένην.* Ἀναστογγιζομένην Nov.

(12) *Καὶ ἄλλως.* Καὶ ἄλλα, ὡς Nov., Reg., Bod.

(13) *Κωμικόν.* Intelligit Menandrum: ejus enim Stobæus, tit. 18, ser. *De incont.*, hunc iambum citat:

Ὁ πολὺς ἄκρατος ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

Sylburg. — Apud Stobæum tit. *De incontinentia* hæc sententia Menandro tribuitur. Quod autem subjungit de contumeliæ cratere dictum Anacharsidis, aliter effert Stobæus titulo eodem. Nam eum scribit, primum poculum dixisse sanitatis, alterum voluptatis, tertium ὕβρεως, « contumeliæ, » ultimum insaniæ. Sic Eubolus comicus apud Athenæum, lib. II, Bacchum ait miscere decem pocula sapientibus: unum bonæ valetudinis, alterum amoris et voluptatis, soporis tertium, quartum vero proteriviæ seu ὕβρεως esse, quintum clamoris, atque ita usque ad decimum, quem furoris dicit. Vide proverbium « Servatori tertius. » Collect.

(14) *Τοτηνικάδε.* Τοτηνικάδε δέ Nov., Bod.

(15) *Τῷ οἴνῳ.* E præcedentibus subaudiendum ὑποτρέφειν δεῖ, vel extrinsecus subintelligendum χρηστέον, aut simile quid. Sylb.

(16) *Προσιτέον.* Si προϊτέον malis, per me licet. Id.

(17) *Τοῖς δέ.* Plato II *De legibus:* Ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίνεσθαι. « Liberum Patrem invocari » vult, « qui vinum hominibus est largitus ad levandam senectutis austeritatem, tanquam opportunum remedium, ut illius beneficio tanquam juvenescere videamur, subeatque eorum quibus animus offenditur oblivio, et ipsa illa durior ea ætate animi affectio, sicuti ferrum in igne, emolliatur et flexibilior fiat. » Athenæus lib. II: « Zeno Citieus durus et iracundus, multo vini haustu cum placidus fieret, interrogatus: Quid ita ingenium mutaret? Id accidere sibi, respondit, quod lupinis, priusquam madefiant aqua amarissimis, posteaquam macerati sunt, et appoti, dulcissimis et mitissimis. » Collect.

(18) *Παρηβηκόσιν.* Παρηκμηκόσιν Nov.

(19) *Ἐνεργόν.* Εὐεργόν Bod.

Digitized by Google

viis licet aliquid urbane dicere ac lepide. Cæterum iis quoque sit potationis eousque terminus, dum et illabefactam rationem, et suo officio fungentem memoriam, corpusque vino immotum et inconcussum conservent: ἀκροθώρακα, hoc est qui suum « pectus » vino insigniter « armavit », vocant ✠ qui sunt harum rerum periti. Melius est ergo, ne labaris, antea desinere. Artorius autem quidam in libro *De longa vita* (sic enim commemini) existimat oportere eousque potum solummodo præbere, donec cibi humectentur, ut nobis vitam paremus longiorem. Convenit ergo, ut vinum alii quidem loco medicinæ propter solam sanitatem adhibeant; alii vero, ut se relaxent et exhilarent. Vinum enim primum quidem facit eum, qui bibit, esse sibi ipsi plus quam antea æquum, et convivis suavem et famulis mitiorem, et amicis jucundiorem; contumelia autem affectus par pari refert. Vinum enim, cum sit calidum et habeat suaves succos, moderate temperatum, turpia quidem excrementa liquefacit caliditate, acres autem et malos succos bono odore contemperat. Illud ergo bene dictum est: « Exsultatio animæ et cordis vinum creatum est ab initio, si quantum satis est bibatur [a]. » Optimum est autem aqua plurima vinum miscere, et non ipsum tanquam aquam requirere et sic per temulentiam elanguescere; neque tanquam aquam infundere, præ nimio vini amore. Sunt enim ambo Dei opera, et ea ratione conducit ad sanitatem utriusque mistura, aquæ scilicet et vini; quoniam ex eo quod est necessarium, et eo quod est utile, vita consistit. Ei itaque quod

✠ P. 180 ED. POTTER, 153 ED. PARIS.

δαντον· ἀκροθώρακα τοῦτον (20) καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. Καλὸν οὖν τὸ προκαταλήγειν, διὰ τὸν ὄλισθον. Ἀρτώριος δέ τις ἐν τῷ *Περὶ μακροβιοτίας* (μέμνημαι (21) γάρ) ἐφ' ὅσον βρέξαι (22) τὰ σιτία μόνον οἴεται δεῖν προσάγειν, ἵνα μακροτέραν κτησώμεθα τὴν ζωήν. Ἁρμόδιον τοίνυν τὸν οἶνον τοὺς μὲν ἐπὶ θεραπείας μέρει προσφέρεσθαι διὰ τὴν ὑγίειαν μόνην, τοὺς δὲ ἐν ἀνέσει καὶ διαχύσει. Οἶνος γὰρ πρῶτον (23) μὲν αὐτὸν αὑτῷ ἵλεων ποιεῖ τὸν πίνοντα μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ τοῖς συμπόταις μειλίχιον, καὶ τοῖς οἰκέταις πραΰτερον, καὶ προσηνέστερον τοῖς φίλοις· παροινηθεὶς δὲ, ἀμείβεται τὴν ὕβριν· θερμὸς γὰρ ὤν, καὶ χυμοὺς ἔχων ἡδεῖς, κεκραμένος (24) ἐμμελῶς, τὰ μὲν αἰσχρὰ (25) τῶν περιττωμάτων διατήκει θερμότητι, τοὺς δὲ δριμεῖς καὶ φαύλους ταῖς εὐωδίαις κεράννυσι χυμούς. Εὖ γοῦν ἐκεῖνο (26) εἴρηται· « Ἀγαλλίαμα ψυχῆς καὶ καρδίας οἶνος ἔκτισται ἀπαρχῆς, πινόμενος αὐτάρκως. » Κίρνασθαι δὲ ἄριστον τῷ ὕδατι ὡς πλείστῳ τὸν οἶνον, καὶ μὴ ὡς ὕδωρ ἐπιζητεῖσθαι, καὶ ἀπαμβλύνεσθαι πρὸς τὴν μέθην· μηδ' ὡς ὕδωρ ἐπεγχεῖσθαι, διὰ τὴν φιλοινίαν· ἄμφω μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ ποιήματα· καὶ ταύτῃ πρὸς ὑγίειαν συνεργεῖ ἡ κρᾶσις ἡ ἀμφοῖν, ὕδατός τε καὶ οἴνου· ὅτι ἐκ τοῦ ἀναγκαίου καὶ τοῦ χρησίμου ὁ βίος συνέστηκε. Τῷ μὲν οὖν ἀναγκαίῳ τῷ ὕδατι ὡς ὅτι πλείστῳ ἐγκαταμικτέον καὶ τοῦ χρησίμου· οἴνῳ δὲ ἀμέτρῳ ἡ μὲν γλῶττα παραποδίζεται, παρεῖται (27) δὲ τὰ χείλη· ὀφθαλμοὶ δὲ παρατρέπονται, οἷον κολυμβώσης τῆς ὄψεως ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὑγρότητος· καὶ ψεύδεσθαι βεβιασμένοι, κύκλῳ (28) μὲν ἡγοῦνται περιφέρεσθαι τὰ πάντα· ἀριθμεῖν δὲ οὐ δύνανται τὸ

[a] Eccli. xxxi, 36.

(20) *Ἀκροθώρακα.* Parenthesim istam, ἀκροθώρακα τοῦτον καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, Hieronymus Mercurialis *Variar. lect.* lib. IV, c. 6, ex margine in contextum irrepsisse putat, in eamque sententiam inclinat A. Sunt tamen apud Clementem etymologiæ, et alia ejusmodi grammatica passim obvia: ut de ἀσώτοις supra p. 62, imo etiam διττογραφίας, seu « variantis scripturæ » adnotatio, ab eo non neglecta est, ut pag. 210, 250, 279 editionis nostræ. SYLBURG. — Aristotelem in III problem. 2, manifestum est eos ἀκροθώρακας vocasse, qui leviter inebriati delirant, quive de rebus judicium ferre tentant, sed aberrant, quasi medii inter sobrios et temulentos. Erotianus in *Onomastico* ἀκροθώρακας etiam eos appellatos subjungit, qui non multum vino repleti sunt. Plutarchus in *Symposiacis* Aristotelis sententiam examinans, idem sentire videtur. Itaque non video cur Alexand. Clemens diversa sentiens, ἀκροθώρακα rationem et memoriam minime offensas gerere scribat, quo in loco verum illius vocis usum ab eo ignoratum perspicitur, nisi vitiosum contextum esse, et ea verba ab aliquo ignaro primum in margine scripta, deinceps a librario inepte inserta fuisse velimus. Mercurialis lib. IV, c. 6, *Var. lect.* Budæo ἀκροθώρακες dicuntur, qui leviter appoti sunt, quasique pectore tenus vino imbuti. COLLECT.

(21) *Μέμνημαι.* Μέμνηται, Nov.

(22) *Βρέξαι.* Excerpta ms. βρέξεται, « rigabitur. » SYLBURG.

(23) *Πρῶτον.* Πρῶτος Nov. Hæc ex Platone videntur excerpta I *De legibus:* Μετὰ τὸν ἄνθρωπον αὐτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον. « Vinum hominem continuo seipso lætiorem et hilariorem reddit, et quo plus biberit, tanto majore et meliore spe est. » Clemens: Οἶνος γὰρ πρῶτον μὲν αὐτὸν αὑτῷ (lege αὐτοῦ) ἵλεων ποιεῖ τὸν πίνοντα μᾶλλον ἢ πρότερον. « Æquum et clementem » vertit Hervetus: at ἵλεως etiam ἱλαρόν significat. Athenæus lib. VIII: « Quod vero ἵλεων et ἱλαρόν eadem vocabuli notione dicerent, ostendit Ephippus. Protinus hilarem facit, molestiam abstergit omnem, redditque ἵλεων. » COLLECT.

(24) *Κεκραμένος.* Κεκραμένους scribendum videtur. Quin etiam super ultimam syllabam κεκραμένος aliquis posuit ους in Reg.

(25) *Αἰσχρά.* Αἰσχρά agnoscit etiam Herveti versio, « turpia excrementa. » Sed verius fortasse γλίσχρα, « lenta et viscida. » SYLBURG.

(26) *Ἐκεῖνο.* Ἐκεῖνος Bod. Mox, διὰ μνήμης Ecclesiasticum recitat, in quo ea sententia sic se habet: Τίς ζωὴ ἐλασσουμένῳ οἴνῳ; καὶ αὐτὸς ἔκτισται εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις. Ἀγαλλίαμα καρδίας, καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης. Nov. etiam αὐτάρκης habet. Mox, τῷ abest a Nov.

(27) *Παρεῖται.* Fortasse rectius παρίεται, « resolvuntur, » præs. temp. SYLBURG.

(28) *Κύκλῳ.* Hæc pene κατὰ λέξιν ex Aristotele sumpta sunt, qui sect. 3, probl. 9 et 20, has quæstiones solvit: Διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι, καὶ ἤδη ἀπτομένης (μᾶλλον idem addit c. 20) τῆς μέθης, ἀριθμεῖν (ἀθρεῖν c. 9, quod ex altero loco, itemque ex Clemente mutandum in ἀριθμεῖν) τὰ πόρρω οὐ δύνανται; « Cur penitus vino captis circumferri omnia videantur, jamque inter initia ebrietatis, quæ procul sunt enumerare nequeant? »

Digitized by Google

πόρρω, ὡς ἔστι μόνα. « Καὶ μὴν (29) ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, » μεθύων ὁ Θηβαῖος ἔλεγε γέρων. Κινουμένη (30) μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς τοῦ οἴνου θερμότητος ἡ ὄψις, πυκνότερον πολλαπλασίονα τοῦ ἑνὸς φαντάζεται τὴν οὐσίαν· διαφέρει δ' οὐθὲν ἧττον (31) ὄψιν κινεῖν, ἢ τὸ ὁρώμενον· ταὐτὸν γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἡ ὄψις πέπονθεν, τῆς τοῦ ὑποκειμένου καταλήψεως διὰ τὸν σάλον ἀκριβῶς ἐφικέσθαι μὴ δυναμένη· καὶ αἱ βάσεις καθάπερ ῥεύματι ὑποφέρονται· λυγμοί τε καὶ ἐμετοί, καὶ παραφροσύναι ἐπεισεκώμασαν. « Πᾶς (32) γὰρ οἰνωθεὶς ἀνὴρ, » κατὰ τὴν τραγῳδίαν·

A est necessarium, nempe aquæ plurimæ, ex utili etiam aliquid immiscendum est. Vino autem immodico lingua quidem præpeditur, labra vero solvuntur, oculi autem detorquentur, cum præ humiditatis multitudine visus tanquam in piscina natitet et mentiri coacti, existimant omnia in orbem ferri, quæ autem procul sunt, recensere non possunt tanquam unica : « Atqui duos soles videre mihi videor, » ebrius dicebat Thebanus senex. Motus enim ✠ a caliditate vini visus, sæpius ejus, quod unum est, multiplicem apprehendit substantiam ; nihil autem differt, an visum quis moveat, an id quod videtur : nam idem visui ex utroque accidit, qui propter fluctuationem non potest subjectum perfecte comprehendere. Jam vero gressus tanquam fluctu impellente subsidunt, nec possunt tenere locum, singultusque et vomitus et desipientiæ subeunt. « Quisquis enim est temulentus, » ut dicit tragœdia :

B

Ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός·
Φιλεῖ τε, πολλὴν γλῶττταν ἐχχέας μάτην,
Ἄκων ἀκούειν, ἅπερ ἑκὼν εἶπεν κακῶς.

Eum ira vincit, et caret sapientia,
Demensque lingua multa cum profuderit,
Invitus audit, quæ volens dixit male.

Καὶ πρό γε τῆς τραγῳδίας ἡ Σοφία κέκραγεν· « Οἶνος (33) πινόμενος πολὺς, ἐν ἐρεθισμῷ καὶ παντὶ πτώματι πληθύνει. » Διὸ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνίεσθαί φασι δεῖν παρὰ τοὺς πότους, καὶ τὰ σπουδαῖα εἰς ἕω ὑπερτίθεσθαι· ἐγὼ δὴ τότε μάλιστα τὸν λόγον συνευωχησόμενον ἀξιῶ παρεισάγειν, παιδαγωγήσοντα τὴν οἰνοφλυγίαν, μὴ λάθῃ παραπεσοῦσα (34) εἰς μέθην ἡ εὐωχία. Ὡς γὰρ ὀφθαλμοὺς οὐκ ἄν τις,

Atque ante tragœdiam clamavit Sapientia : « Vinum quod bibitur multum, in irritatione et omni lapsu replet [a]. » Quocirca plurimi quidem dicunt oportere in convivio se **67** relaxare, et seria in auroram differre ; ego autem tunc maxime censeo rationem esse in convivium introducendam, quæ instar pædagogi corrigat temulentiam, ne nobis imprudentibus convivium dilabatur ad ebrietatem. Quemad-

[a] Eccli. xxxi, 38.

✠ P. 181 ED. POTTER, 154 ED. PARIS.

(29) *Καὶ μήν.* Verba sunt Penthei apud Euripidem in *Bacchis* :

Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ.

Virgil., IV *Æneid.* :

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas.

Et apud eumdem, Cyclopi ebrio οὐρανὸς συμμεμιγμένος δοκεῖ τῇ γῇ φέρεσθαι. Versus autem, qui proxime citantur, Sophoclis tragici sunt, a Stobæo citati tit. 18, *De incontinentia.* COLLECT. — Recte jam in fine *Protreptici* Θηβαῖον γέροντα, Tiresiam vocavit. Cæterum quæ hic dicuntur, Penthei verba sunt in *Bacchidibus* Euripidis. Ergo lapsus est memoria. HEINSIUS. — Conf. quæ superius dicta sunt ad *Protrept.* pag. 91, 92, not.

(30) *Κινουμένη.* Hæc verba, quæ perperam hactenus intellecta fuere, sic distingui et explicari debent : Κινουμένη . . . ἡ ὄψις πυκνότερον, πολλαπλ. « Nam visus a vini calore frequentius commotus, unius rei substantiam imaginatur esse multiplicem. » Πυκνότερον enim non ad ea quæ sequuntur, sed ad id quod præcedit pertinet : quod cum ex horum verborum serie, tum ex Aristotele manifestum est, qui post verba paulo ante memorata statim addit : Ἢ ὅτι κινεῖται ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ οἴνου ἡ ὄψις πυκνάκις ; « An quia conspectus a calore vini sæpius commovetur ? »

(31) *Ἧττον.* Vox hæc sensui repugnare videtur. Scribendum, διαφέρει δ' οὐθὲν ἢ τὴν ὄψιν κινεῖν ἢ τὸ ὁρώμενον. « Nihil autem interest utrum visus moveatur, an res visa. » Similiter Aristoteles sectæ superius memoratæ problēm. 9 : Διαφέρει οὖν τὴν ὄψιν οὐθὲν κινεῖν, ἢ τὸ ὁρώμενον. Ταὐτὸ γὰρ ποιεῖ πρὸς τὸ φαίνεσθαι τὰ εἰρημένα. « Nihil vero interest utrum conspectus moveatur, an res conspectui obvia ; fit enim utralibet ratione, ut id quod modo dixi appareat. » Item problem. 20 : Ὥσπερ οὖν ὅταν ὑποθῇ τις ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν, δύο φαίνεται, οὕτω καὶ τοῖς μεθύουσιν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐὰν μὲν ὑποθῇ, κινῇ δὲ τὴν ὄψιν, οὐδὲ ἂν ἔξωθεν, ἢ ἔσωθεν· ἀμφοτέρως γὰρ τὸ αὐτὸ πάσχει ἡ ὄψις, ὥστε οὐ δόξει μένειν τὸ ὁρώμενον. « Quemadmodum igitur si sub, oculo posueris rem objectam, geminari videbis ; sic etiam vinolentis accidere illud potest. Nihil enim interest utrum supposueris, an aspectum commoveris ; nec utrum extrinsecus, an intrinsecus. Idem enim obvenire utraque ratione potest, ut res conspecta constare non videatur. » Mox ἀφικέσθαι pro ἐφικέσθαι, Reg.

(32) *Πᾶς.* Hunc locum recitant Antonius et Maximus serm. 68, tit. *De ebrietate*, hoc modo : Πᾶς γὰρ οἰνώδης, κατὰ τὴν τραγῳδίαν, ἥττων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός. Porro Stobæus principio serm. 18, tit. *De incontinentia*, hos versus Sophocli tribuit. In tertio versu, δέ pro τέ, et γλῶσσαν pro γλῶττα habet idem : et in quarto οὗς pro ἅπερ. In primo versu ἧσσω pro ἧσσων habet Nov.

(33) *Οἶνος.* Imperfecte recitat Ecclesiast. cap. xxxi, 39, 38 : Ἡκρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολύς· ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀντιπτώματι πληθύνει μέθη θυμὸν ἄφρονος εἰς πρόσκομμα. Mox περὶ τοὺς πότους Nov. perperam.

(34) *Παραπεσοῦσα.* Fragmentum ms. H. παρεμπεσοῦσα. SYLBURG. — Athenæus lib. VIII : Εὐωχίας quidem non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quo vocabulo indicatur « alimentum, » nuncuparunt, sed quod in iis « recte » omnia « fierent. » Nam ad epulas convenientes, primum deos venerabantur, deinde ad animi remissionem ac hilaritatem se traducebant, potionem τὴν μέθην appellantes. Paulo post, « sub nomine benevolentiæ, » Gr. φιλοτησίας ὀνόματι· ubi alludit Clemens ad morem Græcorum. Suidas : Φιλοτησία, φιλία, δεξίωσις· φιλοτησίαν προπίνειν ἐστὶν, ἡνίκα τις ἐν ἀρίστῳ ἀπὸ τῆς φιάλης πιὼν, μέρος τὸ λοιπὸν παράσχῃ φίλῳ. « Philotesias dicunt invitationes amicitiæ gratia factas, cum quis ex phiala partem bibens, reliquum amico porrigit. » Idem mos Græciæ regibus die, qui Φιλοτησία dicebatur. Hesychius hanc adhibitam φιλοτησίαν post cœnam au-

Digitized by Google

modum enim nemo, qui sapit, æquum censuerit claudere oculos, priusquam eat dormitum; ita nec rationem abesse a convivio quis recte voluerit, neque ante res gerendas eam præsopire recte instituerit. Sed neque poterit unquam Ratio, seu Verbum, a familiaribus suis desistere, nec si dormiamus quidem : ea enim ad somnum est advocanda. Perfecta enim sapientia, quæ est divinarum et humanarum rerum scientia, quæ universa complectitur ac continet, quatenus gregis hominum curam gerit, ars vitæ efficitur, et ea ratione, quandiu vivimus, simul adest perpetuo, proprium semper munus, nempe ut bene vivamus, obiens. Miseri autem, qui e convivio temperantiam exigunt, intemperantiam in compotationibus, ✠ vitam esse beatam existimant. Quorum vita quidem nihil est aliud quam comessatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, otium, potus. Videre ergo licet aliquos eorum semimortuos, cespitantes, in collis coronas habentes, non secus ac amphoras, inter se invicem sub benevolentiæ nomine despuentes merum; alios autem plenos crapula, sordidatos, in vultu pallentes et lividos, et hesternæ temulentiæ adhuc aliam infundentes temulentiam. Bonum, bonum est, o amici, ut cum hanc imaginem simul ridiculam et miserabilem eminus et quam longissime ab ea didicerimus, nos ipsos ad id, quod est melius, componamus et effingamus, timentes ne forte nos quoque aliis simile spectaculum fiamus, et ridiculi evadamus. Præclare profecto dictum est : « Fornacem » quidem « inter tingendum probare ferri aciem, vinum autem cor superborum [a]. » Et est quidem ebrietas, usus vini vehementior. Debacchatio vero, quæ Græce est παροινία, ex nimio vini usu immodestia. Crapula autem, quæ propter ebrietatem accipitur molestia et fastidium : quæ κραιπάλη Græce dicta est, eo quod « caput vibret » et exagitet. Hanc vitam (si quidem vita est appellanda, quæ est ignava et otiosa, libidini et voluptati dedita, ex nimio vino

εὖ φρονῶν, πρὶν ἢ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι, ἀξιώσειε μύειν· οὕτως οὐδὲ τὸν λόγον ἀπεῖναι τοῦ συμποσίου ὀρθῶς ἂν τις βουληθείη, οὐδὲ προκατακοιμίζειν αὐτὸν τῶν πράξεων ἐπιτηδεύσαι ἂν καλῶς· ἀλλ' οὐδὲ ἀφίστασθαί ποτε δυνήσεται τῶν οἰκείων ὁ Λόγος αὐτοῦ οὐδ' ἂν καθεύδωμεν· καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν ὕπνον παρακλητέον· τελεία γὰρ ἡ σοφία (35), θείων οὖσα καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιστήμη, ἐμπεριλαβοῦσα τὰ ὅλα κατ' ἐκεῖνο, καθ' ὃ ἂν (36) ἐπισκοπῇ τὴν ἀνθρώπων ἀγέλην, τέχνη γίνεται περὶ βίον· καὶ ταύτῃ πάντῃ συμπάρεστιν, ἐφ' ὅσον βιοῦμεν, ἀεὶ τὸ ἴδιον ἔργον ἐκτελοῦσα, τὴν εὐζωΐαν. Οἱ δὲ κακοδαίμονες, οἱ ἀπελαύνοντες σωφροσύνην εὐωχίας, μακαριστὸν ἡγοῦνται βίον τὴν ἀκρασίαν τὴν περὶ τὰ συμποσία· ὧν ἐστι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλο ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος. Ὁρᾷν γοῦν ἔστιν αὐτῶν τινας ἡμιμεθεῖς (37), σφαλμένους, περὶ τοῖς τραχήλοις ἔχοντας στεφάνους, ὥσπερ τοὺς ἀμφορεῖς, διαπυτίζοντας ἀλλήλοις τὸν ἄκρατον φιλοτησίας ὀνόματι· ἄλλους δὲ πλήρεις κραιπάλης, αὐχμῶντας, ὠχριῶντας τὰ πρόσωπα, πελιδνούς· καὶ ἔτι ἐπὶ τῇ χθιζῇ μέθῃ ἄλλην εἰς ἓω αὖθις ἀναντλοῦντας μέθην. Καλόν, ὦ φίλοι, καλόν, καταμαθόντας ὅτι μάλιστα πόρρωθεν τὴν εἰκόνα ταύτην, τὴν γελοίαν ἅμα καὶ ἐλεεινὴν, σφᾶς αὐτοὺς πρὸς τὸ ἄμεινον σχηματίζειν, ὁρῥωδοῦντας μὴ ἄρα πη καὶ ἡμεῖς παραπλήσιον θέαμα τοῖς ἄλλοις κἀὶ (38) γέλως γενώμεθα. Ἀστείως ἄρα εἴρηται· ὡς ἄρα « κάμινος (39) μὲν δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ, οἶνος δὲ καρδίαν ὑπερηφάνων. » Μέθη μὲν οὖν ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτέρα· παροινία δὲ, ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία· κραιπάλη δὲ, ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ δυσαρέστησις καὶ ἀηδία, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν (40) ὠνομασμένη. Τοῦτον τὸν βίον (εἰ βίον καλεῖν χρὴ, ῥᾴθυμον ὄντα, καὶ περὶ τὰς ἡδυπαθείας κεκινημένον, καὶ περὶ τὴν οἰνοφλυγίαν ἐπτοημένον) ἡ θεία Σοφία ὑφορωμένη, παραγγέλλει τοῖς αὐτῆς (41) τέκνοις· « Μὴ ἴσθι οἰνοπότης· μηδὲ ἐκτείνου συμβολαῖς κρεῶν ἀγορασμοῖς· πᾶς γὰρ μέθυσος καὶ πορνοκόπος πτω-

probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. » Sic quoque Glossarium vetus, de ferramentis : « Ferrum durum, » στόμωμα. Alibi : Στομῶ, « ferrumino; » στόμωμα, « ferramen; » στομωτής, « indurator. » In Lexico alio, « ferrumen, » στόμωμα, rectius. Plinius lib. xxxvi, c. 22, « aciem » appellat, quæ vox Gallicæ vicina est. Alii « duritiem mucronis » intelligunt. Jansenius : « Ignis probat et exhibet gladium acutum; quemadmodum ferrum, quod si non tingeretur in aqua, non tantam haberet duritiem; sic vinum corda superborum exhibet, dum illa vino madefiunt : nam et illa fiunt ad nocendum promptiora. » Vel certe quod, ut ait Horat. *De arte poetica*,

Reges dicuntur magnis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant.

COLLECT.

(40) *Κάρα πάλλειν.* Hesychius ad hoc etymon allusit : Κραιπάλη ἡ ἀπὸ τῆς μέθης κεφαλαλγία. Item Suidas, a quo κραιπάλη dicitur, ὁ ἐκ πολλῆς οἰνώσεως παλμός· ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας.

(41) *Αὐτῆς.* Αὐτοῖς Reg. Mox, χρεῶν τε p. o χρεῶν,

✠ P. 182 ED. PÖTTER, 154-155 ED. PARIS.

[a] Eccli. xxxi, 31.

ctor est. *Antiquitat. conviv.* lib. III, cap. 10. Tale illud Didonis apud Virgilium, *Æneid.* IV :

Dixit et in mensa laticum libavit honorem,
Tum Bitiæ dedit increpitans : ille impiger hausit
Spumantem pateram, et pleno se proluit ore.

COLLECT.

(35) *Σοφία.* Conf. quæ de hac definitione dicentur infra, *Strom.* I, p. 284. Eamdem iterum tradit auctor *Strom.* IV, 4; VI, 15, 17; VII, 12.

(36) *Ἐμπεριλαβοῦσα τὰ ὅλα κατ' ἐκεῖνο, καθ' ὃ ἀν.* Ἐμπεριλαβοῦσα μὲν ἐκεῖνο κσθ' ὃ... Fragmentum ms. H. In Flor. edit. antique scriptum τὸ ὅλο pro quo et τὸ ὅλον legi posse adnotat A. SYLBURG. Mox, περὶ τὸν βίον, Nov.

(37) *Ἡμιμεθεῖς.* « Semiebrios. » Hervetus vertit « semimortuos, » ἡμιθανεῖς. Mox, σφαλμένους pro σφαλλομένους, Nov. De philotesiis conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. IV, c. 20.

(38) *Καὶ.* Abest a Nov.

(39) *Κάμινος.* Locus est Ecclesiastici XXXI, 31. Ubi in Antuerpiensi edit. : Ἐν καρδίᾳ ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ· at in Romana ut apud Clementem : Καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων. Latina vulgata : « Ignis

χεύσει· καὶ ἐνδύσεται διερρηγμένα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης. » Ὑπνώδης γὰρ πᾶς ὁ μὴ εἰς σοφίαν ἐγρηγορῶν, ἀλλὰ ὑπὸ μέθης βαπτιζόμενος εἰς ὕπνον· « Καὶ διερρωγότα, φησὶν (42), ἐνδύσεται ὁ πάροινος, ἐπαισχυνθήσεταί τε τῇ μέθῃ διὰ τοὺς κατοπτεύοντας. » Ὀπαὶ γὰρ ἁμαρτωλοῦ, τὰ διερρωγότα τοῦ ὕφους τοῦ σαρκικοῦ, φιληδονίαις κατατετρημένα· δι' ὧν ἡ αἰσχύνη ἔνδοθεν τῆς ψυχῆς ἐπιθεωρεῖται, ἡ ἁμαρτία, δι' ἣν οὐδὲ σωθήσεται ῥᾳδίως τὸ ὕφος τὸ ἀπεσπασμένον πάντοθεν, εἰς πολλὰς καταστηπόμενον ἐπιθυμίας, τὸ ἀπεσχισμένον τῆς σωτηρίας. Ταύτῃ νουθετικώτατα ἐπιφέρει· « Τίνι οὐαὶ, τίνι θόρυβος, τίνι κρίσεις, τίνι ἀηδεῖς (43) λέσχαι, τίνι συντρίμματα διακενῆς; » Ὁρᾶτε ὅλον διερρωγότα τὸν φίλοινον, ὃς παρορᾷ μὲν τὸν Λόγον αὐτὸν, ἔκδοτον δὲ ἑαυτὸν συνεχώρησεν τῇ μέθῃ· ὅσα τούτῳ ἠπείλησεν ἡ Γραφή. Καὶ πάλιν ἐπιφέρει τῇ ἀπειλῇ· « Τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; οὐ τῶν ἐγχρονιζόντων ἐν οἴνοις (44); οὐ τῶν ἰχνευόντων ποῦ πότοι γίνονται; » Ἐνταῦθα μὲν καὶ νεκρὸν ἤδη τῷ Λόγῳ τὸν φιλοπότην ἀποφαίνεται διὰ τῶν « ὀφθαλμῶν τῶν πελιδνῶν, » ὃ τοῖς νεκροῖς σημεῖον ἐπιφαίνεται, τὸν ἐν Κυρίῳ θάνατον αὐτῷ καταγγείλασα· ἡ γὰρ ἀμνηστεία τῶν εἰς τὴν ἀληθῆ συντεινόντων ζωὴν ἐπὶ τὴν φθορὰν ῥέπει. Εἰκότως οὖν στερρότατα ὁ Παιδαγωγὸς ἀπαγορεύει, τῆς ἡμετέρας κηδόμενος σωτηρίας, « Μὴ πίνετε (45) οἶνον ἐπὶ μέθῃ. » Διὰ τί, πεύσῃ; « Ὅτι, φησὶ, τὸ στόμα σου τότε λαλήσει σκολιά· κατάκεισαι δὲ ὥσπερ ἐν καρδίᾳ θαλάσσης, καὶ ὥσπερ κυβερνήτης ἐν πολλῷ κλύδωνι. » Ἐντεῦθεν καὶ ἡ ποιητικὴ ὠφελημένη λέγει·

hallucinans) divina suspiciens Sapientia, præcipit suis filiis : « Ne sis vini potor, nec stipem extendas ad emptiones carnium. Omnis enim ebriosus et fornicator mendicabit, et induetur laceris et pannosis omnis somnolentus [a]. » Somnolentus enim est quisquis ad sapientiam non vigilat, sed ab ebrietate in somnum demergitur. « Et laceris, inquit, induetur debacchator, et per ebrietatem pudore afficietur, propter eos qui aspiciunt. » Peccatoris enim foramina sunt partes vestis carnalis laceratæ, seu perforatæ libidinibus : per quas dedecus intra animam cernitur, nempe peccatum, propter quod non facile servabitur vestis, quæ undecunque divulsa est et dilaniata, multis scilicet marcescens cupiditatibus, a salute separata ac discissa. Unde illud, quod efficacissime nos admonet, subjungit : « Cui væ, cui tumultus, ✠ cui judicia, cui injucundæ loquelæ, cui contritiones supervacuæ [b]? » Videte vinosum totum dilaceratum, qui ipsum quidem Verbum despicit, seipsum autem tradidit et permisit ebrietati : quot et quanta ei Scriptura minata est. Minis autem his rursus subjungit : « Cujus sunt lividi oculi? an non eorum qui in vinis tempus consumunt? an non eorum qui investigant, ubi fiant potationes [c]? » Hic quidem eum qui potu nimio delectatur, etiam Verbo mortuum esse ostendit per « liventes oculos, » quod est signum mortuorum : eam videlicet quæ est in Domino, mortem ei annuntians. Oblivio enim eorum quæ ad veram vitam pertinent, vergit ad interitum. Jure ergo Pædagogus vehementissime prohibet, nostræ salutis curam gerens : « Ne bibite vinum ad ebrietatem. » Quamobrem? rogabis. « Quoniam, inquit, os tuum tunc loquetur perversa. Jaces autem tanquam in corde maris, et tanquam gubernator in multis fluctibus [d]. » Ex hoc etiam adjuta dicit poetica :

Οἶνος (46) *θ', ὃς πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας*
Ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα Βορέης ἠὲ Νότος.

Vinum hominum veniens, velut ignis corda furore
Pellit, ceu Libyci fluctuat unda maris
Quam Notus aut Boreas agitant.....

✠ P. 183 ED. POTTER, 156 ED. PARIS. [a] Prov. XXIII, 20, 21. [b] Ibid., 29. [c] Prov. XXIII, 29, 30. [d] Ibid. 33, 34.

Bib. Græc. Dein, διερρήγμενα pro διαρρηγνύμενα, Nov. Mox, καὶ ῥακώδη abest a Nov., Bod., Reg. Paulo post, ἐγρηγορώς pro ἐγρηγορῶν Nov.

(42) *Φησίν.* Sc. Salomon, loco superius memorato. Hæc porro non sunt Scripturæ verba, ut hactenus quidem existimata sunt, sed Clementis.

(43) *Τίνι ἀηδ.* Proverb. XXIII, 29, apud Clement. : Τίνι ἀηδεῖς λέσχαι. At apud LXX : Τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; « cui tristitiæ et ineptiæ. » COLLECT.

(44) *Οἴνοις.* Οἴκοις Reg. perperam.

(45) *Μὴ πίνετε.* Clementis verba sensum Prov. XXIII, 20, 21 exhibentis. Simile est, quod dicit Joel I, 5 : Θρηνήσατε πάντες οἱ πίνοντες οἶνον εἰς μέθην. Mox, κατακείσῃ pro κατάκεισαι δέ, Bib. Græc. Dein, κυβερνῆτις pro κυβερνήτης, Nov.

(46) *Οἶνος.* Versus, qui sequuntur, duorum poetarum esse vidit interpres Hervetus : qui primi loci finem fecit post Βορέης ἠὲ Νότος· et pro τὰ δέ reposuit καὶ πάλιν, sequentia continuat, tanquam ejusdem poetæ verba, sed fallitur. Aliam interpolationem discimus e Stobæo, titulo 18, *De incontinentia :* ibi enim tertii acroteleution, et quartus, ita leguntur :

..... Τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
Βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

Ut πάντα, quod est ante φαίνει, subrepserit, vel e sequenti loco, vel aliunde. Sequens autem locus, οἶνου repetitione ita interpolari posset :

Καὶ πάλιν·
Οἶνος ἁμαρτοεπὴς, οἶνος μεθύουσιν ὄλισθος,
Οἶνος ψυχαπάτης.....

Sed nec conjecturæ hic indulgeo, nec cujus iste locus sit compertum habeo. Priorem Stobæus tribuit Eratostheni. Hemistichium autem illud, Βορέης ἠὲ Νότος, legitur etiam apud Homerum : anapæsto pro dactylo usurpata, ut et apud Virgil. *Fluviorum rex Eridanus.* SYLBURG.—Versus non Sapphus, neque poetriæ ullius, sed Eratosthenis sunt, apud Athenæum lib. II *Dipnosoph.* « Quod enim, inquit, scripsit poeta Cyrenæus, *Est eadem vini,* » etc. Ubi interpres Callimachum putat citari, cum sit apud Stobæum titul. 18 Eratosthenis nomen, licet communis ei sit cum Callimacho patria, ποιητικήν dixit, non feminam indicans : nam et alibi citans Menandrum, idem verbum usurpat. In Græco Clementis scribe ἄνδρα non ἄνδρας. Deinde ita hæc : Βορέης ἠὲ Νότος, τάδε τοι κεκρυμμένα φαίνει· vel trajecta dictione, τάδε πάντα κεκρυμμένα φαίνει. Senarium vero de vino allatum ab Herveto tanquam Euripidis, apud Athenæum lib. X repertum, Æschylo vindicat Stobæus, licet Erasmus auctor erroris sit in proverbio : « In vino veritas. » De de-

Digitized by Google

Et rursus :

Abscondita mentis
Vinum errans verbis aperit, dirum usque bi-
[bentis
Vinum quod mentes fallit :.....

et quæ sequuntur. Videtis naufragii periculum : cor quidem multo potu obruitur, excessum autem temulentiæ maris minis comparavit, in quo corpus, tanquam navis, demersum, turpitudinis profundum subiit ac dedecoris, decumanis vini fluctibus obrutum. Gubernator autem, mens scilicet humana, supereminentis ebrietatis fluctu circumagitur, et in mari versans caligat propter procellæ tenebras, et a portu veritatis aberrat, donec, in saxa sub mari latentia irruens, seipsum in voluptates impactum perdiderit. Merito ergo Apostolus ✠ quoque præcipit : « Ne inebriemini vino, in quo est multa luxuria : » « non » posse « servari » ebrietatem per ἀσωτίαν, quæ Græce *luxuria* est, significans [a]. Nam etsi aquam vinum in nuptiis fecerit[b], non tamen permisit inebriari : verum quod erat aqueum in sensu legis vivificavit, cum operatorem ex Adam, universum scilicet mundum, replevit sanguine, et potum vitis veritatis, nempe temperamentum veteris legis et Verbi novi, ad **68** præstituti temporis complementum, pietati præbuit. Mysticum ergo signum sancti sanguinis vinum Scriptura nominavit. Temulentiæ autem incommoda reprehendens : « Intemperans, inquit, res est vinum, et injuriosa res ebrietas. [c] » Placet ergo rectæ rationi, ut hieme quidem propter rigorem eousque bibant, dum non rigeant ii, qui sunt ad rigendum proclives ; altero autem tempore, propter medelam intestinorum. Quemadmodum enim cibo, ut non esurias, ita etiam potu, ne sitias, utendum est, diligenter cavendo, ne labamur. « Res est enim admodum periculosa vini ingressio. » Ita autem fuerit anima nostra pura, sicca et luminosa. Ipsa autem sicca anima,

A Τὰ δὲ καί (47) ·

Κεκρυμμένα πάντα φαίνει
..... ἁμαρτοεπὴς οἶνος · μεθύουσιν ὄλισθος
Οἶνος ψυχαπάτης ·

καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁρᾶτε τοῦ ναυαγίου τὸν κίνδυνον· περικλύζεται μὲν ἡ καρδία πολυποσίᾳ · τὸ δὲ πλῆθος τῆς οἰνοφλυγίας, θαλάττης εἶχασεν (48) ἀπειλῇ, ἐν ᾗ βεβυθισμένον τὸ σῶμα, ὥσπερ ναῦς, δέδυκεν εἰς βυθὸν ἀκοσμίας, ταῖς τοῦ οἴνου τρικυμίαις ἐπικεχωσμένον· ὁ δὲ κυβερνήτης, ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, περιφέρεται τῷ κλύδωνι ὑπερεχούσης τῆς μέθης, ἐνθαλαττεύων τε, εἰλιγγιᾷ τῷ ζόφῳ τῆς καταιγίδος, τοῦ τῆς ἀληθείας ἀστοχήσας (49) λιμένος · ἕως. ἀντιπεριπεσὼν ὑφάλοις πέτραις αὐτὸς αὑτὸν ἐξοκείλας
B εἰς ἡδονὰς διαφθείρῃ. Εἰκότως οὖν καὶ ὁ Ἀπόστολος παραγγέλλει· « Μὴ μεθύσκεσθε (50) ἐν οἴνῳ, ᾧ ἐστιν ἀσωτία πολλή · » τὸ ἄσωστον τῆς μέθης διὰ τῆς ἀσωτίας αἰνιξάμενος. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ὕδωρ οἶνον ἐν τοῖς γάμοις πεποίηκεν (51), οὐκ ἐπέτρεψε μεθύειν· τὸ δὲ ὑδαρὲς τοῦ φρονήματος ἐζωοποίησε τοῦ νόμου, τὸν ἐργάτην ἐξ Ἀδὰμ (52), τὸν κόσμον ὅλον, αἵματι πληρώσας, ἀμπέλου ποτὸν ἀληθείας, τὸ κρᾶμα τοῦ νόμου τοῦ παλαιοῦ καὶ τοῦ Λόγου τοῦ νέου εἰς συμπλήρωσιν τοῦ χρόνου τοῦ προκατηλλαγμένου θεοσεβείᾳ παρασχών. Μυστικὸν ἄρα σύμβολον ἡ Γραφὴ αἵματος (53) ἁγίου οἶνον ὠνόμασεν· τὴν δὲ ἐκ τοῦ οἴνου ἐωλοκρασίαν διελέγχουσα, « Ἀκόλαστον οἶνος, » φησὶ, « καὶ ὑβριστικὸν μέθη. » Ἀρέσκει τοίνυν τῷ λόγῳ τῷ ὀρθῷ, χειμῶνος μὲν διὰ τὸ κρύος πίνειν,
C μέχρι τοῦ μὴ ῥιγοῦν, οἷς εὐχερὲς τὸ ῥιγοῦν· τοῦ δὲ ἄλλου καιροῦ, διὰ τὴν τῶν ἐντοσθιδίων θεραπείαν. Ὡς γὰρ τροφαῖς ἐπὶ τὸ μὴ πεινῇν, οὕτως (54) καὶ ποτῷ ἐπὶ τὸ μὴ διψῇν χρηστέον, παραφυλάττοντας τὸν ὄλισθον ἀκριβῶς· « Ἀκροσφαλὴς γὰρ ἡ τοῦ οἴνου (55) παρείσδυσις. » Οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαρὰ, καὶ ξηρὰ, καὶ φωτοειδής· Αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη (56), καὶ ἀρίστη· ταύτῃ δὲ

✠ P. 184 ED. POTTER, 156-157 ED. PARIS. [a] Ephes. v, 18. [b] Joan. II. [c] Prov. xx. 1.

cumanis fluctibus, vide Junium centuria 6, proverb. 77. COLLECT.

(47) *Kal.* Abest a Reg. et Nov.

(48) *Εἴκασεν.* Nempe Salomon, loco jam memorato

(49) Ἀστοχήσας. Ἀποστοχήσας Bod. Mox scribe, αὐτὸς αὑτὸν ἔξοκ.

(50) *Μὴ μ.* Rectius vulgata Bib. Ephes. v, transposita præpositione, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ. SYLBURG.— Mox, πολλὴ abest a Bib.

(51) *Πεποίηκεν.* Subaudiendum ὁ Κύριος. Ib.

(52) *Ἐξ Ἀδάμ.* Τὸν ἐξ Ἀδάμ, repetito articulo, Pal. ms. Ib.

(53) *Σύμβολον.... αἵματος.* « Symbolum sanguinis, » non est ipse sanguis. Mox, διελέγχουσαν pro διελέγχουσα, Bod.

(54) *Οὕτως.* Οὕτω Nov. Dein, παρείσευσις pro παρείσδυσις, idem corrupte.

(55) *Τοῦ οἴνου.* Si contracte legamus τῶνου, melius constabit metrum. SYLBURG.

(56) *Οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαρὰ καὶ ξηρὰ καὶ φωτοειδής· αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη.* Hervetus correxit in libro suo αὐτὴ δὲ ψυχή. Apud Stobæum tit. *De temperantia* ex Heraclito profertur hæc sententia : Ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου σφαλλόμενος, ὑγρὴν ψυχὴν ἔχων. Αὕη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. « Vir inebriatus vacillat, et ab impubere puero ducitur, animam habens humidam. Est autem anima sicca sapientissima et optima. » Apud eumdem titul. 17 *De continentia*, ex Musonio citatur dictum illud, sed legitur αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη. At in manuscripto Regiæ correctum est αὖη ψυχή. Reperitur et apud Plutarchum eadem sententia lib. *De oraculorum defectu*, et *De esu carnium* : sed utrobique legendum putat αὖη ψυχή Henricus Stephanus. Αὐγὴ tamen retinetur a Mercuriali *Var. lection.* lib. IV, cap. 2, quo modo apud Galenum scriptum est. Scaliger in Varronem, interpretans illud Afranii : *Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria* : « Potest hic dicta esse sicca pro sobria, ut apud Plautum in *Asinaria* et Ciceronem in *Academicis*, sicci homines pro sobriis, sicuti madidus et madulsa pro ebrio. Ita enim Græce ξηρόν. Pindarus apud Plutarchum *Περὶ σαρκοφαγίας* · Αὐγὰ ξηρὰ ψυχὰ σοφωτάτα, et Athenæus lib. II ξηρὰν τροφὴν vocat abstemiam. » Sed Scaligerum fefellit vitiosus codex, qui Pindaro tribuit Heraclitu dictum. At apud Eusebium lib. VIII *Præparat. evang.* cap. 5 : Λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι, δι' ὃ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν· Οὐ γῆ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Legendum

Digitized by Google

καὶ ἐποπτική· οὐδέ ἐστι κάθυγρος ταῖς ἐκ τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεσι, νεφέλης δίκην σωματοποιουμένη. Οὐ πολυπραγμονητέον τοίνυν τὸν οἶνον τὸν Χῖον, ἂν ἀπῇ· οὐδὲ τὸν Ἀριούσιον (56*), ὅταν μὴ παρῇ. Δίψα γὰρ ἐνδείας τινός ἐστι πάθος καὶ τὸ κατάλληλον ἐπιζητεῖ βοήθημα πρὸς ἀναπλήρωσιν, οὐ τετυφωμένον ποτόν (57). Πλαδώσης δὲ ὀρέξεως δι' ἀκρασίαν αἱ διαπόντιοι οἰνηγίαι, παραφρονούσης, καὶ πρὸ τῆς μέθης, περὶ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς. Θάσιός τε γὰρ (58), καὶ ὁ εὐώδης, καὶ ὁ εὔπνους Λέσβιος, καὶ Κρής τις γλυκὺς, καὶ Συρακούσιος ἡδὺς, καὶ Μενδήσιός τις Αἰγύπτιος, καὶ ὁ νησιώτης Νάξιος, καὶ ἀνθοσμίας (59) τις ἄλλος τῆς Ἰταλῶν γῆς· πολλὰ ταῦτα ὀνόματα· σώφρονι συμπότῃ οἶνος εἷς, ἑνὸς γεώργιον Θεοῦ. Τί γὰρ οὐκ ἀπόχρη ὁ ἐπιχώριος ἐπιπληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν; εἰ μή τι καὶ τὸ ὕδωρ ἐποίσονται, ὡς οἱ βασιλεῖς (60) οἱ ἀνόητοι. Χοάσπης ποταμὸς οὕτω λεγόμενος τῆς Ἰνδικῆς, οὗ κάλλιστον ὕδωρ εἰς πόσιν τὸ Χοάσπιον· καθάπερ καὶ τοὺς φίλους (61), οὕτω δὲ καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαγόμενον. Ταλανίζει τοὺς πλουσίους εἰς τρυφὴν κάνταῦθα τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διὰ τοῦ Ἀμὼς ἐκφωνῆσαν· « Οἱ πίνοντες (62) τὸν δεδυλισμένον οἶνον, καὶ ἐπὶ κλίνης ἐλεφαντίνης, » φησὶ, « κατακείμενοι· » καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθα ἐν ὀνείδους ἐπήγαγεν μέρει. Προνοητέον δὲ μάλιστα τῆς εὐσχημοσύνης, (ἧ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν (63) φησὶν ὁ μῦθος, ἥτις ποτὲ ἦν, προμηθουμένην αὐτῆς; τῶν αὐλῶν ἀποῤῥῖψαι τὸ ἐπιτερπὲς, διὰ τὸ ἀπρεπὲς τῆς ὄψεως·) ὡς ἀδιαστρόφως τῷ προσώπῳ πιεῖν, μὴ ἄδην σπά-

est sapientissima et optima: adeoque etiam contemplationi apta, nec ex iis, quæ ex vino ascendunt, exhalationibus madefacta, instar nubis in molem corpoream cogitur. Non est ergo vinum Chium magna cura requirendum, si absit: nec Ariusium, si non adsit. Sitis enim est alicujus indigentiæ affectio, et ad eam explendam quærit conveniens auxilium, non autem vinum ardens ac fumosum. Languescentis autem et imbecillæ per intemperantiam appetitionis sunt ✠ transmarinæ vini importationes, desipiente in desideriis animo, vel ante ebrietatem. Nam et Thasium, itemque odoriferum, et suaviter spirans Lesbium, et quoddam suave Creticum, et dulce Syracusium, et Mendesium quoddam Ægyptiacum, et insulare Naxium, et aliud quoddam fragrans ex Italia; multa quidem hæc nomina: moderato autem convivæ vinum unum, quod ex unius Dei agricultura provenit. Quid enim, an non vinum in sua patria natum, cuique sufficit, ad suam explendam cupiditatem? Nisi forte etiam aquam sunt importaturi, quemadmodum stulti reges. Choaspes fluvius est Indiæ sic dictus, cujus est ad potum optima aqua Choaspia. Quemadmodum autem vinum vinosos, ita quæ assumitur aqua, sui efficit amantes. Divites autem miseros et hic pronuntiat Spiritus sanctus, per Amos elocutus: « Qui bibunt vinum percolatum, et super lectum, » inquit, «sedent eburneum[a]:» et quæcunque his similia probri loco subjunxit. Decoris autem cura est ma-

✠ P. 185 ED. POTTER, 157 ED. PARIS. [a] Amos, VI, 4, 6.

videtur censuisse, aut legisse interpres ἀὴρ ξηρή, ita enim vertit: « Aer siccior, anima prudentior, atque melior. » Hæc tam diversa viris doctis dijudicanda relinquimus. COLLECT.

(56*) *Ἀριούσιον.* In vetere exemplari, quod solum habui cum hunc pium gravemque scriptorem excudendum darem, scriptum offendi οὐδὲ τὸν Ἀρεθούσιον, ὅταν μὴ παρῇ; correxi Ἀριούσιον. Plures autem antiqui auctores Ariusii vini ut optimi mentionem fecerunt. Plutarchus in commentario, quo disputat de vita ab Epicuro laudata, et Strabo in 14, qui narrat a loco nomen hoc illi impositum, cum ager quidam asper Chii insulæ Ariusius appellatus ferat vinum optimum omnium vinorum Græcorum. Athenæus quoque in *Epitome* lib. I, necnon etiam Galenus, Virgilius quoque meminit hujus vini in pastorali carmine: ita namque in vetustissimis exemplaribus legitur versus ille:

Vina novum fundam calathis Ariusia nectar.

Inveni quoque libros calamo exaratos, in quibus sit « Arethusia. » P. Victorius lib. XV, cap. 24 *Var. lectionum.* In excuso typus est, οὐδὲ τὸν Ἀριούσιον. Sic et videtur voluisse vertere Hervetus in hac secunda editione, sed omissa est correctio ab amanuensi. COLLECT. Ἀρεθούσιον habent Nov. Reg. Bod. Verumtamen Ἀριούσιον omnino retineri debet: quod vini Chii species est. Athenæus lib. I, cap. 25: Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος. « Ante reliqua, Chio gratia est: præsertim ei, quod Ariusium vocatur. » Ibidem, et in capitibus proxime superioribus, de reliquis vini speciebus fusius agit. Conf. Julius Pollux lib. VI, cap. 2. Ejus porro verba, quæ ad rem nostram præcipue spectant, hæc sunt: Χῖος, καὶ ὁ τούτου ἄριστος, ἀριστειος, ἀριστούσιος. Scribe, Clemente et Athenæo auctoribus, ὁ τούτου ἄριστος, Ἀριούσιος. « Hujus vini species optima, Arius.a. » Corruptio a vicinia et similitudine τοῦ ἄριστος, nata videtur.

(57) *Τετυφωμένον ποτόν.* Hoc est, « vinum fastum præ se ferens: » scilicet, quod rarum sit, et nec facile, nec sine magno pretio comparari possit. Eodem sensu hac voce usus est sub finem cap. 3 hujus libri, ubi reprehendit « divites mulieres, quod ex auro facerent urinæ et excrementorum receptacula, » ὡς μηδὲ ἀποτρίψασθαι ἐξὸν..... μὴ τετυφωμένως, « ut ne egerere quidem eis liceat absque fastu et superbia. »

(58) *Γάρ.* Abest a Reg. et Bod. Mox, *καί* abest a Nov.

(59) *Ἀνθοσμίας.* Quidam hoc nomen ducunt a loco Anthosmio, alii ab « odore. » Quomodo præparari debeat, Phanis Eresius docet apud Athenæum lib. I, cap. 24.

(60) *Οἱ βασιλεῖς.* Reges Persarum intelligit. Porro in margine Reg. et Bod. aliquis hoc scholium adnotavit: Ἱστορεῖ τοῦτο Ἡρόδοτος περὶ τῶν Περσῶν βασιλέων, καὶ ἄλλοι πολλοί.

(61) *Καθάπερ καὶ τοὺς φίλους.* A cum Herveto interprete legi, καθάπερ καὶ ὁ οἶνος φιλοίνους ποιεῖ. SYLBURG.—Alii scribunt, καθάπερ καὶ τοὺς φίλους ὁ οἶνος.

(62) *Οἱ πίνοντ.* Amos VI, 4: Οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλιτῶν ἐλεφαντίνων. Dein 6: Οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον. Quæ Clemens conjunxit.

(63) *Ἣ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν.* Καὶ γὰρ τὴν Ἀθ. Nov. non male. Apollodor. lib. I, cap. 4, 2: Οὗτος (Μαρσύας) γὰρ, εὑρὼν αὐλοὺς, οὓς ἔῤῥιψεν Ἀθηνᾶ διὰ τὸ τὴν ὄψιν αὐτῆς ποιεῖν ἄμορφον, ἦλθεν εἰς ἔριν περὶ μουσικῆς Ἀπόλλωνι. « Marsyas enim, cum tibias invenisset, quas Minerva abjecerat quod ejus vultum deformem efficerent, Apollinem de musica provocare non dubitavit. » Hinc Pausanias in *Atticis* memorat Minervæ statuam τὸν Μαρσύαν Σειληνὸν παιούσης, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐῤῥίφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης. « Marsyam Si-

Digitized by Google

xime gerenda (cujus etiam Minervam, quæcunque ea fuerit, curam gerentem dicit fabula, tibiarum abjecisse delectationem, propterea quod id esset aspectu indecorum); ut nimirum vultu stabili ac minime distorto bibamus, non nimis avide attrahentes, nec antequam biberimus, oculos indecore se gerere cogentes, præ intemperantia inconvenienter haurientes, ut mentum non conspergamus, nec vestem madefaciamus, dum potus simul totus infunditur, faciem nostram phialis proluentes, atque adeo propemodum obruentes. Etenim susurrus, dum potus magno impetu fertur, et plurimo spiritu attrahitur, perinde ac si in vas fictile infundatur, editus, gutture resonante per rapidam ingurgitationem, turpe est et indecorum intemperantiæ spectaculum. Accedit his, quod ei quoque est damnosum, qui illo utitur, potus studium. Ne ad id, quod tibi damnum affert, o amice, festinaveris. Non eripitur tibi potus, tibi datus est, et te exspectat: ne disrumpi festinaveris, ingenti hiatu attrahens. Impletur tua sitis, etsi tardius biberis, honeste ac decore te gerens, dum potus, ut decet, per partes dividitur. Non enim tempore auferetur, quod præripitur ab intemperantia. « In vino, » inquit, « ne te ✠ virum fortem præbeas: multos enim vinum reddit inutiles [a]. » Ebrietate autem maxime utuntur Scythæ, Celtæ, Iberi, et Thraces, quæ universæ sunt bellicosæ gentes: pulchrumque ac beatum vitæ studium se exercere putant. Nos autem, qui sumus genus pacificum, ad usum, non ad petulantiam convivantes, sobriis haustibus amicitiæ ergo bibimus, ut reverà convenienter nomini ostendantur amicitiæ. Quomodo Dominum bibisse existimatis, quando propter nos homo factus est? adeone impudenter, ut nos? an non honeste ac tem-

A σαντας, μηδὲ πρὸ πόσεως (64) τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀσχημονεῖν ἀναγκάζοντας, ἀμυστὶ ἕλκοντας ὑπὸ ἀκρασίας, μηδὲ περιχεῖν τὸ γένειον, ἢ τὴν ἐσθῆτα καταβρέχειν, ἀθρόου τοῦ ποτοῦ ἐπιχεομένου, μονονουχὶ ἐμπλύνοντα καὶ ἐναποκλυζόμενον ταῖς φιάλαις τὸ πρόσωπον τὸ αὐτῶν. Καὶ γὰρ ὁ κελαρυσμὸς, ῥαγδαίου τοῦ ποτοῦ φερομένου, σὺν πολλῷ τῷ πνεύματι ἐπισπωμένου, ὥσπερ εἰς κεραμοῦν ἄγγος ἐγχεομένου, ἠχοῦντος τοῦ λαιμοῦ διὰ τὸν ῥοώδη καταβροχθισμὸν, αἰσχρὸν καὶ ἀπρεπὲς τὸ θέαμα τῆς ἀκρασίας. Πρὸς δὲ καὶ ἐπιβλαβὲς τὸ ἐπιτήδευμα τῷ μεταλαμβάνοντι ἡ φιλοποσία. Μὴ σπεύσῃς εἰς βλάβην, ὦ οὗτος· οὐχ ἁρπάζεταί σου τὸ ποτόν· σοὶ δέδοται, καὶ ἀναμένει σε· μὴ διαῤῥαγῆναι σπουδάσῃς, χανδὸν ἑλκύσας· πίμπλαταί σου ἡ δίψα, κἂν βράδιον πίῃς, τὸ κόσμιον B προσλαβοῦσα, κοσμίως καταμεριζομένου τοῦ ποτοῦ· οὐ γὰρ ἁφαιρεῖται τῷ χρόνῳ, ὃ προαρπάζει ἡ ἀκρασία. « Ἐν οἴνῳ δὲ, » φησὶ, « μὴ ἀνδρίζου· πολλοὺς γὰρ ἠχρείωσεν (65) ὁ οἶνος. » Μέθῃ δὲ μάλιστα οἱ Σκύθαι χρῶνται, Κελτοί τε, καὶ Ἴβηρες, καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ξύμπαντα ταῦτα ὄντα γένη· καὶ καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασιν. Ἡμεῖς δὲ, τὸ εἰρηνικὸν γένος, εἰς ἀπόλαυσιν, οὐκ εἰς ὕβριν ἐστιώμενοι, νηφαλίους πίνομεν φιλοτησίας, ἵνα δὴ τῷ ὄντι οἰκείως τῷ ὀνόματι δειχθῶσιν φιλότητες. Πῶς οἴεσθε πεπωκέναι τὸν Κύριον, ὁπηνίκα δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐγένετο; οὕτως ἀναισχύντως ὡς ἡμεῖς; οὐχὶ ἀστείως (66), οὐχὶ κοσμίως; οὐκ ἐπιλελογισμένως; Εὖ γὰρ ἴστε, μετέλαβεν οἴνου καὶ αὐτός· καὶ γὰρ ἄνθρωπος καὶ αὐτός· καὶ εὐλόγησέν γε τὸν οἶνον, εἰπών· C « Λάβετε (67), πίετε· τοῦτό μου (68) ἐστὶν τὸ αἷμα, » αἷμα τῆς ἀμπέλου· τὸν Λόγον, τὸν « περὶ πολλῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » εὐφροσύνης ἅγιον ἀλληγορεῖ νᾶμα (69). Καὶ ὅτι μὲν σωφρονεῖν τὸν πίνοντα δεῖ, δι' ὧν ἐδίδασκε παρὰ τὰς εὐωχίας ἔδειξε

✠ P. 186 ED. POTTER, 158 ED. PARIS. [a] Eccli. xxxi, 30.

lenum cædens, quod tibias, quas ipsa abjici voluerat, sustulisset. » Plutarchus refert Alcibiadem etiam tibias repudiasse, quod ejus faciem deformarent.

(64) *Πρὸ πόσεως.* Hanc lectionem Sylburgio debemus. Codices mss. et impressi πρὸ πόλεως exhibent: sed in Reg. aliquis super λ posuit σ.

(65) *Ἠχρείωσεν.* Ἀπώλεσεν Sirac. Quæ sequuntur, sumpta sunt e Platonis lib. I *De legibus*, p. 777: Μέθης δὲ αὐτῆς πέρι, πότερον ὥσπερ Σκύθαι χρῶνται καὶ Πέρσαι, χρηστέον, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες πολεμικὰ ὄντα ταῦτα γένη, ἢ καθάπερ ὑμεῖς· ὑμεῖς μὲν γὰρ, ὅπερ λέγεις, τὸ παράπαν ἀπέχεσθε· Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες τῷ ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Πέρσαι δὲ σφόδρα μὲν χρῶνται καὶ ταῖς ἄλλαις τρυφαῖς, ἃς ὑμεῖς ἀποβάλλετε, ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων, ὦ λῷστε. « Sed de ebrietate quærendum, inquam, utrum ita utendum sit, quemadmodum Scythæ ac Persæ utuntur, Carthaginenses præterea, et Galli, et Hispani, et Thraces, quæ omnes gentes bellicosissimæ sunt: vel quemadmodum vos, qui, ut ais, omnino abstinetis. Scythæ vero ac Thraces mero penitus utuntur, tam viri quam mulieres, ac mero vestes perfundunt, præclarum hoc et beatum vitæ genus existimantes. Persæ vero aliis quoque deliciis, quas vos spernitis, valde utuntur, quamvis modera ius

quam isti, vir optime. » Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. IV, cap. 18.

(66) *Οὐχὶ ἀστείως.* Omittit Nov.

(67) *Λάβετε.* Christus de pane loquens, cum apud Matth. XXVI, tum apud Marc. XIV, et I Cor. XI, hac voce usus est: Λάβετε, φάγετε, de vino nullibi. Verum hæc, eaque quæ sequuntur, διὰ μνήμης et minus accurate recitavit Clemens.

(68) *Τοῦτό μου.* Clementi idem est, « sanguis » Christi, et « sanguis vitis. » Adjicit præterea Christum, (εὐφροσύνης νᾶμα) « lætitiæ laticem, » seu vinum lætitiæ effectorem (ἀλληγορεῖν) « allegorice vocare » Logon, hoc est semetipsum, « qui, » hoc est cujus sanguis, « pro multis effusus est. » Quod si Clementi idem liquor sit « sanguis Christi et sanguis vitis, » vino præterea sanguinem Christi per allegoriam significante, apparet eum de sacramento Eucharistiæ idem sensisse, quod Tertullianus, qui « corpus Christi » exp. « figuram corporis, » Adv. Marcion. lib. V, cap. 40: « Acceptum panem, et distributum discipulis corpus illum suum fecit, «Hoc est corpus meum» dicendo, id est figura corporis mei, » etc. Ibid. lib. III, cap. 19: « Sic enim Deus, in Evangelio quoque vestro revelavit, panem corpus suum appellans, ut hinc jam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse, » etc.

(69) *Ἀλληγορεῖ νᾶμα.* Ἀλληγορεῖν ἅμα Nov. mendose.

Digitized by Google

σαφῶς· οὐ γὰρ μεθύων ἐδίδασκεν. Ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθὲν, ἀπέδειξε πάλιν, πρὸς τοὺς μαθητὰς λέγων· « Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης, μέχρις ἂν πίω αὐτὸ μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου. » Ἀλλ' ὅτι γε οἶνος ἦν τὸ πινόμενον πρὸς τοῦ Κυρίου, πάλιν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει, τὴν Ἰουδαίων ἐπονειδίζων σκληροκαρδίαν· « Ἦλθε γάρ, » φησὶν, « ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος. » Τοῦτ μὲν ἡμῖν καὶ πρὸς τοὺς Ἐγκρατητὰς καλουμένους παραπεπήχθω. Αἱ δὲ γυναῖκες, τὸ εὔσχημον ἐπαναιρούμεναι δῆθεν, ὡς μὴ ταῖς πλατείαις κύλιξιν διαχέουσαι τὰ χείλη περιῤῥαγεῖς γένωνται πλατυνομένου τοῦ στόματος στεναῖς κομιδῇ κατὰ τὸ στόμιον ἀλαβάστροις, ἀσχημόνως πίνουσαι, ἀνακλῶσι μὲν τὰς κεφαλὰς, γυμνοῦσι δὲ τοὺς τραχήλους οὐ κοσμίως, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ τὸν λάρυγγα διατείνουσαι περὶ τὴν κατάποσιν βροχθίζουσιν, οἷον ἀπογυμνούμεναι τοῖς συμπόταις ἃ δύνανται· ἐργάς τε ἀνδρώδεις ἐπισπώμεναι, μᾶλλον δὲ ἀνδραποδώδεις, προσεπιθρύπτονται σπαταλῶσαι· οὐδεὶς γὰρ ψόγος οἰκεῖος ἀνδρὶ λογικῷ, ἔτι δὲ μᾶλλον γυναικὶ, ᾗ καὶ τὸ συνειδέναι αὐτὴν ἑαυτῇ, ἥτις εἶη (70) μόνον, αἰσχύνην φέρει· « Ὀργὴ δὲ, » φησὶ, « μεγάλη, γυνὴ μέθυσος· » οἱονεὶ χόλος Θεοῦ, οἰνομάχλη γυνή (71). Διατί; ὅτι « ἀσχημοσύνην αὐτῆς οὐ συγκαλύψει· » ταχὺ γὰρ εἰς ἀταξίαν ὑποσύρεται γυνὴ, κἂν μόνον ἐπιδῷ τὴν προαίρεσιν εἰς ἡδονάς. Καὶ οὐχὶ ἀλαβάστροις πίνειν κεκωλύκαμεν, ἀλλὰ τὸ ἐπιτηδεύειν ἐν τούτοις μόνον πίνειν, ὡς ἀλαζονικὸν, περικόπτομεν, τοῖς παρατυχοῦσιν ἀπροσπαθῶς χρῆσθαι συμβουλεύοντες, πόῤῥωθεν ἄνωθεν ἐλισθανούσας ἀνακόπτοντες αὐταῖς τὰς ὀρέξεις. Ἡ δ' οὖν (72) πρὸς ἐρυγὴν ἀναπλωτάζουσα τοῦ ἀέρος ἔπειξις ἠσυχῇ παραπεμπτέα. Κατ' οὐδένα δὲ τρόπον ταῖς γυναιξὶν ἐπιτρεπτέον, παραγυμνούσας τι τοῦ σώματος καταφαίνεσθαι, μὴ σφαλεῖεν ἄμφω· οἱ μὲν, ἐρεθιζόμενοι κατασκοπεῖν· αἱ δὲ, τῶν ἀνδρῶν ἐφ' ἑαυτὰς ἐπισπώμεναι τὰς ὄψεις. Ἀεὶ δὲ, ὡς παρόντος τοῦ Κυρίου, κοσμίως ἀναστρεπτέον ἡμῖν, μή πη ἄρα καὶ ἡμῖν, ὡς Κορινθίοις ὁ Ἀπόστολος χαλεπήνας εἴπῃ· « Συνερχομένων ὑμῶν (73) οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. » Ἐμοὶ δοκεῖ ὁ Ἀκέφαλος πρὸς τῶν μαθηματικῶν καλούμενος, ὁ πρὸ τοῦ ἀστέρος τοῦ πλανωμένου καταριθμούμενος, συνιζηκυίας τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ στῆθος, τοὺς ὀψοφάγους καὶ ἡδονικοὺς καὶ τοὺς ἑτοίμους εἰς μέθην αἰνίττεσθαι· καὶ γὰρ οὖν κἀν τούτῳ (74), τὸ λογιστικὸν ἵδρυται οὐκ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐντοσθιδίοις πάθεσιν, ἐπιθυμίᾳ τε καὶ θυμῷ δεδουλωμένον. Ὥστε, ὅτῳ τρόπῳ Ἐλπήνωρ (75) ἀστράγαλον ἐάγη καταπεσὼν

perate? an non considerate? Certo enim scitote, ipse quoque vino usus est: nam ipse quoque homo est. Et vinum benedixit, cum dixit: « Accipite, bibite, hoc est sanguis meus, » sanguis vitis: Verbum enim, quod « pro multis effunditur in remissionem peccatorum [a], » sanctum lætitiæ fluentum allegorice vocat. Et quod sobrium esse oportet eum qui bibit, ex eo, quod in conviviis docuit, aperte ostendit: neque enim ebrius docuit. Quod autem vinum esset, quod benedictum est, ostendit rursus, dicens discipulis: « Non bibam ex fructu vitis hujus, donec bibero ipsum vobiscum in regno Patris mei [b]. » Cæterum quod vinum quidem esset, quod bibebatur a Domino, rursus ipse de seipso dicit, Judæorum cordis duritiem exprobrans: « Venit enim, » inquit, « Filius hominis, et dicunt: Ecce homo vorax, et potor vini, publicanorum amicus [c]. » Hæc quidem nobis firma et fixa sint adversus eos, qui dicuntur Encratitæ. Porro autem mulieres, honesti ac decori memores, ne labra latis calicibus diffundentes, dilatato ore disrumpantur, admodum angustis in ore alabastris indecore bibentes: capita reflectunt, colla autem non, ut mihi quidem videtur, honeste denudant, et jugulum extendentes, potum ingurgitant, quasi convivis ea, quæ possunt, denudare studeant: virilesque eructationes, vel potius serviles attrahentes, in luxu et in deliciis tempus consumunt. Nihil enim, quod probrum affert et vituperationem, viro, qui ratione est præditus, convenit, multo autem minus mulieri, cui vel ipsum cogitare quænam sit, ei affert pudorem. **69** « Ira autem » ✠ inquit, « magna, est mulier ebria: » tanquam ira esset Dei, mulier temulenta. Quamobrem? quoniam « suam non celat turpitudinem [d]. » Facile enim mulier ad inhoneste se gerendum attrahitur, modo animum suum liberum voluptatibus permiserit. Neque vero alabastris bibere prohibuerimus, sed studium in his solis bibendi iis, ut superbum et arrogans, resecamus: hoc enim volumus, ut nulla ratione habita, iis, quæ se obtulerint, utantur, pravos appetitus eminus ab ipso principio exscindentes. Jam vero aeris impulsus, qui redeunte quadam fluctuatione incitat ad eructandum, est sensim transmittendus. Nullo autem modo permittendum est mulieribus, ut nudam aliquam corporis partem offerant viris, ne ambo prolabantur; hi quidem dum ad videndum incitantur; illæ vero, dum in se virorum intuitum attrahunt. Semper autem, tanquam præsente Domino, honeste versandum est, ne nobis quoque sicut Corinthiis succensens dicat Apostolus:

✠ P. 187 ED. POTTER, 159 ED. PARIS. [a] Matth. xxvi, 27, 28. [b] Ib. 29. Marc. xiv, 25. [c] Matth. xi, 19. [d] Eccli. xxvi, 11.

(70) Ἥτις εἴη. Scilicet quoad muliebrem naturam.

(71) Οἱονεὶ... γυνή. Hæc Clementis verba sunt, non Siracidæ, ut hactenus existimata fuere.

(72) Ἡ δ' οὖν. Et δὴ Nov. Mox, ἐναπλωτάζουσα Bod. Dein, κατ' οὐδένα τρόπον, omissa δέ part., Nov.

(73) Ὑμῶν. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ addit Paulus. Mox, ἐμοὶ δοκεῖν pro ἐμοὶ δοκεῖ, Bod.

(74) Κἀν τούτῳ. Malim κἀν τούτοις, vel κἂν τούτων· « etiam in his: » vel « etiam horum, » nempe qui gulæ et vino dediti sint.

(75) Ἐλπήνωρ. Homerus *Odyss.* K, sub finem:

..... Πέσεν, ἐκ δὲ οἱ αὐχὴν
Ἀστραγάλων ἐάγη....
.....Cecidit, ejus autem cervix
Ex junctura fracta est.

Eustathius in illum locum: Τὸ δὲ ἀστραγάλων, ὅ ἐστι σπονδύλων, ἀρχὴ τοῖς μεθ' Ὅμηρον τοῦ εἰπεῖν

Digitized by Google

« Convenientibus vobis non licet dominicam cœnam comedere [a]. » Mihi videtur is qui a mathematicis dicitur Acephalus, qui ante stellam errantem enumeratur, capite in pectus compresso, significare helluones homines, et voluptuarios, et ad ebrietatem propensos. Nam in his quoque ratiocinandi facultas non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ et cupiditati serviens. Quamobrem quemadmodum Elpenor colli vertebras fregit, cum cecidisset per ebrietatem : ita eorum cerebrum præ ebrietate caligine offusum, ad cor et jecur, hoc est ad voluptatem et iram, majore casu decidit, quam dicunt poetæ Vulcanum cœlitus a Jove in terram fuisse dejectum. « Labor autem, vigiliæ, » inquit, « et bilis et tormentum est cum homine insatiabili [b]. » Quocirca Noe quoque indecora vinolentia descripta est, ut ebrietatem quam maxime vitemus, manifestam scriptisque mandatam lapsus imaginem habentes : propter quam, qui ebrietatis texerunt turpitudinem, benedicuntur a Domino. Brevissime itaque comprehendens Scriptura, uno verbo omnia dixit : « Quod homini erudito satis est vinum, et in ejus cubili requiescet [c]. »

A ὑπὸ μέθης, οὕτω τούτων ὁ ἐγκέφαλος, ἄνωθεν ἰλιγγιάσας ὑπὸ μέθης, ἐπὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν καρδίαν, τουτέστιν ἐπὶ τὴν φιληδονίαν καὶ τὸν θυμὸν, καταπίπτει πτῶμα μεῖζον· ἣ φασὶ ποιητῶν παῖδες (76), πρὸς τοῦ Διὸς τὸν Ἥφαιστον οὐρανόθεν ἐρρίφθαι χαμαί. « Πόνος δὲ ἀγρυπνίας, » φησὶ, « καὶ χολέρα (77), καὶ στρόφος μετ' ἀνδρὸς ἀπλήστου. » Διὰ τοῦτό τοι καὶ ἡ τοῦ Νῶε παροινία ἀνάγραπτος γεγένηται, ἵνα ὡς ὅτι μάλιστα τὴν μέθην φυλαττώμεθα, ἐμφανῆ καὶ ἔγγραπτον τὴν εἰκόνα τοῦ παραπτώματος ἔχοντες· δι' ἣν οἱ σκεπάσαντες (78) τὴν ἀσχημοσύνην τῆς μέθης, εὐλογοῦνται παρὰ Κυρίῳ. Συντομώτατα τοίνυν ἐμπεριλαβοῦσα ἡ Γραφὴ, ἅπαντα ἐν ἑνὶ λόγῳ εἴρηκεν· « Τὸ ἱκανὸν (79) ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται. »

✠ CAP. III.

Quod in sumptuosam vasorum supellectilem non sit studium conferendum.

Argenteorum itaque, et aureorum, gemmeorumque poculorum irritus et inutilis est usus, ut quibus visus decipiatur tantum. Nam sive eis calidum mistum liquorem infuderis, excalefactorum vasorum molesta est tractatio; sive rursus frigidum infuderis, qualitatem materia transfundit, liquorem corrumpens, et est damnosus dives potus. Valeant ergo Thericlei calices, Antigonides, canthari, labronii et lepastæ, et poculorum genera innumerabilia, psycteres præterea et trullæ. Auri enim et argenti, et privatim et publice est invidiosa, ut semel dicam, possessio, si usum excesserit; rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum, et non apta ad C utendum. Quin etiam curiosa ac inanis cælatorum in vitro vana gloria, ad frangendum propter artem paratior, quæ timere docet, simul ac bibas, est a nobis nostris institutis exterminanda. Sellæ autem

ΚΕΦ. Γ'.

B

Ὅτι οὐ χρὴ περὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν σκευῶν ἐσπουδακέναι.

Ἐκπωμάτων τοίνυν ἀργυρίου καὶ χρυσίου (80) πεποιημένων, λιθοκολλήτων τε ἄλλων, ἄθετος ἡ χρῆσις, ὄψεως ἀπάτη μόνον. Εἴ τε γὰρ αὐτοῖς ἐγχέαι τις θερμοῦ κράματος, διαπυρουμένων τῶν σκευῶν ἐπώδυνος ἡ λῆψις· εἴτε αὖ ψυχρὸν πάλιν ἐγχέαι, μεταδίδωσι τῆς ποιότητος ἡ ὕλη, λυμαινομένη τὸ κρᾶμα· καὶ ἔστιν ἐπιβλαβὴς ἡ πόσις ἡ πλουσία. Ἐρρέτων τοίνυν Θηρίκλειοί (81) τινες κύλικες, καὶ Ἀντιγονίδες, κάνθαροί τε καὶ λαβρώνιοι, καὶ λεπασταὶ, καὶ τῶν ἐκπωμάτων εἴδη τὰ μυρία· ψυκτῆρές τε ἐπὶ τούτοις, καὶ οἰνοχόαι· χρυσός τε γὰρ ἁπαξαπλῶς καὶ ἄργυρος, ἰδία τε καὶ δημοσίᾳ ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα, τὴν χρείαν ὑπερβεβηκός· κτήσασθαί τε σπάνιον, καὶ τηρῆσαι δύσκολον, καὶ οὐκ ἐπιτήδειον χρήσασθαι. Ναὶ μὴν καὶ τορευτῶν (82) περίεργος ἐφ' ὑέλῳ κενοδοξία, εἰς θραῦσιν διὰ τέχνης ἑτοιμοτέρα, δεδιέναι τε ἅμα καὶ πίνειν διδάσκουσα,

✠ P. 188 ED. POTTER, 160 ED. PARIS.

[a] I Cor. xi, 20. [b] Eccli. xxxi, 23. [c] Ibid. 22.

ὡς ὁ δεῖνα κατεάγη τῆς κεφαλῆς. Τὸ μέν τοι κοινότερον, ἐάγη ἀστραγάλους, ἢ κεφαλήν. COLLECT.

(76) *Ποιητῶν παῖδες.* Homerum intelligit, apud quem Vulcanus hæc de se loquitur, *Iliad.* A, vers. 589 :

> ..... Ἀρταλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.
> Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
> Ῥίψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
> Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
> Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἔην.

(77) *Χολέρα.* Χολέρας Eccl.

(78) *Οἱ σκεπάσαντες.* Scilicet Sem et Japheth, Gen. ix, 23, 26, 27.

(79) *Τὸ ἱκανόν.* Ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται. At in Ecclesiastico c. xxxi, v. 22: Ὡς ἱκανὸν α. π. ὀλίγον καὶ ἐ. τ. κ. α. οὐκ ἀσθμαίνει. « Quam sufficiens homini erudito exiguum, et super cubili suo non anhelat. » Aliter Latina vulgata. Sed nihil in utrovis mutandum est. Jansenius agi putat in hoc versu de victu parco et jejuno; nondum de vino. COLLECT.

(80) *Ἀργυρίου καὶ χρυσίου.* Ἀργύρου καὶ χρυσοῦ Nov. Dein, περιποιημένων pro πεποιημένων, Reg., Bod.

(81) *Θηρίκλειοι.* In marg. Reg. et Bod. aliquis hæc de poculis adnotavit : Θηρίκλειοι, ἀπὸ Θηρικλέους τοῦτο ἐφευρόντος. Ἀντιγόνιοι ὁμοίως. Κάνθαροι, ἀπὸ τοῦ σχήματος. Λεπασταὶ, ἀπὸ τοῦ σχήματος. Θηρίκλειον, τὸ σφαιροειδὲς τῷ πυθμένι, τὸ ἐπικείμενον ἔχον κωνοειδὲς, ἀφ' οὗ πιεῖν ἐστιν εὐπετές. Ἀντιγόνιος, ἡ ἄνευ τοῦ σφαιροειδοῦς πυθμένος εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσα. Κάνθαρος, τὸ λεκανοειδὲς μὲν, ἄνωθεν δὲ ὁμοίως πώματι ἐπεσκεπασμένον στομίῳ οὐ μέτρῳ, κατὰ μέσον ἀνερρωγὸς, καὶ πρὸς ἄκρῳ τῆς περιφερείας προχοΐδι, ἀφ' ἧς πιεῖν ἐστιν διοιγόμενον. Λαβρώνιος, ἀσπιδοὲς ἔκπωμα, ἀφ' οὗ ἔστι λάβρως ἐμφορηθῆναι τὸν πίνοντα. Λεπαστὴ, χυτροειδὲς ἔκπωμα, ἐπωτίδι μιᾷ τὸ εἰλῆφθαι παρεχόμενη. Ψυκτὴρ κωλινδρικοῦ σχήματος κατατομὴ, κάτωθεν κιονίδι ἐπὶ πρίσματι κυλινδρικῷ ἑδραζομένη· ἀφ' οὗ καὶ ἑστάναι καὶ μεταχειρισθῆναί ἐστιν αὐτῇ πρόχειρον. Conf. Athenæi *Dipnosoph.* lib. xi, per plura capita, Pollucis *Onomast.* lib. vi, cap. 16.

(82) *Ναὶ μὴν καὶ τορευτῶν.* Καὶ μὴν καὶ τορευτὸς, Reg., Bod.

Digitized by Google

περιοριστέα τῆς εὐνομίας ἡμῶν· κλιντῆρες δὲ ἀργυροῖ, καὶ λεκάναι, καὶ ὀξύβαφα, καὶ (83) πινακίσκοι, καὶ τρυβλία· πρὸς ἐπὶ τούτοις σκεύη ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ, τὰ μὲν, εἰς διακονίαν τροφῆς, τὰ δὲ καὶ εἰς ἄλλας τινὰς, αἰσχύνομαι καὶ λέγειν, χρείας, κέδρου (84) τ' εὐκεάτοιο, καὶ θύου, καὶ ἐβένου, καὶ ἐλέφαντος τρίποδες ἠσκημένοι, κλῖναι τε ἀργυρόποδες, καὶ ἐλεφαντοκόλλητοι· χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης πεποικιλμέναι (85) κοίτης κλισιάδες· στρωμναί τε ἀλουργεῖς καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων, ἀπειροκάλου τρυφῆς τεκμήρια, φθόνου καὶ βλακείας ἐπίβουλα πλεονεκτήματα, παραπεμπτέα ἅπαντα· οὐδ' ἡντινοῦν ἀξιόλογον ἔχοντα σπουδήν. « Ὁ γὰρ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶν, » ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τοῦτο ὑπολείπεται, μὴ γελοίως σχηματισθῆναι· καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὁρῶνταί τινες, ἐξωθεν κεχρισμένοι καταπληκτικῶς εἰς σεμνότητα, τὰ ἔνδον ἄθλιοι. Τοῦτο δὴ διασαφῶν ἀκριβέστερον, ἐπήγαγεν· « Λοιπόν ἐστιν ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν (86)· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες. » Εἰ δὲ ἐπὶ (87) γάμου ταῦτα, ἐφ' οὗ φησὶν ὁ Θεὸς, « Πληθύνεσθε· » πῶς οἴεσθε τὴν ἀπειροκαλίαν μὴ ἐξ αὐθεντείας Κυριακῆς ἐξοριστέαν; διὰ τοῦτο καὶ, « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, » λέγει ὁ Κύριος, « καὶ πτωχοῖς δός, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. » Ἕπου τῷ Θεῷ, γυμνὸς ἀλαζονείας, γυμνὸς ἐπικήρου πομπῆς· τὸ σὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀναφαίρετον μόνον, τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν, τὴν εἰς τὸν παθόντα ὁμολογίαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν κεκτημένος, κτῆμα τιμαλφέστατον (88). Ἐγὼ δὲ (89) καὶ Πλάτωνα ἀποδέχομαι, ἄντικρυς νομοθετοῦντα, ὡς οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον οὔτε χρυσοῦν ἀσκεῖν, ἀλλὰ μήτε σκεῦος ἀχρεῖον, ὃ μὴ μετὰ τῆς ἀναγκαίας χρήσεως, καὶ μέτριόν ἐστιν· ὡς εἰς πολλὰ τὸ αὐτὸ εὔθετον εἴη, καθαιροῖτο δὲ ἡ πολυκτημοσύνη. Παγκάλως γοῦν ἡ θεία που λέγει Γραφὴ, πρὸς τοὺς φιλαύτους καὶ ἀλαζόνας ἀποτεινομένη· « Ποῦ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, καὶ οἱ κυριεύοντες τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες, οἱ τὸ (90) ἀργύριον θησαυρίζοντες καὶ τὸ χρυσίον, ᾧ ἐπεποίθεισαν ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἔστι τέλος τῆς κτήσεως αὐτῶν· οἱ τὸ ἀργύριόν τε καὶ τὸ χρυσίον

A argenteæ, pelves et acetabula, scutellæ et catini, et præterea vasa aurea et argentea, nonnulla quidem ad ciborum ministerium, alia vero ad alios usus, quos me pudet dicere, ex sectili cedro, thyo ebenoque, et ebore instructi tripodes, lectique argentei pedes et ex ebore compacti, auroque interspersæ et testudine variatæ cubilis valvæ, et stragulæ vestes purpureæ, et aliorum colorum paratu difficilium, insolentium deliciarum argumenta, invidiæ mollisque ignaviæ insidiosa commoda, sunt omnia amandanda, ut quæ nihil habeant propter quod sit jure in eis multum studii ponendum: « Tempus enim contractum est, » ut dicit Apostolus. Hoc ergo restat, ne habitum quempiam præ nobis ridicule feramus: quemadmodum in pompis videntur nonnulli extrinsecus ita uncti et obliti ad gravitatem, ut stuporem et admirationem incutiant, intus autem sunt plane miseri. Hoc itaque explicans accuratius, subjunxit: « Reliquum est, ut et qui habent uxores sint tanquam non habentes, et qui emunt, tanquam non possidentes [a]. » Quod si hæc dixit de conjugio, de quo dixit Deus: « Multiplicemini [b], » quomodo putatis insolentiam non esse ex auctoritate Domini exterminandam? Quocirca dicit etiam Dominus: « Vende quæ habes, et da pauperibus, et huc me sequere [c]. » Sequere Deum nudus ab arrogantia, nudus a pompa momentanea, quod tuum est, quod bonum est, quod auferri non potest, in Deum fidem, in passum confessionem, beneficentiam in homines possidens: quæ quidem est possessio pretiosissima. Ego autem laudo etiam Platonem, qui lege lata aperte decernit, quod neque, ut opes aureas et argenteas habeas, laborare oportet, neque vas inutile, quod non cum usu necessario moderatum quoque sit, ut sit idem ad multa accommodatum: multiplex autem et varia possessio tollatur. Pulcherrime itaque alicubi 70 dicit divina Scriptura ad eos, qui sunt sui amantes et arrogantes, verba dirigens: « Ubi sunt, qui gentibus imperabant, et qui dominabantur feris, quæ sunt super terram? qui in cœli avibus illudebant; qui argenti et auri thesauros congregabant, in quibus homines habe-

B C

✠ P. 139 ED. POT., 161 ED. PAR. [a] 1 Cor. VII, 29, 30. [b] Gen. I, 28. [c] Matth. XIX, 21; Marc. X, 21; Luc. XVIII, 22.

(83) *Καὶ.* Abest a Nov.

(84) *Κέδρου.* Ex Homeri *Odyss.* E, vers. 60, quo Ulysses de domo Calypsus dicit:

..... *Τηλόθι δ' ὄδμὴ*
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων.....

..... *Procul autem odor*
Cedri fissilis, thurisque per insulam redolebat
Ardentium.....

(85) *Χελώνης πεποικιλμέναι.* Legendum videtur χελώνης πεποιημέναι, ut *Pædag.* c. 11. Vel χελώνῃ, aut χελώναις πεποικιλμέναι. Vulgata certe lectio structuram habet duriorem. SYLBURG.

(86) *Ὦσιν.* Quædam hic omittit Clemens. Quæ sequuntur ex Evangelio, διὰ μνήμης recitat.

(87) *Εἰ δὲ ἐπ.* Sic apud Tertullianum *De cultu feminarum* cap. 9: « Non enim utemur nostris? quis autem prohibet uti? Secundum Apostolum tamen, qui nos uti monet mundo isto, quasi non abutamur. Præterit enim habitus hujus mundi. Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? » COLLECT.

(88) *Κτῆμα τιμαλφέστατον.* Phrasis poetica. Lycophron *Cassandræ* vers. 364:

Ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς,
Ἄναχτι πάππῳ κτῆμα τιμαλφέστατον.

E cœlo delapsa, Jovisque solio,
Avo regi res pretiosissima.

(89) *Ἐγὼ δέ.* Clarius videtur ferri lex ista lib. V *De legibus*: Νόμος ἔπεται πᾶσι τούτοις μηδ' ἐξεῖναι χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον κεκτῆσθαι μηδένα μηδενὶ ἰδιώτῃ. « Ne cui privato aurum argentumve possidere fas esto. » COLLECT.

(90) *Οἱ τό.* Καὶ τό, Baruch. Mox, ἐπεπείθησαν, Ibid. et Nov. Dein, ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον, Baruch. Dein, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ Ibid.

Digitized by Google

bant fiduciam, et non est finis acquisitionis eorum? qui aurum et argentum fabricabantur, et erant solliciti? Non est inventio operum eorum : evanuerunt, et ad inferos descenderunt [a]. » Hæc est merces arrogantis superbiæ. Si nobis enim agrum colentibus, ligone et aratro opus est, ligonem autem argenteum falcemque auream nemo fabricari soleat, et materia, quæ apta sit ad opus faciendum, non quæ sit dives, in agricultura utimur : quid vetat, quominus in vasis quoque domesticis idem sentiant, qui quod est simile considerant? quorum modus sit usus, non sumptus magnificentia. Quid enim, dic quæso, qui in mensa ponitur gladiolus, si clavos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non scindit? An ad carnem dividendam Indicum ferrum nobis fabricandum est, auxilium veluti quoddam contra hostem evocantibus? Quid vero si fuerit pelvis fictilis, an ablutarum manuum sordes non excipiet? et vas fictile, quo pedes lavantur, pedum sordes? Ergone etiam ✠ indigne feret mensa, quæ est pedibus eburneis instructa, si panem unius oboli portaverit? neque vero lumen lucerna ministrabit, quod sit figuli opus, non aurificis? Ego autem dico, vel humile grabatum nihilo deteriorem præbere accubitum, quam lectum eburneum. Cum autem ad substernendum sit satis pellium, adeo ut purpureis aut puniceis non sit opus, propter primarum, quæ exitium attulerunt, deliciarum stultitiam, nihilo secius condemnare frugalitatem, quis tantus error et vana pulchri persuasio? Videte : Christus in vili catino cibum sumpsit, et fecit discipulos super herbam accumbere, et pedes eorum lavit, linteo accinctus, a fastu alie-

✠ P. 190 ED. POTTER, 162 ED. PARIS.

[a] Baruch. III, 16, 17, 18, 19.

τεκταίνοντες, καὶ μεριμνῶντες; οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων (91) αὐτῶν· ἠφανίσθησαν, καὶ εἰς ᾅδου κατέβησαν. » Οὗτος τῆς ἀπειροκαλίας ὁ μισθός. Εἰ γάρ τοι (92) γεωργοῦσιν ἡμῖν, δικέλλης (93) ἐστὶ χρεία, καὶ ἀρότρου· μακέλλην δ' οὐκ ἄν τις ἀργυρᾶν, οὐδὲ ἄμην χρυσῆν χαλκεύοι, τῷ δὲ εὐεργῷ τῆς ὕλης, οὐ πλουσίως (94) εἰς γεηπονίαν συγχρώμεθα· τί κωλύει καὶ περὶ τὰ σκεύη τὰ ἐνοικίδια τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν τοὺς τοῦ ὁμοίου θεωρητικούς; ὧν μέτρον ἡ χρεία, μὴ ἡ πολυτέλεια γινέσθω. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τὸ μαχαίριον τὸ ἐπιτραπέζιον, ἢν μὴ ἀργυρόηλον ᾖ, ἢ ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένον τὴν λαβὴν, οὐ τέμνει; Ἢ ἐπὶ τὴν μοῖραν τοῦ κρέως Ἰνδικὸν σίδηρον χαλκευτέον, καθάπερ συμμαχικόν τι παρακαλοῦντας; Τί δέ; εἰ κεραμοῦν εἴη τὸ χερνίβιον, οὐ δέξεται τὸ ἀπόνιμμα τῆς χειρός; οὐδὲ ὁ ποδονιπτὴρ τὸ ἀπόνιμμα τοῦ ποδός; Ἀναξιοπαθήσει δὲ ἄρα καὶ ἡ τράπεζα ἡ ἐξ ἐλέφαντος τοὺς πόδας ἐσκευασμένη, ὁβολιαῖον ἄρτον βαστάζουσα; οὐδὲ μὴν ὁ λύχνος διακονήσει τὸ φῶς, ὅτι κεραμέως, οὐ χρυσοχόου ἔργον ἐστιν; Ἐγὼ δέ φημι καὶ τοὺς σκίμποδας οὐδὲν κακίω παρεχομένους κατάκλισιν, τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης. Τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδων ἢ φοινικίδων (95), κατεγνῶσθαι (96) ὅμως τῆς εὐτελείας δι' ἀδελτερίαν ἀρχεκάκου τρυφῆς· τίς ἡ τοσαύτη πλάνη, τίς ἡ δοξοκαλία; Ὁρᾶτε· ὁ Κύριος τρυβλίῳ (97) ἐπώψατο (98) εὐτελεῖ, καὶ κατέκλινε τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τῆς πόας χαμαί· καὶ τοὺς πόδας ἔνιπτεν αὐτῶν σαβάνῳ (99) περιζωσάμενος ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων (1)· οὐκ ἀργυροῦν δὲ ποδονιπτῆρα περιφέρων (2) ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν ᾔτει πιεῖν σκεύει κεραμεῷ τοῦ φρέατος ἀνιμῶσαν, οὐκ ἐπιζητῶν τὸ βασιλικὸν χρυ-

sum crescerent, ea tamen vasa, quibus antiquitas necessario sacra faciebat in solemnibus cerimoniis plerumque remanserunt. Plinius lib. xxxv, cap. 12. Cicero *De legibus* II : Ad divos caste adeunto, pietatem adhibento, opes amovento. Deinde locum hunc de vili catino subjungit Brodæus lib. IV *Miscellan.*, cap. 19; idem Chrysostomus hom. 51 in Matthæum. COLLECT.

(98) *Ἐπώψατο.* Rectius ἐπωψᾶτο. SYLBURG.— In marg. Reg. et Bod. aliquis hæc adnotavit : Ἐπώψατο, ἀντὶ τοῦ εἰς ὄψον ἐχρήσατο.

(99) *Σαβάνῳ.* Hermas *Pastor.* lib. III, simil. VIII c. 4 : « Succinge te sabano, et ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod factum erat ex sacco. » Ubi Cotelerius hæc adnotavit : « Sabanus, » usitata vox Græcis, apud quos, teste Isidoro lib. XIX, cap. 26, nata est; indeque Latinis, ac Hebræorum Rabbinis. Exponitur autem « linteum, » seu « linteamen, » in Glossis, in antiquo Scholiaste Juvenalis ad Sat. XIV, 22, et in Victore Vitensi lib. V *De persecutione Africana.* Clemens Alexandrinus *Pædag.* II, utens testimonio Joannis, XIII, 4, ubi Dominus præcingit se linteo, pro λεντίῳ habet σαβάνῳ. Unde in Lexico Græco-Latino veteri : Σάβανον, « Sabanum, lentium : » et perperam faciunt, qui « linteum substituunt. »

(1) *Ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων.* Insigne testimonium contra Arianos, nam ὁ Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων, quibus titulis Christum ornat, apud veteres semper est supremus Deus.

(2) *Περιφέρων.* Φέρων Nov.

(91) *Τῶν ἔργων.* Repositum e Pal. ms. pro vulg. τῶν λόγων.— SYLBURG. Consentiunt Nov., Reg., Bod.

(92) *Εἰ γάρ τοι.* Tertullianus *De habitu muliebri* c. 5 : « Quod de qualitate usus gloria est auro, et argento, at quin magis ferro et æri, quorum ita disposita est utensilitas, ut et proprias operas plures, et necessariores exhibeant rebus humanis, et nihilominus auri et argenti de sua vice accommodent justioribus causis. Nullus bidens aurum demersit in terram, nullus clavus aurum intimat tabulis. Taceo totius vitæ necessitates ferro et æri innixas. » COLLECT.

(93) *Δικέλλης.* Διακενῆς Nov.

(94) *Οὐ πλουσίως.* Οὐ πλησίως Nov. Scribi possit οὐ πλουσίῳ, ut respondeat τῷ εὐεργῷ.

(95) *Πορφυρίδων ἢ φοινικ.* Pal. ms. transpositis vocabulis, φοινικίδων ἢ πορφυρίδων. SYLBURG. Consentiunt Reg. et Bod.

(96) *Κατεγνῶσθαι.* H. κατέγνωσται, indicat. modo, signif. activa. SYLBURG.— Perperam, nam κατεγνῶσθαι referri debet ad φημὶ superius positum. Sensus est : « Cum autem pellis ad substernendum abunde sufficiat, adeo ut nec purpureis, nec puniceis opus sit, tamen eam per deliciarum, a quibus mali origo est, vesaniam præ vilitate » dico « condemnari. Quis demum sit hic tantus error, quæ pulchritudinis opinio, videte. »

(97) *Τρυβλίῳ.* Prisci illi Græci et Latini vasis fictilibus ac ligneis domi utebantur, cum autem alia pretii majoris publice non possiderent, ea demum in sacrificiis adhibere cogebantur. Tametsi vero tractu temporis ubi gentium opes in immen-

Digitized by Google

σίον· σβεννύναι δὲ τὸ δίψος εὐκόλως διδάσκων· σκοπὸν γὰρ τὴν χρείαν ἐτίθετο, οὐ τὴν ἀπειραγαθίαν. Ἤσθιεν δὲ καὶ ἔπινεν παρὰ τὰς εὐωχίας, οὐ γῆς ἐξορύττων μέταλλα, οὐδὲ ἀργύρου (3), καὶ χρυσοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἰοῦ, προσόζουσι σκευαρίοις χρώμενος· οἷον ἀναπνεῖ τῆς τετυφωμένης ὕλης ὁ ἰός. Καθόλου γὰρ, καὶ τὰς τροφὰς, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὰ σκεύη, καὶ τἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον συλλήδδην λέγω, ἀκόλουθον εἶναι ταῖς ἐνστάσεσιν τοῦ Χριστιανοῦ (4) δεῖ, κατὰ τὸ πρόσφορον οἰκειούμενον τῷ προσώπῳ, τῇ ἡλικίᾳ, τῇ ἐπιτηδεύσει, τῷ καιρῷ. Ἑνὸς γὰρ ὄντας θεράποντας Θεοῦ (5), χρὴ καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἔπιπλα, ἑνὸς ἐπιδείκνυσθαι σύμβολα βίου καλοῦ, καὶ τὸν καθ' ἕνα τῶν ἀνθρώπων ἀδιακρίτῳ πίστει, τῇ μονοπροσώπῳ ταύτῃ ἐνστάσει, τὰ ἐξῆς ἀκόλουθα καὶ σύμφωνα τῇ διαθέσει τῇ μιᾷ φαίνεσθαι ποιοῦντα. Ἃ δὲ καὶ κτώμεθα μὴ χαλεπῶς, καὶ χρώμενοι εὐκόλως, ἐπαινοῦμεν, φυλάττομεν ῥᾳδίως, καὶ κοινωνοῦμεν εὐκόλως αὐτῶν· ἀμείνω δὲ τὰ χρήσιμα· βελτίω δὲ δήπουθεν τὰ εὐτελέστερα τῶν πλουσίων. Τὸ δὲ ὅλον ὁ πλοῦτος οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενος, ἀκρόπολίς ἐστι κακίας· περὶ ὃν ὀφθαλμιῶντες οἱ πολλοὶ, οὐκ ἄν ποτε εἰς τὴν βασιλείαν (6) παρεισέλθοιεν τῶν οὐρανῶν· νοσοῦντες μὲν περὶ (7) τὰ κοσμικὰ, ὑπερηφάνως δὲ ζῶντες διὰ τὰς τρυφάς. Χρὴ δὲ προειληφέναι τοὺς περὶ σωτηρίᾳ σπεύδοντας, ὡς ἄρα χρήσεως μὲν ἕνεκεν ἡ πᾶσα ἡμῖν (8) κτῆσις· αὐταρκείας δὲ χάριν ἡ κτῆσις (9), ἣν καὶ ἐξ ὀλίγων ἄν τις περιποιήσαιτο. Μάταιοι γὰρ οἱ δι' ἀπληστίαν ἐπ' αὐτοῖς χαίροντες κειμηλίοις· « Ὁ δὲ συνάγων τοὺς μισθοὺς, » φησὶ, « συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον. » Οὗτός (10) ἐστιν ὁ συνάγων καὶ ἀποκλείων τὸν σπόρον, καὶ ἐλαττούμενος, ὁ μηδενὶ μεταδιδούς. Χλεύη δὲ καὶ γέλως πλατὺς, οὐροδόχας ἀργυρᾶς καὶ ἀμίδας ὑελᾶς ἐπιφέρεσθαι τοὺς ἄνδρας, καθάπερ ἐπάγονται τοὺς συμβούλους τοὺς ἑαυτῶν· καὶ τὰς πλουτούσας ταύτας ἀλόγως (11) γυναῖκας χρυσοῦ ποιεῖσθαι τῶν ἐκκρίσεων τὰ ἐκδοχεῖα, ὡς μηδὲ ἀποτρίψασθαι ἐξὸν ταῖς πλουσίαις, μὴ τετυφωμένως. Ηὐξάμην δ' ἂν αὐτοῖς παρ' ὅλον τὸν βίον σκυβάλων ἄξιον κρίνεσθαι τὸ χρυσίον. Νυνὶ δὲ ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας (12), ἡ φιλαργυρία εὕρηται, ἣν ὁ

nus Deus et Dominus omnium, sane non argenteum lavacrum e cœlo deferens : et a Samaritana potum petiit, quæ aquam vase fictili hauriebat e puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facile restinguere. Scopum enim constituebat usum, non inutilem magnificentiam. In conviviis autem comedebat et bibebat, non e terra metalla effodiens, neque auri et argenti, hoc est rubiginem redolentibus vasculis utens : quodammodo enim spirat e superbiente materia rubigo. In summa enim et alimenta, et vestes, vasa et supellectilem, et quæcumque in domo sunt, atque ipsam, ut semel dicam, vitam, oportet esse consentaneam rectæ Christiani hominis institutioni, prout conducibile fuerit, accommodatam personæ, ætati, studio ac tempori. Cum enim simus unius Dei ministri, oportet et possessiones, et quæ est in eis supellectilem, unius honestæ vitæ signa ostendere, et unumquemque hominem certa fide, huic uniformi institutioni ea, quæ consequuntur, consentanea, et huic uni proposito convenientia videri facere. Quæ autem non difficulter acquirimus, ea, dum eis facile utimur, laudamus, et facile custodimus, et facile communicamus : meliora ✠ autem sunt, quæ utilia. Quæ sunt utique viliora, ea sunt etiam meliora divitibus. In summa, divitiæ, quæ non recte administrantur, sunt arx vitii ac sceleris : quibus multi oculos adjicientes, cœlorum regnum nunquam ingredi poterunt; rerum quidem mundanarum desiderio ægri, arroganter autem præ deliciis viventes. Oportet autem eos qui contendunt ad salutem, hoc animo antea præcepisse, quod usus quidem causa nobis sit universa possessio; sufficientiæ autem gratia possessio, quam etiam ex paucis quispiam paraverit. Vani enim sunt, qui præ insatiabilitate delectantur possessionibus, quas tantum servent, ac recondant. « Qui autem cogit, » inquit, « mercedes, coegit in nodum perforatum [a]. » Is autem est, qui cogit sementem, et excludit, et detrimento afficitur, qui nulli impertitur. Res est autem plane ridicula, et digna maxime quæ ludibrio habeatur, quod viri argentea urinæ rece-

✠ P. 191 ED. POTTER. [a] Agg. I, 6.

(3) *Οὐδὲ ἀργ.* Sic distingue : Οὐδὲ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, τουτέστιν ἰοῦ προσόζουσι, σκευαρίοις χρ. « Nec argenteis et aureis, hoc est rubiginem olentibus, vasculis utens. »

(4) *Τοῦ Χριστιαροῦ.* Congruentius τὸν Χριστιανόν, accusativo casu. SYLBURG.— Nisi potius id, vel aliud ejusmodi substantivum, quocum vox ἀκόλουθον cohæreat, subintelligendum sit. Nam hujus periochæ sensus sic se habet : « Nam in summa, et quoad cibos, et quoad vestes, et quoad vasa, et, ut verbo omnia complectar, quoad reliqua, quæ in domo sunt, omnia, Christiani hominis instituto conformem esse oportet, prout convenit personæ, ætati, studio ac tempori accommodatum. »

(5) *Θεοῦ.* Χριστοῦ Pal. ms. SYLBURG.

(6) *Βασιλείαν.* Respicit Christi dictum in divitem, Matth. XIX, 23, 24.

(7) *Περί.* Hanc particulam inserui e Pal. ms. SYLBURG. — Consentiunt Nov., Reg., Bod.

(8) *Ἡμῖν.* Ἡμῶν Nov.

(9) *Ἡ κτῆσις.* Scribendum ἡ χρῆσις. Sensus enim est, « possessionem omnem esse gratia usus, usum autem gratia » τῆς αὐταρκείας, « quam ex paucis quisquam conciliare poterit. »

(10) *Οὗτος.* Sensus est : « Hic est, qui frumentum colligit, et horreo suo claudit, et tamen pauperior fit, qui scilicet nemini impertit. » Respicit Prov. XI, 24, 26 : Εἰσὶν, οἳ, τὰ ἴδια σπείροντες, πλείονα ποιοῦσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἳ, συνάγοντες, ἐλαττοῦνται. Ὁ συνέχων σῖτον ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν μεταδιδόντος.

(11) *Ἀλόγως.* Ἀλόγους legit interpres.

(12) *Ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας.* Alludere videtur ad sententiam Bionis sophistæ apud Stobæum tit. 10, qui τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι, « Avaritiam dicebat esse omnis improbitatis metropolim. » Phocylides :

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.

COLLECT.

Digitized by Google

(74) *Ἀλλὰ γάρ.* Vultures et scarabæos unguenta non ferre, docet etiam Plutarchus, 248. H. SYLBURG. — Ælianus lib. IV, c. 18, *De animalibus* : Γυπῶν γε μὴν τὸ μύρον ὄλεθρός ἐστι. Κάνθαρον δὲ ἀπολεῖς, εἰ ἐπιβάλῃς τῶν ῥόδων αὐτῷ· « Vulturum perniciem unguentum est. Scarabæi, rosis injectis, pereunt. » Idem lib. III, c. 7 ; Plinius, lib. XII, c. 53 : « Vultures, unguento qui fugantur, alios appetunt odores, scarabæi rosam. » Herm. Barbarus legendum censet, « rosa, » ex Theophrasto *De causis plant.* c. 4, qui scribit vultures unguento, scarabæos rosa necari. Idem Aristoteles in *Geoponicis*. Idem et de aliis insectis tradit Ælianus, loco primum omnium citato : Τὰ δὲ ἔντομα φθείρεται, εἰ ἐλαίῳ τις ἐγχρίσειεν αὐτά· « Insecta oleo si quis inungat, perdiderit. » Idem lib. II, c. 58 : « Tetro odore, ait, non modo apes offendi, sed unguento odorato : tanquam enim puellæ modestæ, teterrimum odorem præclare contemnunt, et unguenti suavitatem a se detestantur. » COLLECT.

Digitized by Google

ὥσπερ οἱ γύπες, τὰ μύρα βδελυττόμενοι, ἢ οἱ κάνθαροι· (τούτους γὰρ, ῥοδίνῳ χρισθέντας μύρῳ, τελευτᾷν λέγουσιν·) καὶ τούτων ἐκκριτέον (75) ὀλίγα τινὰ τῶν μύρων ταῖς γυναιξὶν, ὅσα μὴ καρῶσι τὸν ἄνδρα· αἱ γὰρ ὑπέρμετροι χρίσεις τῶν μύρων κηδείας, οὐ συμβιώσεως, ἀποπνέουσιν. Καίτοι καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ ταῖς μελίτταις καὶ τοῖς ἐντόμοις ἐστὶ πολέμιον ζώοις· ἀνθρώπων δὲ τοὺς μὲν ὤνησεν, ἔστι δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο· καὶ τοὺς πρότερον φίλους, ἀληλιμμένους τοῦτο (76), ἐν τοῖς σταδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον (77). Μαλθακὸν δὲ ἔλαιον τὸ μύρον ὄν, οὐκ οἴεσθε (78) τὰ ἤθη τὰ γενικὰ (79) ἐκθηλύνειν δύνασθαι; Μάλιστα. Ὥσπερ δὲ τὴν τρυφὴν καὶ τῆς γεύσεως ἀποκεκλίκαμεν, οὕτως ἀμέλει καὶ τῶν ὄψεων καὶ τῶν ὀσφρήσεων τὴν ἡδυπάθειαν ἐξορίζομεν, μὴ λάθωμεν ἣν ἐφυγαδεύσαμεν ἀκολασίαν, κάθοδον αὐτῇ διδόντες εἰς τὴν (80) ψυχὴν διὰ τῶν αἰσθήσεων, οἱονεὶ διὰ θυρῶν ἀφρουρήτων. Εἰ γοῦν τῆς εὐωδίας « τὸ θυμίαμα » τὸν μέγαν ἀρχιερέα, τὸν Κύριον (81), ἀναφέρειν λέγοιεν τῷ Θεῷ, μὴ θυσίαν ταύτην καὶ εὐωδίαν θυμιάματος νοούντων· ἀλλὰ γὰρ τὸ τῆς ἀγάπης δεκτὸν ἀναφέρειν τὸν Κύριον, τὴν πνευματικὴν εὐωδίαν, εἰς τὸ θυσιαστήριον παραδεχέσθων. Αὔταρκες μὲν οὖν τὸ ἔλαιον αὐτὸ λιπᾶναί τε τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἀνεῖναι τὸ νευρῶδες, καί τινα τοῦ σώματος ὀσμὴν ἀναστεῖλαι βαρυτέραν, εἰ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ ἐλαίου δεοίμεθα. Ἡ δὲ ἐπιτήδευσις (82) τῆς εὐωδίας δέλεαρ ἐστι ῥᾳθυμίας, πόρρωθεν εἰς λίχνον ἐπιθυμίαν ἐπισπωμένης· πάντοθεν γὰρ ἀγώγιμος ὁ ἀκόλαστος, καὶ ἀπὸ ἐδωδῆς, καὶ ἀπὸ στρωμνῆς, καὶ ἀπὸ συναναστροφῆς, καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἐκ τῶν ὤτων, καὶ ἐκ τῶν γνάθων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μυκτήρων. Καθάπερ οἱ βόες τοῖς κρίκοις καὶ τοῖς σχοίνοις, οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀκόλαστος θυμιάμασι, καὶ μύροις, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν στεφάνων εὐωδίαις περιέλκεται. Ἐπεὶ δὲ οὐδεμίαν χώραν ἀπονέμομεν ἡδονῇ, πρὸς οὐδεμίαν συμπεπλεγμένῃ λυσιτελῇ τῷ βίῳ χρείαν· φέρε, κἀνταῦθα διαστειλώμεθα, τὸ χρειῶδες αἱρούμενοι· εἰσὶ γάρ τινες εὐωδίαι οὐ καρωτικαὶ (83), οὐδὲ ἐρωτικαί· οὔκουν συμπλοκῆς καὶ τῆς ἀκολάστου ἑταιρείας (84) ἀποπνέουσαι· ὑγιεινὰ

A forte sicut vultures unguenta abhorreamus, aut sicut scarabæi (hos enim rosaceo unguento delibutos mori aiunt); pauca quædam ex his unguentis sunt eligenda fœminis, quæ viro minime caput gravent. Nimiæ enim unguentorum unctiones, justa quæ fiunt mortuis potius quam familiarem vitæ redolent consuetudinem. Quanquam ipsum quoque oleum, apibus et insectis est inimicum, verum id prodest nonnullis hominibus, nonnullos autem ad pugnam excitat, et qui prius erant amici, id unctos in stadiis eo deducit, ut omni contentione omnibusque viribus in certamine depugnent. Unguentum autem, cum molle sit oleum, non existimatis generosos mores posse effeminare? Maxime. Sicut autem delicias a gustu amovimus, ita certe a visu et odoratu profectam voluptatem ✠ amandamus, ne intemperantiæ, quam fugavimus, per sensus, tanquam per portas quibus desunt custodes, in animam aditum patefaciamus. Quod si suavis odoris « suffitum [a], » pontificem magnum, nempe Dominum, dicant Deo offerre, ne id esse sacrificium et suavis odoris suffitum intelligant, sed gratam et acceptam charitatem, spiritalem scilicet odoris suavitatem, Dominum altari offerre accipiant. Sufficit itaque ipsum oleum et ad superficiem cutis irrigandam, nervosque relaxandos, et ad corporis graviorem reprimendum odorem, si vel oleo ad hoc opus habeamus; suavis autem odoris studium est esca mollitiei, quæ ad libidinosam cupiditatem paulatim attrahit. Qui est enim intemperans, undequaque ducitur ac trahitur, et a cibo, et a strato, et a conversatione, et ab oculis, et ab auribus, et a maxillis, atque adeo etiam a naribus. Et sicut boves annulis et funibus, ita etiam intemperans suffitibus, et unguentis, et suaveolentibus coronarum odoribus trahitur. Quoniam autem voluptati nihil loci tribuimus, quæ cum nullo usu qui vitæ conferat conjuncta est, age hic quoque, distinguamus, id quod est utile eligentes. Sunt enim suaves quidam odores, qui neque caput gravant, neque ad amores impellunt, neque impudicam conjunctionem ac meretricium contuber-

B

C

D

✠ P. 209 ED. POTTER, 178-179 ED. PARIS. [a] Exod. xxx, 7.

(75) *Ἐκκριτέον*. Pal. cod. scriptura est, teste Sylburg., cui favent alii mss. ἐγκριτέον Flor. edit. quod ferri et ipsum potest. Mox forte ὅσα ἂν μὴ καρῶσι· alioqui enim sine ἄν congruentius esset καροῦσι. SYLBURG.

(76) *Τοῦτο*. Hoc cum sequentibus connectit Nov.

(77) *Πάμμαχον*. Suidas *Παμμάχιον*, *παγκράτιον*. Mercurialis lib. II, c. 9, *De arte gymnast.*: « Ex pugilatu et lucta tertium quoddam exercitationis genus componebatur, quod pancratium appellabant, in hoc ut testatur Arist. » *Rhet.* cap. 5, adversarios et pugnis ferire ut pugiles, et dejicere studebant ut luctatores, tum quacunque alia ratione, ut dentibus, genibus, calcibus, toto denique corpore, ut dixit Pausanias, adversarium vincere contendebant. His de causis hæc exercitatio παμμάχιον vocata est quandoque, sicut Plato Euthydemum πάμμαχον dixit. » De unctione vero athletarum, qui oleo simplici, vel aqua misto, vel ceromate ungebantur, ut membra labores sine ruptura sustinerent, vel ut sudorem cohiberent nec tantopere lassarentur, vide eumdem lib. I, c. 8, *De arte gymn.* COLLECT.

(78) *Οἴεσθε*. Hanc lectionem debemus Sylb. quam firmat Nov. Olim scriptum erat οἴεσθαι. In Bod. aliquis ε scripsit super αι. Sunt autem ε et αι εὐμετάβολοι propter soni similitudinem.

(79) *Γενικά*. Pal. ms. γεννικά, gemino νν. SYLBURG.— Porro sequentia hoc modo connectunt Bod. et Reg. οὐκ οἴεσθε τὰ ἤθη τὰ γεγικὰ ἐκθηλύνειν δύνασθαι μάλιστα; « nonne existimatis id ad generosos mores effeminandos vel maxime comparatum esse? » Recte.

(80) *Τήν*. Abest a Nov., Bod., Reg.

(81) *Κύριον*. Sc. Christum, cujus typus erat summus Judæorum pontifex. Conf. Ephes. v, 2; Philip. IV, 8; Heb. XIII, 16.

(82) *Ἡ δὲ ἐπιτήδευσις*. Aristoteles *Ethic. Nicomach.* lib. III, c. 11. H. SYLBURG.

(83) *Οὐ καρωτικαί*. Pal. ms. οὐκ ἀρωματικαί, minus apte. Quod vero cerebrum odoratis adjuvetur, docet etiam Plutarchus *Sympos.* lib. III, c. 1. SYLBURG.— Οὐ καρωματικαί Reg. corrupte.

(84) *Καὶ τῆς ἀκ. ἑτ.* Καὶ ἑταιρείας ἀκολάστου Nov.

Digitized by Google

nium redolent, sed sunt una cum temperantia salubres, ac cerebrum quidem alunt, quando male affectum fuerit, et ventriculum corroborant. Multum ergo abest, ut oporteat refrigerare floribus, quando quis vult nervos leves agilesque reddere : non est enim usus eorum omnino ablegandus, sed unguento tanquam medicamento et auxilio utendum est, et ad vires languentes excitandas, et adversus catarrhos, et frigiditates, et fastidium. Quemadmodum alicubi quoque dicit Comicus : « Unguentis manus ungitur, quod est pars sanitatis maxima, ut cerebri bonos odores faciat. » Quin etiam pedum, per eorum, quæ calefaciunt aut refrigerant, unctionem, fricatio exercetur utilitatis gratia : ut scilicet iis, qui sunt repleti in capite, fiat quædam attractio ✠ et diversio ad corporis partes minus principales. Voluptas autem, cui nulla accedit utilitas, meretriciorum morum suspicionem præbet, et medicamentum est ad provocandam libidinem aptum. Omnino autem multum differunt, esse unguento delibutum, et ungi unguento : illud enim est effeminatum; unguento autem ungi nonnunquam est utile. Aristippus itaque philosophus, cum unguento unctus esset, dicebat, « malos male perdendos esse cinædos, qui ut unguenti utilitas male audiret, effecerant. » « Honora autem medicum propter ejus utilitatem, » inquit Scriptura [a] : « ipsum enim creavit Altissimus. A Domino autem est medicina. » Deinde subjungit : « Et unguentarius faciet mistionem : » videlicet quod data essent unguenta ad

A δὲ μετὰ σωφροσύνης, καὶ τὸν μὲν ἐγκέφαλον ὑποτρέφουσαι, ὁπηνίκα ἂν κακεκτῇ, ῥωννύουσαι δὲ καὶ τὸν στόμαχον. Πολλοῦ τοίνυν, δεῖ τοῖς ἄνθεσιν ἐπιψύχειν αὐτὸν (85), ὁπότε λεαίνεσθαι ἐθέλει τὸ νευρῶδες· οὐ γὰρ κατὰ πάντα ἀποσκορακιστέον (86) τὴν χρῆσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὥσπερ φαρμάκῳ καὶ βοηθήματι χρηστέον τῷ μύρῳ, πρός τε τὸ ἐπεγείρει τὴν ἀπαυδῶσαν δύναμιν, καὶ πρὸς τοὺς κατάῤῥους, καὶ πρὸς τὰς καταψύξεις, δυσαρέστησίν τε· καθὰ καὶ ὁ Κωμικὸς φησί που· « Μύροις (87) ὑπαλείφεται τὰς χεῖρας· ὑγιείας μέρος μέγιστον, ὀδμὰς ἐγκεφάλων χρηστὰς ποιεῖν· » καὶ ἡ τῶν ποδῶν διὰ τοῦ λίπους τῶν ἀναθερμαινόντων ἢ ἐμψυχόντων μύρων ἀνάτριψις ὠφελείας ἕνεκεν ἐπιτηδεύεται· ὡς δὴ (88) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῖς πεπληρωμένοις ὀλκήν τινα καὶ B ὑποχώρησιν ἐπὶ τὰ μὴ κύρια τῶν μερῶν γίνεσθαι. Ἡδονὴ δὲ, ᾗ μὴ πρόσεστι τὸ χρειῶδες, ἤθους ἐστὶν ἑταιρικοῦ διαβολὴ, καὶ φάρμακον ἐρεθισμῶν. Διαφέρει (89) δὲ ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίεσθαι· τὸ μὲν γὰρ θηλυδριῶδες, τὸ δὲ χρίεσθαι τῷ μύρῳ καὶ λυσιτελεῖ ἔσθ' ὅτε. Ἀρίστιππος (90) γοῦν ὁ φιλόσοφος, χρισάμενος μύρῳ, « Κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι χρῆναι τοὺς κιναίδους, » ἔφασκε, « τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβληκότας. Τίμα δὲ (91) ἰατρὸν πρὸς χρείαν αὐτοῦ, » φησὶν ἡ Γραφή· « Καὶ γὰρ αὐτὸν ἔκτισεν ὁ Ὕψιστος. Παρὰ δὲ Κυρίου ἐστὶν ἴασις. » Εἶτα ἐπάγει· « Καὶ μυρεψὸς ποιήσει μίγμα· » ὡς εἰς ὠφέλειαν δηλονότι (92), οὐκ εἰς ἡδυπάθειαν δεδομένων τῶν μύρων. Οὐ γὰρ περὶ C τὸ ἐρεθιστικὸν τῶν μύρων σπουδαστέον οὐδαμῶς,

✠ P. 210 ED. POTTER, 179 ED. PARIS. [a] Eccli. xxxviii, 1, 2, 7.

(85) *Αὐτόν*. Vel potius αὐτόν, « se. »

(86) *Ἀποσκορ.* Ἀποκοραχιστέον Bod., Reg.

(87) *Μύροις*. Apud Athenæum lib. xv, ex Alexide in comœdia Πονήρᾳ, *Improba*, citatur locus hic :

... ὑγιείας μέρος,
Μέγιστον ὀδμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν.

Itaque corrigendum hic est ἐγκεφάλων. At lib. II, amplior eadem sententia profertur :

Ἐναλείφεται τὰς ῥῖνας, ὑγιείας μέρος
Μέγιστον, etc.

« Nares ungit, quæ bonæ pars valetudinis est maxima, odoremque capiti suavem objicit. » At apud Clementem legimus ὑπαλείφεται τὰς χεῖρας. Quantum autem conferant ad sanitatem unguenta, indicat illud Abderitæ Democriti apophthegma, qui interrogatus, qua ratione vitam sanus degeret, respondit, « Si interiora melle rigaret, exteriora oleo. » Collect. — Hos porro versus Grotius in *Excerpta* e trag. et com. Athenæi ope hoc modo digessit :

... μύρῳ
Ὑπαλείφεται τὰς ῥῖνας, ὑγιείας μέρος
Μέγιστον, ὀδμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν.

... naribus
Unguentum allinitur, sanitatis maxima
Quæ pars, odore cerebrum perfundi bono.

Dein hæc adnotavit : « Hoc μύρῳ ex Clemente posuimus, et ὑπαλείφεται, pro quo ἐναλείφεται apud Athenæum qui rursum recte ῥῖνας, cum male sit in Clemente χεῖρας, et ἐγκεφάλῳ non ἐγκεφάλων. »

(88) *Δή*. Μὴ Nov.

(89) *Διαφέρει*. Ἀλείφεσθαι hominibus voluptariis, χρίεσθαι etiam τοῖς σώφροσι convenit. Unde nata distinctio inter χρίσματα et ἀλείμματα. Athenæus lib. xv, c. 12 : Ἰκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ ὕλης τῶν μύρων φησί· Τὰ μὲν ἐστὶ χρίσματα, τὰ δ' ἀλείμματα. Clementis distinctionem defendunt etiam Sophoclis verba, quæ recitavit Athenæus l. xv, c. 10 : Σοφοκλῆς δ' ὁ ποιητὴς ἐν *Κρησὶ* τῷ δράματι τὴν μὲν Ἀφροδίτην ἡδονήν τινα οὖσαν, δαίμονα, καὶ μύρῳ ἀλειφομένην παράγει, καὶ κατοπτριζομένην, τὴν δ' Ἀθηνᾶν φρόνησιν οὖσαν καὶ νοῦν, ἔτι δὲ ἀρετὴν, ἐλαίῳ χρωμένην καὶ γυμναζομένην· « Sophocles poeta in fabula *Cretensibus*, Venerem deam, qua voluptas significatur, unguento perfusam fingit, et ad speculum se contemplantem. Minervam autem, cujus nomine mentem prudentiamque intelligimus ac virtutem, oleo perungi ac exerceri. » Porro χρίεσθαι est « lini : » ἀλείφεσθαι, « perfundi. » Glossæ veteres, « linit, » χρίει.

(90) *Ἀρίστιππος*. Seneca *De beneficiis*, lib. VII, c. 25 : « Aristippus aliquando delectatus unguento, Male, inquit, istis effeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt. » Sylburg. — Dictum hoc in Aristippo hoc modo effert Diogenes Laertius : Κακοὶ κακῶς δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῖν ἄλειμμα διαβάλλουσιν· « Mali vero male pereant cinædi, qui hoc nostrum unguentum ut male audiret, effecerunt. » Male hactenus interpretes, « qui unguenta pretiosa nobis exprobrant. »

(91) *Τίμα δ*. Bibl. τίμα τὸν ἰατρὸν πρὸς χρείαν αὐτοῦ· καὶ γὰρ αὐτόν, etc., quæ lectio magis convenit cum vulgata Latina, quam quod est in Antuerpiensi, πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ, « ad necessitates honoribus ejus. » Collect. — Mox ibid. ἔκτισεν ὁ Κύριος· παρὰ γὰρ Ὑψίστου ἐστ. Dein, καὶ μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσ.

(92) *Δηλονότι*. Sic mss., sed olim scriptum erat δῆλον ὅτι divisim.

Digitized by Google

ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον ἐκλεκτέον· ὅπου γε καὶ τοῦ ἐλαίου A τὴν γένεσιν ἀνῆκεν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις εἰς πόνων ἀρωγήν. Αἱ δὲ ἀφραίνουσαι γυναῖκες, βάπτουσαι μὲν τὰς πολιάς, μυρίζουσαι δὲ τὰς τρίχας, πολιώτεραι (93) θᾶττον γίνονται (94) διὰ τὰ ἀρώματα, ξηραντικὰ ὄντα· διὸ καὶ αὐχμηρότεροι γίνονται οἱ μυριζόμενοι· ὁ δὲ αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ. Εἴτε γὰρ αὔανσις τριχὸς ἡ πολιὰ, εἴτε (95) ἔνδεια θερμοῦ, τῆς ξηρότητος τὴν οἰκείαν τῆς τριχὸς ἐκπινούσης τροφὴν τὴν ὑγρὰν, καὶ πολιοὺς ἀποτελούσης· πῶς ἂν εἰκότως ἔτι ἀγαπῶμεν τὰ μύρα, δι' ἃ αἱ πολιαὶ, οἱ φεύγοντες πολιάς; Καθάπερ δὲ οἱ κύνες, ῥινηλατοῦντες, ἐκ τῆς ὁδμῆς ἀνιχνεύουσι τὰ θηρία· οὕτως ἐκ τῆς περιέργου τῶν μύρων εὐωδίας θηρῶσιν οἱ σώφρονες τοὺς ἀσελγεῖς. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν στεφάνων ἡ χρῆσις, κωμαστικὴ καὶ πάροινος, ἀπέρ- B ῥεε (96). « Μή μοι (97) στέφανον ἀμφιθῇς κάρα. Ἥρος μὲν γὰρ ὥρα, λειμῶσιν ἐνδρόσοις, καὶ μαλακοὶς ποικίλοις, χλοάζουσιν ἄνθεσιν ἐνδιαιτᾶσθαι καλὸν, » αὐτοφυεῖ καὶ εἰλικρινεῖ τινι εὐωδίᾳ, καθάπερ τὰς μελίττας, τρεφομένους. Τὸ δὲ « πλεκτὸν (98) στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος » κοσμήσαντας, οἵκοι περιφέρειν, οὐ σωφρόνων· οὐ γὰρ ἁρμόδιον ῥόδων κάλυξιν, ἢ ἴοις, ἢ κρίνοις, ἢ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις ἄνθεσι χαίτην πυκάζεσθαι κωμαστικὴν, διανθιζομένους τὴν χλόην. Ἐμψύχει γὰρ χαίτην ἄλλως ὁ στέφανος περικείμενος, καὶ δι' ὑγρότητά τε, καὶ διὰ (99) ψυχρότητα. Ταύτῃ (1) καὶ οἱ ἰατροὶ, ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον, μύρῳ χρίεσθαι ἀξιοῦσι τὰ στήθη καὶ μυκτῆρας ἄκρους, ὡς δυνηθῆναι τὴν πυ- C ρώδη ἀναθυμίασιν, ἡσυχῇ διοδεύουσαν, εὐρώστως ἀναθάλπειν τὴν ψυχρότητα. Πολλοῦ τοίνυν δεῖ τοῖς

utilitatem, non autem ad suavem sensuum titillationem. Non enim in unguentis id, quod ad libidinem provocat, sectandum est, sed id, quod est in eis utile, est eligendum, cum etiam Deus hominibus oleum nasci permiserit ad levandos labores. Desipientes autem mulieres, quæ canos quidem tingunt, capillos autem ungunt, celerius canescunt propter ea, quæ desiccant, aromata. Quippe fiunt, qui unguntur, sicciores; facit autem siccitas caniores. Sive enim canities est pilorum exsiccatio, sive calidi defectus, siccitate humidum, quod est pilorum nutrimentum, ebibente et efficiente canos, quomodo unguenta **78** adhuc amaverimus, propter quæ canities fit, qui canos fugimus? Quemadmodum autem qui naribus sunt sagacibus canes, feras odore investigant: ita ex nimis curiosa unguentorum fragrantia, qui temperantes ✠ sunt, venantur intemperantes. Porro autem talis quoque usus coronarum ad comessationem et in vino proterviam comparatus effluxit. « Ne caput mihi corona cinxeris. Ver est, in roscidis pratis et mollibus variisque germinantibus floribus degere pulchrum est, » nativa et sincera odoris suavitate apum ritu fruentes. Ex « puro » autem « prato contextam coronam » pro ornamento domi circumferre non est sobriorum hominum. Non enim rosarum baccis, vel violis, vel liliis, vel aliis ejusmodi floribus lascivientem comam, prata floribus nudantes, tegere convenit. Refrigerat enim capillum circumposita corona, tum propter humiditatem, tum propter frigiditatem. Ea de causa medici, cum cerebrum esse frigidum observent, pectora

✠ P. 211 ED POTTER, 180 ED. PARIS.

(93) *Πολιώτεραι.* Hæc desumpta sunt ex Athenæo lib. xv, cujus est fragmentum apud Canterum lib. III, c. 31 *Novarum lect.*: Ζητεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι, διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι; ἢ ὅτι τὸ μύρον διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικόν ἐστι; sed ea, quæ ex Aristotele citantur, nec in *Problematibus*, neque alibi exstant, neque in libro Theophrasti *Περὶ ὀσμῶν* ex quo conjicit Mercurialis lib. I, c. 21 *Var. lect.* perperam locum illum citari, cum neque Diogenes Laertius in catalogo operum Aristotelis mentionem ullam faciat naturalium problematum, tum quod lib. v *De generat. animalium* ex professo adversus eos disputet, qui a siccitate canitiem ortum ducere putabant, quam non ab ea, sed a putredine sola produci monstrat. Sed idem Athenæus ait, Τὰ πιλία θᾶττον ποιεῖ πολιούς, quod ibidem reperitur, ut et cap. 11 *De hist. animal.* lib. III: Τὰ γὰρ πνεύματα κωλύει τὴν σῆψιν, ἡ δὲ σκέπη ἄπνοιαν ποιεῖ· « Corruptio canitiem gignit, pilei autem prohibita transpiratione, corrumpendo canitiem faciunt. » Atqui hunc ipsum lib. *De animalib.* apud eumdem Athenæum reperimus quamplurimis locis citatum, et multa alia Aristot. opera nominari, quæ Stagyritæ nemo alius tribuit, ut et apud Apollonium in historiis mirabilibus editum a Xylandro; et multos scimus fuisse Aristoteles. COLLECT. — Non inutile erit integrum Athenæi locum apponere, quo ex Aristotele duas recitat de causa canitiei sententias; alteram eorum, qui ab ariditate; alteram eorum, qui ex defectu caloris, eam ducebant. Ejus porro vero verba sic se habent lib. xv, cap. 13: Ζητεῖ δ' ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι· Διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι; ἢ ὅτι τὸ μύρον διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικόν ἐστι, διὸ καὶ αὐχμηρόν; ὁ δ' αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ· εἴτε αὔανσις τριχὸς ἡ πολιὰ, εἴτ' ἔνδεια θερμοῦ, ἡ ξηρότης μαραίνει. Διὸ καὶ τὰ πιλία θᾶττον ποιοῦσι πολιούς· ἐκπίνεται γὰρ ἡ οἰκεία τῆς τριχὸς ὑγρότης· « Aristoteles ille doctissimus in Naturalibus quæstionibus hoc excutit: Cur magis canescant, qui unguento caput illinunt? an quod ungdentum propter aromata caput exsiccet, indeque squalore arefaciat? squalor enim canitiem efficit. Nam sive canities pilorum sit ariditas, sive caloris inopia, siccitate omnia marcescunt. Quamobrem iis, qui pileo caput tegunt, canities acceleratur, quia humor absumitur alendis pilis destinatus. »

(94) *Γίνονται.* Hoc pro vulg. φαίνονται repositum ex Pal. ms. SYLBURG.—Consentiunt Bod., Reg., verum φαίνονται habet Nov.

(95) *Εἴτε.* Οὔτε Nov.

(96) *Ἀπέῤῥεε.* Haud scio an melius ἀπερρέτω, « in malam rem facessito. » SYLBURG.—Ἄπαιρε Nov., corruptum ex ἀπέῤῥε· nam ait ε εὐμετάβολοι.

(97) *Μή μοι.* Lyrici cujusdam poetæ versus recitat. Mox κάρᾳ in dativo casu Sylburgius scribi posse adnotat.

(98) *Πλεκτόν.* Hæc rursus poetica sunt.

(99) *Διά.* Abest a Bod., Reg.

(1) *Ταύτῃ.* Athenæus lib. xv profert Alcæi et Anacreontis carmina; tum addit, « hortatur videlicet ut sibi ungat pectus, in quo sedes est cordis. » Hoc autem fuit olim factitatum, non ideo solum quod natura vapor odoris a pectore sursum in caput effertur, sed etiam quia in corde sit animi domicilium, ut asserunt Philotimus et Praxagoras, illustres medici. Paulo post coronas appensas pectori ὑποθυμιάδας a poetis vocatas ait.

Digitized by Google

esse ungenda definiunt, et supremas nasi partes, ut sensim transiens calida exhalatio, ejus frigiditatem possit salubriter fovere. Longe ergo abest, ut is sit floribus refrigerandus. Accedit his, quod florum quoque delectationem perdunt ii, qui sunt coronati. Quippe nec ejus visu fruuntur, qui habent coronam supra oculos revinctam; sed neque odoris suavitate, cum supra respiratoria instrumenta sint flores. Cum enim odor secundum naturam sursum emittatur et exhaletur supra caput, respiratio nulla delectatione fruitur, cum suavitas odoris abripiatur. Sicut ergo pulchritudo, ita etiam flos delectat, dum videtur : et oportet nos eorum quæ pulchra sunt aspectu fruentes, laude et gloria afficere Opificem. Usus autem eorum est noxius, et celeriter præteriens, pœnitentia nos afficit. Statim autem probatur eorum vitæ brevitas; ambo enim flaccescunt, et flos et pulchritudo. Cæterum eos quidem, qui ea contrectant, ille quidem refrigerat, hæc vero incendit et inflammat. Ut uno autem verbo absolvam, qui præter aspectum usus eorum percipitur, petulantia est et libido. non autem delectatio. Oblectari autem nos honeste oportet tanquam in paradiso, Scripturam ✠ vere sequentes : mulieris quidem corona vir est existimandus, viri autem matrimonium, matrimonii autem flores, amborum liberi, quos quidem carnalium pratorum divinus colligit agricola. « Senum autem coronæ sunt filiorum filii; filiis autem gloria, inquit, sunt patres [a] ,» nobis autem Pater universorum, et universæ

Λ ἄνθεσιν ἐπιψύχειν αὐτόν. Ναὶ μὴν (2) καὶ τὸ τερπνὸν τῆς ἀνθήσεως οἱ καταστεφθέντες ἀπολλύουσιν· οὔτε γὰρ ἀπολαύουσι τῆς ὄψεως οἱ ἀναδούμενοι τὸν στέφανον ὑπὲρ τὰς ὄψεις, οὐδὲ μὴν τῆς εὐωδίας, οἱ ἀπελαύνοντες ὑπὲρ τὰς ἀναπνοὰς τὰ ἄνθη. Ἀναδιδούσης γὰρ ἄνω καὶ (3) ἀναθυμιωμένης κατὰ φύσιν τῆς εὐωδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλήν, ἔρημος τῆς ἀπολαύσεως ἡ ἀναπνοὴ καταλείπεται, ἀφαρπαζομένης τῆς εὐωδίας. Ὥσπερ οὖν (4) τὸ κάλλος, οὕτω καὶ τὸ ἄνθος τέρπει βλεπόμενον· καὶ χρὴ δι' ὄψεως ἀπολαύοντας τῶν καλῶν, δοξάζειν τὸν Δημιουργόν. Ἡ χρῆσις δὲ αὐτῶν ἐπιβλαβὴς, καὶ θᾶττον παρέρχεται μετανοίᾳ τιμωρουμένη. Αὐτίκα δὴ μάλα καὶ διελέγχεται τὸ ἐφήμερον αὐτῶν· ἄμφω γὰρ μαραίνετον (5), καὶ τὸ ἄνθος, καὶ τὸ κάλλος. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θιγγάνοντας αὐτοῖν, τὸ μὲν ἐνέψυξε, τὸ δὲ ἐξέκαυσεν. Ἐνὶ δὲ λόγῳ ἡ παρὰ τὴν ὄψιν ἀπόλαυσις αὐτοῖν, ὕβρις ἐστὶν, οὐ τρυφή· τρυφᾷν (6) δὲ ἡμῖν, ὡς ἐν παραδείσῳ, προσῆκεν σωφρόνως, τῷ ὄντι παρεπομένους τῇ Γραφῇ· στέφανον (7) μὲν γυναικὸς τὸν ἄνδρα ὑπολητέον, ἀνδρὸς δὲ τὸν γάμον, ἄνθη δὲ τοῦ γάμου, τὰ τέκνα ἀμφοῖν· ἃ δὴ τῶν σαρκικῶν λειμώνων ὁ θεῖος δρέπεται γεωργός. « Στέφανος δὲ γερόντων, τέκνα τέκνων· δόξα (8) δὲ παισὶν οἱ πατέρες, » φησίν· ἡμῖν δὲ ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων· καὶ τῆς συμπάσης Ἐκκλησίας στέφανος ὁ Χριστός. Καθάπερ δὲ αἱ ῥίζαι καὶ αἱ βοτάναι, οὕτω δὲ καὶ τὰ ἄνθη ἰδίας ἔχει ποιότητας· καὶ τὰς μὲν ἐπωφελεῖς, τὰς δὲ ἐπιβλαβεῖς· ἔστι δὲ ἃς καὶ ἐπισφαλεῖς. Ὁ γοῦν κιτ-

B

C

τὸς (9) ἐμψύχει· ἡ δὲ καρύα (10) πνεῦμα ἀφίησι

✠ P. 212 ED. POTTER, 181 ED. PARIS. [a] Prov. XVII, 6.

(2) *Ναὶ μήν*. Tertullianus *De corona mil.* « res esse, ait, spiraculi aut spectaculi flores; » deinde in hunc coronarum usum invehitur : « Cæterum in capite quis sapor floris, quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, neque teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nare. » Minutius Felix : « Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire. » COLLECT. — Simile est Diogenis illud apud Laertium, lib. VI, seg. 39 : Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, ἔφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὀσφρησιν· « Unguento cum inunxisset pedes, dixit, a capite quidem in aerem ascendere unguentum, sed a pedibus in olfactum. » Idem videbatur Nigrino philosopho Platonico, de quo Lucianus in *Nigrino* : Εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσι, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ' αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, τὴν ἀναπνοήν· « Nam si violarum et rosarum odore delectantur, sub naribus potissimum eos coronari oportebat, juxta ipsam, quantum fieri potest, respirationem. » Conf. etiam Tertullianus *Apolog.*, cap. 42.

(3) *Καὶ*. Τῆς Nov.

(4) *Ὥσπερ οὖν*. Plutarchus, *De amore* : Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾶν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν, οὐκ ἀκίνδυνον, μᾶλλον δὲ, ὥς φησι Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις τοῦ πάθους ἐστὶ λαβή· « Formosos intueri jucundissimum est : tangere autem, non sine periculo licet : imo, ut Xenophon inquit, ignis quidem tangentes solum urit, pulchri vero etiam procul distantes inflammant : visus enim veluti ansa est capiendi amoris. » COLLECT.

(5) *Μαραίνετον*. Rectius passive μαραίνεσθον. SYLBURG.

(6) *Τρυφᾶν*. Respicit Gen. II, 15 : Καὶ ἔθετο (Θεὸς) αὐτὸν (ἄνθρωπον) ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς.

(7) *Στέφανον*. Respicere videtur I Cor. XI, 3 : Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ Θεός. Scholiastes in marg. Reg. et Bod. hæc adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα· γυνὴ γὰρ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἡ Γραφὴ λέγει.

(8) *Δόξα*. Proverb. Καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν. A. Sequentia sunt ex Ephes. I. H. SYLBURG.

(9) *Κιττός*. Hæc de hedera, et quæ sequuntur de nuce et de narcisso mutuatus est a Plutarcho ad verbum lib. III *Symposiac.* cap. 15. Quod vero Sophocles ait, narcissum esse στεφάνωμα χθονίων θεῶν, « coronamentum terrestrium deorum, » subterraneorum intellige, ceu inferorum; nam, ut docet Eustathius in *Iliad.* A, νάρκισσος Ἐριννύσι στεφάνωμα· dicitur enim narcissus ἐκ τοῦ ναρκᾶν, οὗ Ἐριννύες παραίτιοι, et ex Phanodemo lib. V *Rerum Atticarum* constat, coronas e narcisso consecratas fuisse Proserpinæ, quod florem illum colligeret, cum rapta fuit a Plutone, vel quod circa monumenta nascatur frequens : Cælius lib. XXVI, cap. 20, vel omnibus subterraneis diis, quod defuncti et morte torpidi flore torpido coronarentur. Dodonæus Pempt. II, lib. II, c. 21. COLLECT.

(10) *Καρύα*. Hæc e Plutarcho Clemens, vel uterque ex eodem auctore mutuatus fuisse videtur. Ejus verba, quia Clementi lucem aliquam allatura videntur, apposuisse haud pigebit e *Sympos.* lib. III,

Digitized by Google

καρωτικὸν, ὡς ἐμφαίνει καὶ τοὔνομα ἐτυμολογούμενον· νάρκισσος δὲ βαρύοδμόν ἐστιν ἄνθος· ἐλέγχει δὲ αὐτὸ ἡ προσηγορία, « ναρκᾷν (11) » ἐμποιοῦν τοῖς νεύροις. Αἱ δὲ τῶν ῥόδων (12) καὶ τῶν ἴων ἀποφοραὶ, ἡσυχῇ οὖσαι ψυχραὶ, συστέλλουσι καὶ ἐπιστύφουσι τὰς καρηβαρίας· ἡμῖν (13) δὲ οὐχ ὁπωστιοῦν συμμεθύειν, ἀλλ' οὐδὲ οἰνοῦσθαι ἐπιτέτραπται· ναὶ μὴν ὁ κρόκος καὶ τῆς κύπρου τὸ ἄνθος εἰς ὕπνον ἄλυπον ὑπαγέτην (14). Πολλὰ (15) δὲ αὐτῶν, φύσει ψυχρὸν ὄντα τὸν ἐγκέφαλον, ἀναθάλπει ταῖς ἀποφοραῖς, λεπτύνοντα τῆς κεφαλῆς τὰ περιττεύματα. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ ῥόδον (16) ἐπωνομάσθαι φησὶν, ὅτι πάμπολυ τῆς ὀδωδῆς (17) ἀφίησι ῥεῦμα· διὸ καὶ θᾶττον μαραίνεται. Ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις (18) τῶν Ἑλλήνων, ἡ χρῆσίς πω τῶν στεφάνων ἦν· οὔτε γὰρ οἱ μνήστορες (19) οὔθ' οἱ ἄβροδίαιτοι κέχρηνται Φαίακες αὐτοῖς. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι (20), πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπεγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία (21), τελευταῖον ὁ στέφανος, ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς

A Ecclesiæ corona Christus est. Quemadmodum autem radices et herbæ, ita etiam flores proprias habent qualitates; et has quidem utiles, illas vero noxias, alias autem periculosas. Hedera itaque refrigerat : nux autem emittit spiritum, qui torporem immittit, ut vel ipsa ostendit nominis etymologia. Narcissus vero flos est gravis odoris : id autem arguit nominis appellatio, ut qui nervis νάρκην, hoc est « torporem, » afferat. Rosarum autem et violarum qui emittuntur odores, cum sint modice frigidi, gravedines capitis comprimunt et coercent. Nobis autem nullo modo non solum una inebriari, sed ne vino quidem impleri permissum est. Quin etiam crocus et flos ligustri in somnum minime molestum deducunt. Porro autem multa ex iis cere-
B brum, quod est natura frigidum, suis fovent odoribus, dum excrementa cerebri subtiliora efficiunt. Hinc etiam dicunt rosam Græce ῥόδον fuisse nominatam, quod odoris fluxum emittit ingentem, et ideo cito marcescit. Cæterum nec apud antiquos

quæst. 1, qua disputat, an floreis coronis inter pocula utendum sit? Δηλοῖ καὶ τῶν ὀνομάτων ἔνια τὴν περὶ ταῦτα πολυπραγμοσύνην τῶν παλαιῶν. Τήν τε γὰρ καρύαν οὕτω ὠνόμασαν, ὅτι, πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα, λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῇ παρακεκλημένους· καὶ τὸν νάρκισσον, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις· « Adde, quod veterum in hisce rebus diligentiam produnt nomenclaturæ quædam. Sic nuci καρύας nomen crearunt, quod spiritu gravi et capiti nocivo, quem exhalat, soporem ea sub arbore recubantibus conciliet. Sic narcissum, quia nervos obtundit, et torporem inducat, appellavere. »

(11) *Ναρκᾷν*. Si quis νάρκην malit, per me licet. Sylburg.

(12) *Αἱ δὲ τῶν ῥ*. Plutarchus loco prius dicto : Ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ τῷ μετρίως ἐπιψαύειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος· στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας. Τὸ δὲ τῆς κύπρου ἄνθος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βάκκαρις εἰς ἄλυπον ὑπάγει τοὺς πεπωκότας· « Quæ vero moderate frigida leni contactu repellunt atque inhibent exhalationes, quemadmodum facit e violis atque rosis contexta corolla : uterque enim flos astringit, et capitis gravedinem odoris vi defendit. Enimvero cypri flos, crocus et baccaris, placido somno potores consopiunt. »

(13) *Ἡμῖν*. Sensus est : « Nobis, quibus vino non solum non inebriari, sed ne liberius quidem uti permissum est, rosis et violis ad comprimendam τὴν καρηβαρίαν opus haud esse. »

(14) *Ὑπαγέτην*. Grammatica regula postulat ὑπάγετον. Sylburg. — Idque habet Nov.

(15) *Πολλά*. Plutarchus ibidem : Ἐνίων δὲ ἀνθῶν ὀσμαῖς ἄνω σκιδναμέναις περὶ τὸν ἐγκέφαλον οἵ τε πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἐκκαθαίρονται, καὶ λεπτύνονται τὰ ὑγρὰ πράως ἄνευ πληγῆς καὶ σάλου τῇ θερμότητι διακρινόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθάλπεται· « Quorumdam etiam florum odore sursum ad cerebrum rejecto, tum sensuum spiracula defæcantur, tum humores quoque citra omnem vim concussionemque dividuntur, et a calore clementer attenuantur : ad hæc cerebrum, quod natura frigidum est, intepescit atque fovetur. »

(16) *Ῥόδον*. Plutarchus sub finem modo laudati capitis : Τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δήπουθεν ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται· « Rosa utique etiam inde nomen accepit, quod copiosum odoris defluvium exspuat; quæ causa etiam est cur ocissime marcescat. »

(17) *Ὀδωδῆς*. Pal. ms. ὀδμῆς, usitatius. Sylburg.—Id habent præterea Reg., Bod. cum in textu, tum etiam in marginali nota. Sed ὀδωδῆς veram esse lectionem, ex Plutarchi verbis manifestum est.

(18) *Ἀρχαίοις*. De primo coronarum apud veteres Græcos usu conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. IV, c. 20.

(19) *Οἱ μνήστορες*. Intelligit Penelopes procos, C quorum mores, ut etiam Phæacum, Homerus in *Odyssea* copiose descripsit.

(20) *Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι*. Athletis non eadem quocunque tempore præmiorum genera proposita, verum ut Clem. Alex. memoriæ prodidit, primo fuit δόσις ceu *donum*, secundo plausus et excitatio, tertio foliorum conjectio, postremo corona. Quid autem δόσις Clementi significet, nisi aliquid in ejus vulgato codice desideretur, puto nihil aliud, quam congiarium significare : quo pacto apud Herodianum quoque ea vox usurpata invenitur : nisi potius leve aliquod munusculum designet, quod posterioribus omnibus vilius exstiterit. Mercur. lib. *De arte gymnast.* c. 14. Athenæus lib. x refert ex elegis Xenophanis de athletis, ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη· « aliquo donatur a civitate munere, quod suæ virtutis sit monumentum. » Plin. lib. XVI, cap. 14 : « Antiquitus quidem nulla corona, nisi Deo, dabatur : viritim vero ne in certa-
D mine quidem ulli : feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo, sed ex hedera, postea deorum honori sacrificantes sumpsere : novissime et in sacris certaminibus usurpatæ. » Paulo post : « Ludos ineunti semper assurgi etiam a senatu in more est. » Quod ad athletas referre voluit Mercur. lib. I, c. 5 *Gymnast.*, pulchreque cum eo, quod ἐπεγερμὸν appellat Clemens, conveniret, nisi ad Romanos potius referendum esset, qui civica donati essent. Illi enim coronas non novere nisi bellicas. Collect. — Ferrarius de veterum plausu lib. II, Ἄθλων pro ἀθλητῶν, et ἐπαγερμός pro ἐπεγερμός substituit, hoc modo : Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν· δεύτερον δὲ, ὁ ἐπαγερμός· τρίτον, ἡ φύλ. « In certaminibus vero, primo fuit præmiorum datio, secundo, munusculorum collectio; tertio, florum seu frondium conjectio; postremo corona. »

(21) *Τρίτον ἡ φ*. Τρίτον δὲ ἡ φ. Pal. ms. Syl. — Mox, τοίνυν τῶν στεφάνων. Ibid.

Digitized by Google

quidem Græcos fuit ullus adhuc coronarum usus : neque enim proci, nec qui luxuriosam vitam agebant, Phæaces, eis usi sunt. In certaminibus autem, ✠ primo donum athletis datum est, secundo autem plausus et excitatio, tertio foliorum conjectio, ultimo autem fuit corona, cum Græcia post tempora Medica deliciis operam daret. Qui a Logo itaque instituuntur, a coronis arcentur, nec existimant rationem esse a se illigandam, quæ in cerebro sita est : non quod corona comessatricis petulantiæ sit symbolum, sed quod ea sit dedicata simulacris. Sophocles certe narcissum, « antiquam magnorum deorum coronam » appellavit, id dicens de terrestribus. Sappho autem coronat Musas rosa : « Non es rosarum Pieriarum particeps. » Junonem autem dicunt delectari lilio, et Dianam myrto. Etsi enim flores quidem maxime propter hominem facti sunt, eos tamen cum stulti acceptos, non ad proprium usum, quo grato animo uti poterant, sed in ingratum dæmonum ministerium abusi sunt, ab eis abstinendum est propter conscientiam. Est autem corona

A Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά. Εἴργονται τοίνυν στεφάνων οἱ τῷ Λόγῳ παιδαγωγούμενοι· οὐκ ἐπικαταδεῖν δοκοῦσιν (22) τὸν λόγον, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτον ἱδρυμένον· οὐδ' ὅτι κωμαστικῆς ἀγερωχίας σύμβολον ὁ στέφανος εἴη· ἀλλὰ γὰρ ὅτι (23) τοῖς εἰδώλοις κατωνόμασται· ὁ γοῦν Σοφοκλῆς (24) τὸν νάρκισσον « ἀρχαῖον (25) μεγάλων θεῶν στεφάνωμα » προσεῖπε, τῶν χθονίων λέγων· ῥόδῳ δὲ τὰς Μούσας Σαπφὼ (26) καταστέφει· « Οὐ γὰρ μετέχεις (27) ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· » κρίνῳ (28) δὲ ἥδεσθαι τὴν Ἥραν φασὶ, καὶ τὴν Ἄρτεμιν, μυρρίνῃ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα μὲν δι' ἄνθρωπον γέγονε τὰ ἄνθη, ταῦτα δὲ οἱ ἀνόητοι λαβόντες, οὐκ εἰς τὴν ἰδίαν εὐχάριστον χρῆσιν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν δαιμονίων ἀχάριστον ὑπηρεσίαν κατεχρήσαντο· ἀφεκτέον αὐτῶν διὰ τὴν συνείδησιν (29).

B Ἀοχλήτου (30) δὲ ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς (31) καταστεφανοῦσιν· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα, ἔργῳ προσμαρτυροῦντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς· οἱ μὲν γὰρ βακχεύοντες, οὐδὲ ἄνευ στεφάνων ὀργιάζουσιν· ἐπὰν δὲ ἀμφιθῶνται τὰ ἄνθη, πρὸς τὴν τελευτὴν ὑπερκαίονται. Οὐ δὴ κοινωνη-

✠ P. 213 ED. POTTER.

(22) *Οὐκ ἐπικαταδεῖν δ.* Lowthius mavult οὐχ ὅτι ἐπικατ. Verum facilior mutatio fiet, si scripserimus οὐκ ἐπεὶ καταδεῖν, hoc est : « Non quod existiment rationem, quæ in cerebro sita est, coronis ligari ; neque quod, » etc. Quam emendationem in Græco indice suggessit Sylburgius.

(23) *Ἀλλὰ γὰρ ὅτι.* Tertull., *De corona mil.*, 7 : « Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod a candidatis diaboli introductum est, et ipsis a primordio dicatum est, quodque jam tunc idololatriæ initiabatur ab idolis, et id idolis adhuc vivis ; non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quæ idolis alii faciunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alii idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quanto magis, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adviverent? » Collect.

(24) *Ὁ γοῦν Σοφ.* Ὁ γὰρ Σοφ. Bod., Reg. Plutarchus, post ea quæ de narcisso superius laudata sunt, hæc adjicit : Διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι τῶν χθονίων, προσηγόρευκε· « Quam ob causam Sophocles vetustum magnarum, hoc est terrestrium, dearum coronamentum vocavit. »

(25) *Ἀρχαῖον.* Ἀρχαίων Pal. ms., Sylburg., Reg. Mox μεγάλων pro λέγων Nov. mendose. Pro quo fortasse rectius λέγω, « dico, inquam. » Sylburg.

(26) *Σαπφώ.* Morem fuisse veterum ut longe aliis floribus texerent coronas diversis diis, constat : Musas vero rosis coronare ipsos solitos, plures graves scriptores litteris prodiderunt. Utuntur autem omnes testimonio Sapphonis, quæ carmine quodam testata id fuerat. P. Victor, lib. xiv, c. 18, *Var. lect.* Deinde locum citat apud Plutarch., *Symposiac.* lib. iii, cap. 1, de nuptialibus præceptis, et Clementis hoc loco, quem ex Stobæo se correxisse ait, antequam eum excudendum daret ex Bibliotheca Medicæa : Κατ' θανοῖσα δὲ κείσεαι οὐδέποκα μναμοσύνα σέθεν ἔσετ' οὐδέποκ' ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας, ἀλλ' ἀφανὴς κ' εἶν Ἀΐδαο δόμοις φοιτάσεις πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα. Ita reperitur scriptus hic locus in quodam Stobæi manuscripto codice, nisi quod illæ duæ voces πεδέχεις et πέδα non Dorica, sed communi lingua efferuntur, quod viri docti ex aliis grammaticis emendarunt. Sed et in Aldina Plutarchi editione alteram reperimus : « Scribit ad feminam indoctam et litterarum expertem. Mortua, inquit, jacebis, neque memoria unquam tui exsabit ; non enim es particeps rosarum ex Pieria ortarum, sed obscura Orci domos peragrabis, cum exilibus umbris volitans. » Itaque videri fortasse cuipiam possit glossema, quod præterea in hac sententia alibi legitur. In eodem loco *Sympos.* testatur Plutarchus, floribus coronatos fuisse τοὺς ἱερονίκας. Collect.

(27) *Οὐ γὰρ μετέχεις.* Pal. ms. οὐ γὰρ ἀπαρχῆς· pro quo an ἀπάρχεις scribere voluerit, nescio. Coronas vero Musarum antiquos e rosis texere solitos fuisse, prolixius docet Petrus Victorius, *Var. lect.* lib. xiv, cap. 18. Sylburg. — Οὐ γὰρ ἀπαρχῆς ῥόδων τῶν ἐκ περιεργίας Nov., Bod., Reg. corrupte.

(28) *Κρίνῳ.* Sunt qui lilium Veneri sacrum fuisse perhibent. Unde id vetus poeta χάρμ' Ἀφροδίτης, « delicias Veneris, » vocat apud Athenæum lib. xv, c. 9.

(29) *Διὰ τὴν σ.* Respicit I Cor. x, 28.

(30) *Ἀοχλήτου.* Scholiastes in marg. Reg. et Bod. hæc adnotat : Οἶμαι δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ τοῖς ἀθλοῦσι ἀμεριμνίας δίδοσθαι τὸν στέφανον σύμβολον, τοῖς μὲν ἀφροδισίου φροντίδος, τοῖς δὲ καμάτων καὶ πόνων γυμναστικῶν.

(31) *Ταύτῃ καὶ τοὺς νεκρούς.* P. Victorius, lib. ii, cap. 7, *Var. lect.*, Græcorum morem in efferendo honestiore aliquo funere significavit. Cicero in orat. *pro Flacco* : « Quod contineretur plebiscitis Smyrnæorum quæ fecerant in Castricium mortuum ostendens primum ut oppidum intro ferretur, deinde ut efferrent ephebi ; postremo ut imponeretur aurea corona mortuo. » Institutum autem hoc coronandi mortuos tetigit etiam Aristoph. in *Concionat.*, ubi induxit virum uxorem increpantem quod eum noctu in lectulo dormientem reliquisset tanquam cadaver ; addit enim, « nihil desiderari potuisse, nisi quod coronam capiti ejus non imposuisset. » Plinius, lib. xxi, c. 3 : « Ut ipsi mortuo parentibusque ejus sine fraude esset imposita. » Tertullian., *De corona mil.* : « Quid enim tam dignum Deo, quam quod indignum idolo? Quid autem tam dignum idolo, quam quod et mortuo? Nam et mortuorum est ita coronari ; vel quoniam et ipsi idola statim fiunt, et habitu et cultu consecrationis quæ apud nos secunda idololatria est. » Minutius Felix *Octavio* : « Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis examini facem, aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat, et miser non gaudeat floribus. » Collect.

Digitized by Google

τέον (32) οὔθ' ὁπωστιοῦν δαίμοσιν. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν εἰ- A
κόνα τοῦ Θεοῦ τὴν ζῶσαν, δίκην εἰδώλων τῶν νε-
κρῶν, καταστεπτέον. Ὁ γὰρ καλὸς τοῦ ἀμαράν-
του (33) στέφανος ἀπόκειται τῷ καλῶς πεπολιτευμέ-
νῳ. Τὸ ἄνθος τοῦτο γῇ βαστάζειν οὐ κεχώρηκε·
μόνον δὲ αὐτὸ καρποφορεῖν ἐπίσταται οὐρανός: Πρὸς
δὲ, καὶ ἀλόγιστον, ἀκηκοότας ἡμᾶς τὸν Κύριον (34)
« ἀκάνθαις » ἐστεμμένον (35), αὐτοὺς ἐντρυφῶντας τῷ
στεμνῷ τοῦ Κυρίου πάθει, ἀναδεῖσθαι τοῖς ἄνθεσιν.
Ὁ μὲν γὰρ τοῦ Κυρίου στέφανος ἡμᾶς ἠνίττετο προ-
φητικῶς, τοὺς ποτε ἀκάρπους, τοὺς περικειμένους
αὐτῷ διὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἧς (36) ἐστι κεφαλή.
Ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεώς ἐστι τύπος· ζωῆς μὲν διὰ τὴν
οὐσίαν τοῦ ξύλου, εὐφροσύνης δὲ διὰ τὴν προσηγορίαν
τοῦ στεφάνου· κινδύνου δὲ διὰ τὴν ἄκανθαν· οὐδὲ
γὰρ ἀναιμωτὶ προσίεναι τῷ Λόγῳ ἔξεστιν. Ὁ δὲ B
πλεκτὸς μαραίνεται στέφανος οὗτος, καὶ τὸ πλέγμα
τῆς σκολιότητος ἀναλύεται, καὶ τὸ ἄνθος ξηραίνεται·
μαραίνεται γὰρ ἡ δόξα τῶν τῷ Κυρίῳ μὴ πεπιστευ-
κότων. Ἰησοῦν δὲ ἐστεφάνωσαν ὑψωμένον, τῆς αὐτῶν
καταμαρτυροῦντες ἀμαθίας· τοῦτ' αὐτὸ γὰρ οἱ σκλη-
ροκάρδιοι, προφητείαν οὖσαν σεσοφισμένην οὐ νοοῦ-
σιν, ἣν αὐτοὶ ὕβριν καλοῦσι Κυρίου. « Οὐκ ἔγνω τὸν
Κύριον ὁ λαὸς » ὁ πεπλανημένος· οὐ περιτέτμηται τὸν
λογισμόν· οὐ πεφώτισται τὸν σκοτισμόν· οὐκ εἶδε
τὸν Θεόν· τὸν Κύριον ἠρνήσατο· ἀπολώλεκε τὸ εἶναι
Ἰσραήλ· ἐδίωξε τὸν Θεόν· καθυβρίζειν ἤλπισε τὸν
Λόγον· καὶ ὃν ἐσταύρωσεν ὡς κακοῦργον, ἀνέστεψεν
ὡς βασιλέα. Διὰ τοῦτό τοι εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν ἄν-
θρωπον, τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπιγνώσονται Κύριον
καὶ δίκαιον· ὃν αὐτοὶ παρεπίκραναν (37) ἐπιδείξα- C
σθαι τὸν Κύριον, τούτῳ αὐτῷ ὑψουμένῳ μεμαρτυρή-
κασι, τὸ διάδημα τῆς δικαιοσύνης τὸ ὑπὲρ πᾶν (38)
ὄνομα ἐπηρμένῳ περιάψαντες διὰ τῆς ἀειθαλοῦς
ἀκάνθης (39)· τὸ διάδημα τοῦτο τοῖς ἐπιβουλεύουσι
πολέμιον, ἐκώλυσεν αὐτούς· τοῖς συνεκκλησιάζουσιν
φίλον, ἐθρίγκωσεν αὐτούς· ὁ στέφανος οὗτος ἄνθος
ἐστὶ τῶν πεπιστευκότων εἰς τὸν δεδοξασμένον· αἱ-
μάσσει δὲ καὶ κολάζει τοὺς ἠπιστηκότας. Ναὶ μὴν
καὶ σύμβολόν ἐστι Δεσποτικοῦ κατορθώματος, βαστά-
σαντος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἡγεμονικῷ τοῦ σώ-
ματος πάντα ἡμῶν τὰ πονηρὰ, δι' ὧν ἐκεντούμεθα·

tranquillitatis perturbatione vacuæ signum. Qua de causa mortuos quoque coronant; quemadmodum etiam idola, eo facto mortua esse asserentes; nec ii qui bacchantur absque coronis orgia sua celebrant: postquam autem flores circumposuerint, postremo mirandum in modum incenduntur. Cum dæmonibus ergo nullo modo ✠ communicandum est. Sed nec viva Dei imago, mortuorum simulacrorum ritu est coronanda. Pulchra enim amaranti corona ei est reposita, qui se recte gesserit. Hunc florem terra ferre non potest: cœlum solummodo eum potest producere. Accedit his, quod a ratione alienum est, ut qui audierimus Dominum « spinis [a] » fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni insultantes, habeamus capita redimita floribus. Domini enim corona nos prophetice significabat, qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa **79** illum positi fuimus per Ecclesiam, cujus ipse est caput. Quin etiam est typus fidei; vitæ quidem, propter ligni substantiam; lætitiæ autem, propter coronæ appellationem; periculi vero, propter spinam; neque enim citra sanguinem licet ad Logon accedere. Contexta autem hæc corona marcescit, et perversitatis sertum dissolvitur, et flos exsiccatur. Marcescit enim gloria eorum qui Domino minime crediderunt. In altum autem elatum Jesum coronaverunt, suam testantes inscitiam. Hoc enim ipsum, cum duro corde sint, sapienter prolatam non intelligunt esse prophetiam, quam ipsi appellant Domini probrum et contumeliam. « Non cognovit Dominum populus [b], » qui aberravit, ratione minime fuit circumcisus, non fuerunt ejus illuminatæ tenebræ, non novit Deum, negavit Dominum, verum esse Israelem perdidit, Deum persecutus est, Logon speravit afficere contumelia, et quem tanquam maleficum crucifixit, tanquam regem coronavit. Quapropter in quem hominem non crediderunt, eum benignum Deum Dominum agnoscent, et justum. Quem exacerbaverunt ut se Dominum ostenderet, hoc de eo in altum sublato testati sunt, diadema justitiæ ei super omne nomen exaltato tribuentes, per spinam semper florentem. Hoc diadema est inimicum

✠ P. 214 ED. POTTER, 182 ED. PARIS. [a] Matth. xxvii, 29; Joan. xix, 2. [b] Isa. i, 3.

(32) *Οὐ δὴ κοιν.* Tertull., ibidem : « Nihil dandum idolo, sed nec sumendum ab idolo. Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi et Beliæ? et ideo fugite. Longum enim divortium mandat ab idololatria, in nullo proxime accedendum. » Et paulo post : « Indignum enim ut imago Dei vivi, imago idoli et mortui fiat. » Collect. — Respicere videtur I Cor. x, 20 : Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.

(33) *Ἀμαράντου.* Sic I Petri v : Κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. « Percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. » Quidam ad verbum, « Reportabitis coronam gloriæ amarantinam, » ceu « ex amaranto. » Perinde quasi diceret, ex vero, ceu pretioso, amaranto, aut quæ magis est immarcescibilis, quam quæ ex amaranto. Collect.

(34) *Κύριον.* Tertullianus, *De corona mil.* : « Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec floribus coroneris, si spinis non potes : quia non floribus potes. Item Christus Jesus quale oro te sertum pro utroque sexu subiit? ex spinis opinor, et tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis. » Gulielmus Tyrius *Belli sacri* lib. ix, c. 9, de Godefrido rege : « Promotus autem humilitatis causa, corona aurea, regum more, in sancta civitate noluit insigniri : ea contentus, et illi reverentiam exhibens, quam humani generis imperator in eodem loco usque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportavit. » Collect.

(35) *Ἐστεμμένον.* Ἐστεφανωμένον Nov.

(36) *Ἧς.* Ἣ Pal. ms. Sylburg.

(37) *Παρεπίκραναν.* Respicit Matth. xxvii, 40, et alia Evangeliorum loca, quibus Judæi dicuntur Christum provocasse, ut sese Dei Filium esse ostenderet.

(38) *Ὑπὲρ π.* Respicit Philip. ii, 9.

(39) *Ἀειθαλοῦς ἀκ.* Ἀειθαλές spinæ genus quoddam erat; e qua coronas texuisse Ægyptios, refert Hellanicus in Ægyptiacis apud Athenæum xv, 7.

Digitized by Google

iis qui insidiantur; iis autem qui in Ecclesia simul versantur, amicum, eos circumsepsit ac muniit. Hæc corona flos est eorum qui crediderunt in eum ✠ qui glorificatus est; cruentat autem et castigat eos qui non crediderunt. Porro autem hoc quoque signum est rei a Domino bene gestæ, cum ipse suo capite et principali parte corporis omnia mala nostra portaverit, propter quæ pungebamur. Cum ipse enim ab offensionibus et peccatis et ejusmodi spinis, nos propria passione liberasset, diabolumque infirmasset et abolevisset, orans merito dixit: « Ubi tuus, o mors, stimulus[a]? » Atque nos quidem uvas ex spinis colligimus, et ficus ex rubis; illi autem in vulnera laniantur, ad quos « manus extendit, » nempe ad populum infidelem et infrugiferum. Possem aliud quoque tibi mysticum dicere. Nam cum omnipotens universorum Dominus, quando cœpit per Logon legem ferre, et Moysi suam potentiam voluit manifestare, ei divina visio ostenditur formatæ lucis in rubo ardente (spinosa autem planta est rubus); postquam Logos legem ferre et cum hominibus conversari desiit, mystice rursus Dominus corona coronatur; hinc illuc unde descenderat abiens, veteris descensus principium instaurans, ut Logos, qui primum per rubum visus fuerat, per spinam rursus assumptus, ostenderet hæc omnia esse unius potentiæ opus; cum sit unus Patris, qui unus est, Filius, principium et finis sæculi. Sed a pædagogica docendi ratione ad genus orationis, quod versatur in docendis dogmatibus, digressus sum: rursus igitur revertor ad propositum. Quod ergo loco medicamenti, curationis gratia, et nonnunquam etiam moderatæ recreationis, non sit rejicienda, quæ ex floribus sentitur oblectatio, quæ ex unguentis et suffitibus accipitur utilitas, ostendimus. Quod si dixerint aliqui, quænam est ergo amplius florum gratia iis qui eis non utuntur?

A αὐτὸς γὰρ τῷ ἰδίῳ πάθει ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ σκανδάλων καὶ ἁμαρτιῶν καὶ τῶν τοιούτων ἀκανθῶν, καὶ τὸν διάβολον καταργήσας, εἰκότως ἐπευχόμενος (40) εἴρηκε· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; » Καὶ ἡμεῖς μὲν ἐξ ἀκανθῶν (41) τρυγῶμεν σταφυλήν, καὶ σῦκα ἀπὸ βάτων· οἱ δὲ εἰς τραύματα καταξαίνονται, ἐφ' οὓς « ἐξεπέτασε (42) τὰς χεῖρας, » ἐπὶ λαὸν ἀπειθῆ καὶ ἄκαρπον. Ἔχοιμ' ἂν σοι καὶ ἄλλο μυστικὸν ἐνταῦθα εἰπεῖν· ἐπεὶ γὰρ (43) ὁ παγκρατὴς Κύριος τῶν ὅλων, ὁπηνίκα νομοθετεῖν ἤρχετο τῷ Λόγῳ, καὶ τῷ Μωϋσεῖ καταφανῆ ἐβούλετο γενέσθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὄψις αὐτῷ δείκνυται θεοειδὴς φωτὸς μεμορφωμένου ἐπὶ φλεγομένῳ (44) βάτῳ· (τὸ δὲ ἀκανθῶδες φυτόν ἐστιν, ὁ βάτος·) ἐπειδὴ ἐπαύσατο τῆς νομοθεσίας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας ὁ
B Λόγος, ὁ Κύριος μυστικῶς αὖθις ἀναστέφεται ἀκάνθῃ· ἐνθένδε ἀπιὼν ἐκεῖσε, ὅθεν κατῆλθεν, ἀνακεφαλαιούμενος τὴν ἀρχὴν τῆς καθόδου τῆς παλαιᾶς, ὅπως ὁ διὰ βάτου τὸ πρῶτον ὀφθεὶς ὁ Λόγος, διὰ τῆς ἀκάνθης ὕστερον ἀναληφθεὶς, μιᾶς ἔργον τὰ πάντα δείξῃ δυνάμεως, εἷς ὢν, ἑνὸς ὄντος τοῦ Πατρὸς, ἀρχὴ καὶ τέλος αἰῶνος. Ἀλλ' ἐξέβην γὰρ τοῦ παιδαγωγικοῦ τύπου, τὸ διδασκαλικὸν εἶδος παρεισάγων· αὖθις οὖν ἐπὶ τὸ προκείμενον (45) ἐπάνειμι. Ὡς μὲν οὖν ἐν φαρμάκου μοίρᾳ ἰάσεως ἕνεκα, ἔσθ' ὅπη δὲ καὶ διαχύσεως σώφρονος, οὐκ ἀποβλητέον τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθῶν τέρψιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν μύρων τε καὶ θυμιαμάτων ὠφέλειαν, δεδηλώκαμεν. Εἰ δὲ καὶ λέγοιέν τινες· Τίς οὖν ἔτι (46) χάρις ἀνθῶν, τοῖς μὴ χρωμένοις αὐτοῖς; ἴστων ὡς ἄρα καὶ τὰ μύρα ἐξ αὐτῶν
C σκευάζεται, καὶ ἔστι πολυωφελῆ· σούσινον (47) μὲν ἐκ κρίνων καὶ λιρίνων· ἔστι δὲ θερμαντικὸν, ἀναστομωτικὸν, ἑλκυστικὸν, ὑγραντικὸν, σμηκτικὸν, λεπτομερὲς (48), σχολῆς κινητικὸν, μαλακτικόν· ναρκίσσινον δὲ τὸ ἐκ ναρκίσσου, ἐπ' ἴσης ὀνίνησι τῷ σουσίνῳ· μύρσινον δὲ τὸ ἐκ μύρτων καὶ μυρρίνης (49), στυπτικὸν, παρακατέχον τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποφοράς· τὸ δὲ

✠ P. 215 ED. POTTER, 183 ED. PARIS. [a] 1 Cor. xv, 55.

(40) *Ἐπευχόμενος*. *Orans* vertit interpres. Verum Homerica vox est *gloriantis* de victo hoste. Unde *Il.* Π, v. 828, devicto Patroclo,

Ἕκτωρ Πριαμίδης σχεδὸν ἔγχεϊ θυμὸν ἀπηύρα·
Καὶ οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

(41) *Ἐξ ἀκανθῶν*. Respicit Luc. VI, 44 : Οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν.

(42) *Ἐφ' οὓς ἐξ*. Respicit Rom. X, 21 : Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

(43) *Ἐπεὶ γάρ*. Ut syntaxis hujusce loci constet, illud καί ante Μωϋσεῖ delendum, deinde pro ἐπειδὴ scribendum ἐπεὶ δὲ ἐπαύσ., nam ἐπεὶ δέ respondet τῷ ἐπεὶ γάρ. Sensus est : « Nam cum omnipotens universorum Dominus, quo tempore per Logon legem ferre cœpit, potentiam suam Moysi manifestam facere voluit, divina ei visio ostenditur lucis formatæ in rubo ardente (est autem rubus, spinosa planta); cum vero Logos ferre, » etc.

(44) *Φλεγομένῳ*. Φλεγομένῃ Nov. Et βάτος quidem femin. gen. *rubum* significare solet, in mascul. autem genere mensuram quamdam, cujus mentio fit Luc. XVI. Verum Exod. III, 2, quem locum respicit Clemens, βάτος mascul. « rubum » denotat.

(45) *Προκείμενον*. Κείμενον Nov.

(46) *Ἔτι*. Ἐστι Bod., Reg.

(47) *Σούσινον*. Susinum unguentum ex liliis constare, balano, calamo, et aliis, Plinius docet lib. XIII, c. 1; Dioscorides c. 53, l. III : hunc que explanans Herm. Barbarus in Lexicis desiderari ait ejus nominis causam. Affert Stephanus *De urbibus*: Σοῦσα, πόλις Περσικὴ, κέκληται ἀπὸ κρίνων, ἃ πολλὰ
D ἐν τῇ χώρᾳ πέφυκεν ἐκείνῃ. Similia et *Etymologicum* : Σοῦσα ὑπὸ Φοινίκων τὰ λείρια λέγεται. Athen. lib. XII, narrans Persarum reges hiemare Susis, ait tradidisse Aristobulum et Charetem, κληθῆναι τὰ Σοῦσα διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρίνον. Id est, σοῦσον id significare Persis, quod κρίνον Græcis, hoc est « lilium; » itaque vertendus et intelligendus est locus ille, ut ambiguitas tollatur, quæ I. Drusium fefellit lib. XII *Observationum* c. 8, non Brodæum lib. I, cap. 2 *Miscell.* In libro *De nominibus Hebraicis*, « Susana, lilium, vel gratia ejus. » Hoc vero loco pro λιρίνων legendum apud Clementem λειρίων, quæ vox alteram speciem liliorum significat. COLLECT.

(48) *Λεπτομερές*. Idem refert Plinius, *Nat. hist.*, lib. XIII, c. 1 : « Susinum quidem tenuissimum omnium est. »

(49) *Ἐκ μύρτων καὶ μ.* Forsan rectius ἐκ μύρτου καὶ μυρρίνης, eodem nume o. SYLBURG.

Digitized by Google

ἐκ ῥόδων ἐμψυκτικόν. Καθόλου γὰρ (50) καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἡμετέραν εὐχρηστίαν δεδημιούργηται. « Εἰσακούσατέ μου, » φησὶ, « καὶ ὡς ῥόδον πεφυτευμένον ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων, βλαστήσατε· ὡς λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμήν· καὶ εὐλογήσατε Κύριον ἐπὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Καὶ πολὺς ἂν εἴη ὁ περὶ τούτων λόγος, εἰς τὰς ἀναγκαίους ὠφελείας (51) λεγόντων ἡμῶν τὰ ἄνθη καὶ τὰ ἀρώματα, οὐκ εἰς τὰς ὕβρεις τῆς τρυφῆς γεγονέναι· εἰ δὲ καὶ ἄρα τι συγχωρητέον, ἀπόχρη τῆς ὁδμῆς ἀπολαύειν αὐτοῖς τῶν ἀνθῶν, μὴ καταστεφέτωσαν δέ· πολυωρεῖ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ Πατὴρ, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τέχνην τούτῳ παρέχει μόνῳ. Λέγει γοῦν ἡ Γραφή· « Ὕδωρ (52), καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ γάλα, σεμίδαλιν πυροῦ, καὶ μέλι, αἷμα σταφυλῆς, καὶ ἔλαιον, καὶ ἱμάτιον, ταῦτα πάντα τοῖς εὐσεβέσιν εἰς ἀγαθά. »

A Sciant ex eis quoque componi unguenta, eaque esse admodum utilia. Susinum quidem componitur ex liliis et lerinis. Est autem calefaciens, aperiens, attrahens, humefaciens, abstergens, subtilium tenuiumque partium, bilem movens, molliens. Narcissinum autem, quod componitur ex narcisso, ✠ æque juvat ac susinum. Myrsinum vero, quod ex myrtis et myrsine constat, est constipans; eos autem, qui ex corpore emittuntur, halitus coercet ac continet. Quod ex rosis autem fit, est refrigerans. In summa enim, ut eis bene utamur, ea facta sunt. « Exaudite me, » inquit, « et tanquam rosa plantata in fluentis aquarum, germinate : tanquam libanus, suavem odorem emittite : et benedicite Dominum super opera ejus [a]. » De his autem multa B dici possent, cum nos flores et aromata ad necessarias utilitates, non ad deliciarum insolentiam facta esse dicamus. Quod si est etiam aliquid concedendum, odore florum uti sufficit, nequaquam autem coronentur : hominis enim curam gerit Pater, et ei soli propriam artem præbet. Dicit itaque Scriptura : « Aqua et ignis, et ferrum, et lac, simila frumenti, et mel, sanguis uvæ, et oleum, et vestis, hæc omnia piis ad bona sunt [b]. »

ΚΕΦ. Θ'.

Πῶς τῷ ὕπνῳ προσενεκτέον.

Ὅπως δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν ὕπνον ἴωμεν, τῶν σωφροσύνης μεμνημένοι παραγγελμάτων, τοῦτο ἤδη λεκτέον. Μετὰ γὰρ τὴν εὐωχίαν εὐλογήσαντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ μεταδόσει τῶν ἀπολαύσεων καὶ τῇ διεκδρομῇ (53) τῆς ἡμέρας, ἐπὶ τὸν ὕπνον παρακλητέον τὸν λόγον, τὴν πολυτέλειαν τῶν ὑποστρωννυμένων, τὰς χρυσοπάστους τάπιδας, καὶ χρυσοποικίλτους ψιλοτάπιδας, ξυστίδας τε ἁλουργὰς, καὶ τοὺς γαυνάκας (54) τοὺς πολυτιμήτους, τά τε ποιητικὰ ῥήγεα (55), τὰ πορφυρᾶ, χλαίνας τ' ἐφύπερθεν οὔλας, καὶ τὰς ὕπνου μαλακωτέρας εὐνὰς παραπεμπομένους. Πρὸς γὰρ τῷ ἐπιψόγῳ τῆς ἡδυπαθείας ἐπιβλαβὴς ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι τῶν πτίλων ἐγκοίμησις, καθάπερ εἰς ἀχανὲς καταπιπτόντων (56) τῶν σωμάτων διὰ τὴν μαλακίαν τῶν στρωμάτων. Οὐδὲ γὰρ συνέχει (57) ἐπιστρεφομένοις τοῖς εὐναζομένοις ἐν αὐτοῖς διὰ τὴν παρ' ἑκάτερα τοῦ σώματος

CAP. IX.

Quomodo se in somno gerere oporteat.

Quomodo autem deinceps nos ad somnum conferamus, sobrietatis præceptorum memores, jam dicendum est. Postquam enim, finito convivio, Deo benedixerimus, quod ea participavimus, quæ suppeditaverit, et ut eum diem feliciter transmitteremus, concesserit, nobis convertenda est ad somnum oratio : stratorum magnificentiam, pulvinos auro C intertextos, auroque variegatas glabras, stragulas, puniceasque xystidas et pretiosissimas gaunacas, et poetica purpurea pallia, vestesque superne molles ac delicatas, et cubilia vel ipso somno molliora valere jubentibus. **80** Nam præterquam quod vituperandæ sint deliciæ, in lanuginosis plumis dormire est noxium, tanquam in vastum quemdam hiatum incidentibus corporibus, propter stratorum mollitiem. Neque enim eos, qui in eis versantur et dormiunt, continent, propterea quod ex utraque parte corporis,

✠ P. 216 ED. POTTER, 183-184 ED. PARIS.

[a] Eccli. xxxix, 17, 18, 19. [b] Ibid. 31, 32.

(50) *Γάρ.* Δέ Pal., Bod., Reg. Quæ sequuntur e Siracida, διὰ μνήμης recitavit.

(51) *Ἀναγκαίους ὠφ.* Ἀναγκαίας Nov., Reg. Ὠφελείας abest a Nov. D

(52) *Ὕδωρ.* Ὕδωρ, πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ ἅλας, καὶ σεμίδαλις πυροῦ, καὶ γάλα, καὶ μέλι, Sirac. Unde apud Clementem σεμίδαλις scribendum pro σεμίδαλιν accusat. Quin etiam in Bod. et Reg. super finalem hujus vocis litteram aliquis σ posuit.

(53) *Διεκδρομῇ.* Ἐκδρομῇ Bod., Reg. Dein ψιλοδάπιδας Nov.

(54) *Γαυνάκας.* Scaliger in hunc Varronis locum *de L. L.* lib. IV : In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica : Gaunacum, majus sagum, et amphimallon : Græca interpretatur Gaunacum, majus sagum, quod esset crassum vestimentum. Aristophanes *Vespis* : Οἱ μὲν καλοῦσι περσίδ', οἱ δὲ καυνάκην. Pollux tamen ibi legit καυδάκην. Apud Athenæum lib. IV, αὐνακας ἀμφιβεβλημένοι, perperam pro γαυνάκας. Vide Hesychium et Pollucem lib. VI et Ælianum *De animal.* lib. XVII, c. 17. Vides ergo Hervetum, ut ut sit, non aberrasse a scopo ; nam Persicum esse vocabulum docet Ælianus, et genus vestis ex murium pellibus. COLLECT. — Scholiastes in marg. Reg. et Bod. : Εἶδος παχέος ὑποστρώματος· οἵτινες καὶ καυνάκας φασὶν, ἐγκειμένου τοῦ νάκους τῷ ὀνόματι, ἵν' ᾖ γηνάκας, τὸ ὑπὸ γῆν διὰ παχύτητα ἐπιστρωννύμενον.

(55) *Ποιητικὰ ῥήγεα.* In *Odyss.* Γ' Eustath. : Ῥήγεια τὰ περιστρώματα βαπτά, « peristromata tincta. » Quia tamen sæpius eo vocabulo utitur Homerus, ideo *Poetica* appellat lib. II Deipnosophist. Homerus, ait Athenæus, e stragulis, quæ substernuntur, λιτά vocat, id est frugalia, nempe candida, nulloque colore tincta : ῥήγεα vero, quæ circumteguntur, et suspenduntur, quia tincta sint, aulæa ; nam ῥῆξαι τὸ βάψαι. COLLECT.

(56) *Καταπιπτ.* Ἐπιπιπτόντων Nov.

(57) *Συνέχει.* Non placet hæc vox ; sed ejus loco quid substitui debeat, nondum constat. Sensus esse videtur, « quod mollia cubilia, quæ ex utraque corporis parte, aggeris cujusdam instar, assurgunt, eos, qui illis indormiunt, non sinant ab uno latere in alterum sese convertere. »

Digitized by Google

cubile aggeris instar assurgat : neque ut cibi concoquantur, permittunt, sed potius incendunt : quod quidem nutrimentum corrumpit. In planis autem et æquatis cubilibus decubitus, qui sunt somni veluti naturale gymnasium, ad nutrimentum digerendum conferunt. Qui autem possunt in aliis volutari cubilibus, somni velūti naturale hoc habentes gymnasium, alimenta facilius digerunt, et se ad omnes casus aptiores efficiunt. Jam vero lecticæ, quæ pedes habent argenteos, magnam arrogantiam arguunt : et ebur quod est in lectulis, cum elephantis corpus reliquit animam, non est usque adeo licitum sanctis hominibus, ut quod iners et ignavum sit quietis artificium. Non est ergo studium in ea conferendum : non est enim possessoribus eorum usus prohibitus, sed quod in eis ponitur studium est prohibitum : non est enim sita in eis felicitas. Rursus autem habet aliquid vanæ gloriæ, qualis in Cynicis fuit, ad dormiendum, quemadmodum Diomedes, se exercere :

Agrestisque bovis constrarat tergora subtus :

nisi forte cogat casus aliquis. Ulysses autem quod in lecto nuptiali claudicabat, supposito lapide corrigebat. Tanta frugalitas, et nativa, nec extrinsecus petita operis simplicitas non solum apud privatos, sed etiam apud veterum Græcorum principes exercebatur. Quanquam quid de iis mihi dicere opus est ? Jacob humi dormiebat, et lapis erat ei pulvinus : atque eo quidem tempore dignus est habitus, qui visionem, quæ supra homines esset, videret. Nobis autem, ut rationi convenit, simplici cubili et frugali utendum est, quod habeat id, quod nos juvet moderatum et conveniens : si æstus sit, quod protegat ; si sit frigus, quod foveat. Sit autem lectus non affabre et curiose factus, pedesque habeat planos ac leves : nimis enim curiosæ tornaturæ sæpe reptilium semitæ sunt animantium, dum in incisuris artis circumvolvuntur, et minime dilabuntur. In primis autem cubilis mollities moderate, et prout viros decet, procuranda est : non oportet enim somnum esse plenam corporis solutionem, sed tantum remissionem. Et ideo eum dico esse assumendum non ad otium et socordiam, sed ad

A ὀχθώδη τῆς εὐνῆς ἐπανάστασιν· οὐδὲ ἐπιτρέπει πέττεσθαι σιτία, εἰ μὴ καὶ συγκαίειν μᾶλλον· ὁ δὴ διαφθείρειν (58) τὴν τροφήν. Αἱ δὲ ἐπικλίσεις ταῖς ὁμαλαῖς εὐναῖς, οἷον ὕπνου γυμνάσιον ὑπάρχουσαι φυσικὸν, συνεργοῦσι πρὸς τὴν (59) κατάταξιν (60) τῆς τροφῆς. Οἱ δὲ ἐπικυλίεσθαι δυνάμενοι ἄλλαις εὐναῖς, οἷον ὕπνου γυμνάσιον τοῦτο ἔχοντες φυσικὸν, ῥᾷον κατατάττουσι τὰς τροφὰς, καὶ σφᾶς ἐπιτηδειοτέρους πρὸς τὰς περιστάσεις παρασκευάζουσιν. Ἔτι γε μὴν οἱ ἀργυρόποδες σκίμποδες (61), πολλῆς ἀλαζονείας εἰσὶ κατήγοροι· καὶ ὁ ἐν τοῖς κλινιδίοις ἐλέφας (62), ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐαγὲς ἁγίοις ἀνθρώποις, ἀναπαύσεως τέχνασμα βλακικόν. Οὐ σπουδαστέον ἄρα περὶ αὐτά· οὐ γὰρ ἀπείρηται (63) τοῖς κεκτημένοις ἡ χρῆσις, ἀλλ' ἡ περὶ
B αὐτὰ ἐπιτήδευσις κεκώλυται· οὐ γὰρ ἐν τούτοις τὸ εὔδαιμον. Πάλιν τε αὖ κενοδοξίας ἐστὶ Κυνικῆς, καθάπερ τὸν Διομήδη (64), ἐπιτηδεύειν·

. . . *ὑπὸ δ'* (65) *ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο*,

πλὴν εἰ μὴ ἄρα ἡ περίστασις ἀναγκάζοι. Ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς, τῆς νυμφιδίου κλίνης (66) τὸ σκάζον, λίθῳ ἐπανωρθοῦτο. Τοσαύτη τις εὐτέλεια καὶ αὐτουργία οὐ παρὰ τοῖς ἰδιώταις μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἡγουμένοις τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ἠσκεῖτο. Καὶ τί μοι τούτων λόγος; ὁ Ἰακὼβ ἐκάθευδεν χαμαὶ, καὶ λίθος αὐτῷ προσκεφάλαιον ἦν· τότε καὶ τὴν ὄψιν τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἰδεῖν κατηξίωται. Ἡμῖν δὲ χρηστέον ἀκολούθως τῷ λόγῳ ἀφελεῖ τῇ εὐνῇ καὶ λιτῇ, σύμ-
C μετρον ἐχούσῃ τὸ παρηγοροῦν· εἰ θέρος εἴη, τὸ σκέπον· εἰ κρύος εἴη, τὸ θάλπον. Ἡ κλίνη δὲ ἀπερίεργος ἔστω, καὶ λείους ἐχέτω τοὺς πόδας· αἱ γὰρ περίεργοι τορνεύσεις, τῶν ἑρπυστικῶν ἔσθ' ὅτε γίγνονται τρίβοι ζώων, περὶ τὰς ἐντομὰς τῆς τέχνης ἐφελισσομένων αὐτῶν, καὶ μὴ ἀπολισθαινόντων. Μάλιστα δὲ τῆς κοίτης τὸ μαλθακὸν συμμέτρως ἀρρενιστέον· οὐ γὰρ ἔκλυσιν (67) χρὴ τοῦ σώματος εἶναι παντελῆ τὸν ὕπνον, ἀλλὰ ἄνεσιν. Διὸ καὶ παραλαμβάνεσθαί φημι δεῖν αὐτὸν οὐκ ἐπὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν πράξεων ἀναπαύλῃ. Ἐπεγερτικῶς οὖν ἀπονυστακτέον. « Ἔστωσαν γὰρ, φησὶν, ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι

✠ P. 217 ED. POTTER, 184-185 ED. PARIS.

(58) *Διαφθείρειν*. Subaudiendum ἐστίν· vel potius indicative legendum διαφθείρει. SYLBURG.

(59) *Συνεργοῦσι . . . . ἔχοντες φυσικόν*. Hæc absunt a Pal. ms. atque adeo paraphrastica exegesis esse videntur, per inconsideratiam librariorum in contextum inserta. SYLBURG. — Verum cum ea nostri codices unanimiter retineant, mihi potius videntur, propter φυσικόν repetitum, ut alias per librariorum oscitantiam fieri solet, e Pal. excidisse.

(60) *Κατάταξιν*. A. mavult κατάπεψιν, itemque mox καταπέπτουσι· vulgatum κατάταξις pro « digestione » accipi potest. SYLB.

(61) *Ἀργυρ. σκίμ.* Ἀργυρόποδες καὶ σκίμποδες Nov.

(62) *Ἐλέφας*. His similia sunt, quæ dicit auctor, *Strom.* v, p. 584, 585 : Χρυσὸς μὲν γὰρ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδίᾳ, καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον χρῆμα· ἐλέφας, δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώ-
D ματος, οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα, etc. Quæ petita sunt e Platonis lib. x *De legibus* paulo ante finem.

(63) *Ἀπείρηται*. Ἀπήρηται. Bod., Reg.

(64) *Διομήδη*. Διομήδην Bod., Reg. Mox ἔστρωται pro ἔστρωτο Nov.

(65) *Ὑπὸ δ'*. Ex *Iliad.* Π, vers. 155.

(66) *Νυμφιδίου κλίνης*. Hervetus antea verterat, « sponsæ. » νυμφίδιος κλίνη, « sponsalis lectus, » ut νυμφίδιος θάλαμος in *Epigrammatibus*. Item νυμφιδίη ἄλοχος, quæ alibi κουριδίη, Antipater, lib. III *Epigram. Polluci* lib. III κλίνη γαμική. Apud Homer. Ulysses *Odyss.* Ψ, narrans fabricam sponsalis lecti a se fabricati : Τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον δ'ἐμὸν δῶρ' ἐτέλεσσα πυκνῇσιν λιθάδεσσι. « Huic autem ego jeci thalamum meum, donec perfeci. » Vide num huc respexerit Clemens. COLLECT.

(67) *Οὐ γὰρ ἔκλ.* Chrysologus, « Indulgendum somno est, ut corpus reparet, non resolvat ; et vires renovet, non enervet. »

Digitized by Google

ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον αὐτῶν, ὅτε (68) ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, ἀνοίξωσιν εὐθέως αὐτῷ. Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν ὁ Κύριος ἐγρηγορότας εὕρῃ. Οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ὄφελος καθεύδοντος, ὥσπερ οὐδὲ τεθνεῶτος (69)· διὸ πολλάκις καὶ τῆς νυκτὸς ἀνεγερτέον τῆς κοίτης, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογητέον· μακάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτὸν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς « ἐγρηγόρους » (70) καλοῦμεν· καθεύδων (71) δὲ ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Ὁ δὲ τὸ φῶς (72) ἔχων ἐγρήγορε, « καὶ ἡ σκοτιὰ αὐτὸν οὐ καταλαμβάνει· » οὐδὲ μὴν ὕπνος, ἐπεὶ μὴ σκότος· ἐγρήγορεν ἄρα πρὸς τὸν Θεὸν ὁ πεφωτισμένος· ὁ δὲ τοιοῦτος ζῇ. « Ὃ γὰρ (73) γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἦν. » « Μακάριος ἄνθρωπος (74), φησὶν ἡ Σοφία, ὃς εἰσακούσεταί μου, καὶ ἄνθρωπος, ὃς τὰς ἐμὰς ὁδοὺς φυλάσσει, ἀγρυπνῶν ἐπ' ἐμαῖς θύραις, καθ' ἡμέραν τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων. » « Ἆρ' οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν, φησὶν ἡ Γραφὴ, καὶ νήφωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθύοντες (75), νυκτὸς μεθύσκονται· » τουτέστιν, ἐν τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ· « ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν. Πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. » Ἀλλ' ὃς ἐστιν ἡμῖν (76) τοῦ ζῆν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ τοῦ φρονεῖν γνησίως μάλιστα κηδεμών, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ μὲν πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων ἐνταῦθα χρήσιμον, ἔστι δὲ οὐ πολὺ καλῶς εἰς ἔθος ἰών (77). Μελέτη δὲ ἀσκήσεως ἄϋδιον ἐγρήγορσιν ἐκ πόνων γεννᾷ. Μὴ οὖν (78) ἡμᾶς βαρεῖτων αἱ τροφαὶ, ἐπικουφιζόντων δέ· ἵν' ὅτι μάλιστα μὴ βλαπτώμεθα τῷ ὕπνῳ, καθάπερ τῶν νηχομένων οἱ ἐξηρτημένοι τὰ βάρη· ἔμπαλιν δὲ οἷον ἐξ ἀβύσσου κάτωθεν, τὸ νηφάλιον ἡμᾶς ἀνακουφίσει εἰς τὰς ἐπιβολὰς (79) τῆς ἐγρηγόρσεως. Ἔοικε γὰρ ἡ τοῦ ὕπνου καταφορὰ θανάτῳ, δι' ἄνοιαν (80) εἰς ἀναισθησίαν ὑποφερομένη, τῶν βλεφάρων τῇ ἐπιμύσει τὸ φῶς ἀποτεμνομένη. Τὸ οὖν φῶς τοῦτο οἱ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ υἱοὶ μὴ ἀποκλείσωμεν θύραζε· ἔνδον δὲ εἰς

negotiorum ✠ et actionum quietem. Ita ergo dormitandum est, ut facile excitemur. « Sint enim, inquit, vestri lumbi præcincti, et lucernæ ardentes, et vos similes hominibus dominum suum exspectantibus, quando redibit a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, statim illi aperiant. Beati servi illi, quos veniens Dominus invenerit vigilantes [a]. » Dormientis enim hominis nullus usus, quemadmodum nec mortui. Quocirca sæpe etiam noctu e lecto surgendum est, Deusque est laudandus : beati enim, qui in ipsum vigilarunt, seipsos assimilantes angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc est *vigiles*, vocamus. Dormiens autem homo nullus ullius est pretii, non magis quam qui non vivit. Qui autem lucem habet, vigilat, « et tenebræ eum non comprehendunt [b]; » nec itaque somnus, quoniam non tenebræ. Ad Deum ergo vigilavit, qui fuit illuminatus. Qui autem talis est, vivit. « Quod enim factum est in ipso, vita erat [c]. » « Beatus homo, inquit Sapientia, qui me audiet : et homo, qui vias meas custodiet, vigilans in foribus meis, interdiu observans stationem mei ingressus [d]. » « Ne ergo dormiamus ut cæteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt : et qui ebrii sunt, noctu ebrii sunt : » hoc est in tenebris ignorantiæ. « Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus; omnes enim vos estis filii lucis, et filii diei : non sumus noctis, nec tenebrarum [e] : » sed qui ut vere vivamus recteque sentiamus, nostri maxime curam gerit, plurimo tempore vigilavit, id solum sibi reservans, quod erat ad suam sanitatem utile. Id autem non usque adeo est usitatum; sed exercitationis meditatio perpetuas vigilias gignit ex laboribus. Ne cibi ergo nos gravent, sed allevent; ut quam maxime fieri poterit, somno minime lædamur, ut gravantur natantes, quibus appenduntur onera. Contra autem veluti ex abysso, inferne nos allevabit sobrietas ad paratam vigiliæ stationem. Est enim somnus, qui nos deprimit, morti similis, eo deducens per mentis carentiam ut sensu careamus, et

✠ P. 218 ED. POTTER, 155-186 ED. PARIS. [a] Luc. XII, 35, 36, 37. [b] Joan. I, 5. [c] Ibid. 3, 4. [d] Prov. VIII, 34. [e] I Thess. V, 5, 6, 7, 8.

(68) Ὅτε. Ποτε Luc. Mox εὐθέως ἀνοίξωσιν· dein εὑρήσει γρηγοροῦντας ibid.

(69) *Τεθνεῶτος*. Plinius, in procem. *Nat. hist.* « Profecto, inquit, vita, vigilia est. »

(70) Ἐγρηγόρους. Inter ordines angelorum numerantur ἐγρήγοροι, Vigiles. Conf. quæ adnotavit Cotelerius ad *Constitut. apost.* lib. VIII, c. 12.

(71) *Καθεύδων*. Platonis effatum e lib. VII *De legibus*, p. 892 : Καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος· « Nemo enim, dum dormit, alicujus pretii est, non magis quam si non viveret. » Idem dictum respiciunt Diogenes Laertius lib. III, seg. 39; Julianus imperator, orat. II, aliique permulti.

(72) Φῶς. Respicit Joan. I, 5 : Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.

(73) Ὃ γάρ. Conf. *Pædag.* lib. I, cap. 6.

(74) Ἄνθρωπος. Ἀνὴρ *Prov.* Mox ὁδοὺς φυλάξει. Dein ὡς καὶ οἱ λ. ibid. Porro φυλάξει habet Pal. ms. et Reg., verum in hoc super τὸ ξ aliquis σσ scripsit.

(75) *Οἱ μεθ.* Οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύονται, Thessal.

(76) Ἡμῖν. Mallem ἡμῶν, quod habet Plato, cujus hæc ipsa verba sunt, *De legibus* lib. VII, pag. 892 : Ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμών, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων χρήσιμον· ἔστι δὲ οὐ πολὺ, καλῶς εἰς ἔθος ἰών· « Quare quicunque vivere et sapere cupit maxime, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate servata : ad hanc vero non multo opus est somno, si bene assueveris. » Hinc horum verborum sensus apud Clementem quis sit, aperte constat; quem nec Hervetus, nec Sylburgius assecuti sunt.

(77) Ἰών. Scribendum ἰόν neutro genere. Quam lectionem præbet cum Plato, tum etiam Nov. itemque Stobæus, serm. 1 et serm. 30, quibus hanc Platonis sententiam recitavit.

(78) *Μὴ οὖν*. Similia dixit auctor hujusce libri cap. 1.

(79) Ἐπιβολάς. Ἐπιπλαχάς Nov.

(80) Δι' ἄνοιαν. A. cum Herveto interprete legit δι' ἄγνοιαν, « per ignorationem. » Sylburg.

Digitized by Google

clausis a ciliis oculis lucem amputat. Hanc ergo lucem, qui sumus veræ lucis filii, ✠ ne foras excludamus; intus autem ad nos conversi, occulti hominis visum illuminantes, et ipsam veritatem contemplantes, et ejus fluxionum effecti participes, vera somnia evidenter prudenterque revelemus. Eorum autem, qui crapula gravantur, ructus; et eorum, qui nimio cibo onusti sunt, oscitationes, stragulisque involutum stertere, ventrumque in arctum compressorum murmura, oculum animæ perspicacem obruunt, mentem infinitis pene phantasiis implendo. Causa autem est alimentum supervacaneum, quod ratiocinativam animæ facultatem eo trahit, ut sensu privetur penitus. Immodicus enim somnus, nec corporibus, nec animis nostris ullam affert utilitatem, nec iis quæ circa veritatem versantur omnino convenit actionibus, etsi sit secundum naturam. **81** Lot autem justus, (regenerationis enim œconomiæ in præsentia mitto expositionem) non ad illum nefarium inductus esset coitum, nisi inebriatus fuisset a filiabus, somnoque gravatus. Si ergo causas, quæ ad multum ac profundum somnum nos impellunt, præciderimus, magis sobrie dormiemus : non enim oportet eos qui inhabitantem et vigilantem intus habent Logon, tota nocte dormire. Noctu autem expergiscendum est, præcipue quando dies desinunt : et huic quidem danda est opera litteris, illi vero ars sua est inchoanda; feminas autem oportet lanificium aggredi. Nobis autem, ut ita dicam, omnibus adversus somnum decertandum est, ita nos paulatim et quasi sensim assuefacientibus, ut majori parte temporis per vigiliam simus vitæ participes. Somnus enim, non secus ac publicanus, dimidium vitæ tempus nobiscum dividit. Longe autem abest, ut permittatur interdiu dormire, cum maximam noctis partem vigiliis impertiamur. Tædia autem et dormitationes, pandiculationes, et oscitationes sunt instabilia animæ fastidia. Postremo autem hoc sciendum est, non esse animæ id quod somno indiget : ipsa enim semper movetur; sed corpus, quod quieti traditur, remittitur, dum interea anima non amplius corporaliter operatur, sed per se ipsa operatur et cogitat : quo fit, ut quæ sunt vera somnia, recte reputanti, sint sobriæ animæ cogitationes, dum ea corporis affectionibus non

ἡμᾶς ἀποστρέψαντες, τοῦ κεκρυμμένου τὰς ὄψεις ἀνθρώπου φωτίσαντες, τήν τε ἀλήθειαν αὐτὴν ἐποπτεύσαντες, καὶ τῶν ταύτης ῥευμάτων μεταλαμβάνοντες, τοὺς ἀληθεῖς τῶν ὀνείρων ἐναργῶς καὶ φρονίμως ἀποκαλυπτώμεθα. Ἔρυγαὶ δὲ οἰνοβαρούντων, καὶ τῶν ἀποσεσαγμένων ταῖς τροφαῖς οἱ ῥωχμοί, καὶ τὸ ῥέγχειν τοῖς στρώμασιν ἐνειλημμένον, γαστέρων τε στενοχωρουμένων βορβορυγμοὶ (81), τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς κατέχωσαν ὄμμα, φαντασιῶν μυρίων τῆς διανοίας ἐμπιμπλαμένης. Αἰτία δὲ ἡ περιττὴ τροφή, τὸ λογιστικὸν εἰς ἀναισθησίαν καθέλκουσα. Ὕπνος (82) γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὠφέλειαν ἐπιφέρων, οὐδ' αὐταῖς ταῖς περὶ τὴν ἀλήθειαν πράξεσι πάντα ἁρμόττων ἐστίν, εἰ καὶ κατὰ φύσιν ἐστίν. Λὼτ δὲ ὁ δίκαιος (παραπέμπομαι γὰρ νῦν τῆς παλιγγενεσίου οἰκονομίας τὴν ἐξήγησιν) οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν ἄθεσμον ἐκείνην προήχθη μίξιν, μὴ οὐχὶ καταμεθυσθεὶς πρὸς τῶν θυγατέρων, καὶ ὕπνῳ καρωθείς. Ἦν οὖν τὰ αἴτια τῆς πολλῆς εἰς ὕπνον περικόπτωμεν καταφορᾶς, νηφαλιώτερον κοιμηθησόμεθα (83)· οὐ γὰρ χρὴ (84) παννύχιον εὕδειν τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὸν Λόγον, τὸν ἐγρήγορον. Ἐπεγερτέον δὲ νύκτωρ, μάλιστα ὁπότε αἱ ἡμέραι φθίνουσιν· καὶ τῷ μὲν φιλολογητέον, τῷ δὲ τῆς αὐτοῦ τέχνης ἀπαρκτέον· γυναιξὶ δὲ ταλασίας ἐφαπτέον· πᾶσι δὲ (85), ὡς ἔπος εἰπεῖν, διαμαχητέον ἡμῖν πρὸς τὸν ὕπνον, ἥρεμα ἐκ προσαγωγῆς ἐθίζουσιν, ὡς πλείονα χρόνον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν· ὁ γὰρ ὕπνος, ὥσπερ τελώνης, τὸν ἥμισυν ἡμῖν τοῦ βίου συνδιαιρεῖται χρόνον. Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν ἐπιτρέπειν (86) καθεύδειν τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις, ἅλυες (87) δὲ, καὶ νυσταγμοὶ, καὶ διεκτάσεις, καὶ χάσμαι, δυσαρεστίαι ψυχῆς εἰσιν ἀβέβαιοι. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσιν εἰδέναι, ὡς οὐ ψυχῆς τὸ δεόμενον ὕπνον ἐστίν· ἀεικίνητος γὰρ αὕτη· ἀλλὰ τὸ σῶμα, ἀναπαύλαις διαβασταζόμενον, παρίεται, μὴ ἐνεργούσης ἔτι σωματικῶς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καθ' αὑτὴν ἐννοουμένης· ᾗ καὶ τῶν ὀνείρων (88) οἱ ἀληθεῖς ὀρθῶς λογιζομένῳ νηφούσης (89) εἰσὶ ψυχῆς λογισμοί, ἀπερισπάστου τὸ τηνικάδε οὔσης (90) περὶ τὰς τοῦ σώματος συμπαθείας, καὶ αὐτῆς αὐτῇ τὰ κράτιστα συμβουλευούσης· ψυχῆς δὲ ὄλεθρος τὸ ἀτρεμῆσαι αὐτῇ· διόπερ ἀεὶ τὸν Θεὸν ἐννοουμένη, διὰ τῆς συνεχοῦς προσομιλήσεως ἐγκαταλέγουσα τῷ σώματι τὴν ἐγρήγορσιν, ἀγγελικῇ τὸν ἄνθρωπον ἐξισάζει χάριτι,

✠ P. 219 ED. POTTER, 186-187 ED. PARIS.

(81) *Βορβορυγμοί*. Κορκορυγμοί Nov.

(82) *Ὕπνος*. Hæc e loco Platonis modo dicto διὰ μνήμης recitat Clemens. Ejus porro verba sic se habent : Ὕπνος γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν, οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, οὐδ' αὖ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἁρμόττων ἐστὶ κατὰ φύσιν· « Somnus enim multus nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura conducit. » Eadem reperias apud Stobæum, Serm. 1 et 30.

(83) *Κοιμηθησόμεθα*. Κοιμησόμεθα Nov.

(84) *Οὐ γὰρ χρή*. Respicit *Iliad*. B principio : *Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Non decet tota nocte dormire virum consiliarium.* Conf. quæ statuit Plato *De legibus*, lib. VII, p. 892.

(85) *Πᾶσι δέ*. Quæ deinceps sequuntur usque ad hæc verba ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις, recitant Antonius et Maximus serm. *De somno*.

(86) *Ἐπιτρέπειν*. Hanc vocem omiserunt Antonius et Maximus.

(87) *Ἅλυες*. Ἅλυες, οἱονεὶ ἐκλύσεις, καὶ πρὸς τὸ δὲ δέον ἀπροσεξίας. Scholiastes in marg. Reg. et Bod.

(88) *Ὀνείρων*. M. Cicero, lib. *De senectute* cap. 22 : « Jam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sunt, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. »

(89) *Νηφούσης*. Δέ addit Nov.

(90) *Οὔσης*. Abest a Nov.

Digitized by Google

τῆς ζωῆς τὸ αἴδιον ἐκ τῆς τοῦ ἐγρηγορέναι μελέτης προσλαμβάνουσα.

trahitur, et ipsa sibi ipsi quæ sunt optima consulat : ✠ animæ autem est interitus, si ipsa apud se omnino quiescat : et ideo Deum mente semper versans, per continuam cum eo consuetudinem corpori vigiliam inserens, angelicæ exæquat hominem gratiæ, vitæ æternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens.

ΚΕΦ. Ι'.

Τίνα διαληπτέον περὶ παιδοποιίας.

Συνουσίας δὲ τὸν καιρὸν μόνοις τοῖς γεγαμηκόσιν ἀπολέλειπται σκοπεῖν· τοῖς δὲ γεγαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιία (91)· τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία· καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια, τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή. Μακρῷ δὲ ἀμείνων γεωργὸς, ὁ ἔμψυχον σπείρων ἄρουραν· ὁ μὲν γὰρ, ἐπικαίρου τροφῆς ὀριγνώμενος, ὁ δὲ, τῆς τοῦ παντὸς διαμονῆς προμηθούμενος, γεωργεῖ· καὶ ὁ μὲν δι' ἑαυτὸν, ὁ δὲ διὰ τὸν Θεὸν φυτουργεῖ· « Πληθύνεσθε γὰρ, εἴρηκεν· καὶ ὑπακουστέον (92) καὶ κατὰ τοῦτο· Εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ γίνεται (93), καθὸ εἰς γένεσιν ἀνθρώπου ἄνθρωπος συνεργεῖ. » Οὐ πᾶσα οὖν γῆ εὔθετος εἰς σπερμάτων ὑποδοχήν· εἰ δὲ καὶ πᾶσα, ἀλλ' οὐχὶ τῷ αὐτῷ γεωργῷ· οὐδὲ μὴν πέτρᾳ σπαρτέον (94), οὐδὲ καθυβριστέον τὸ σπέρμα, ἀρχηγὸν γενέσεως οὐσίαν, συνεσπαρμένην ἔχουσαν τῆς φύσεως τοὺς λογισμούς· τοὺς δὲ κατὰ φύσιν λογισμοὺς ἀλόγως εἰς τοὺς παρὰ φύσιν καταισχύνειν πόρους ἄθεον κομιδῆ. Ὁρᾶτε γοῦν, ὁ πάνσοφος Μωϋσῆς (95) ὅπως ποτὲ συμβολικῶς τὴν ἄχαρπον ἀποκρούεται σποράν· « Οὐκ ἔδεσαι, λέγων, τὸν λαγῶν, οὐδὲ τὴν ὕαιναν (96). » Οὐ βούλεται τῆς ποιότητος αὐτῶν μεταλαμβάνειν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ μὴν τῆς ἴσης ἀσελγείας ἀπογεύσασθαι· κατακόρως γάρ τοι περὶ τὰς μίξεις τὰ ζῶα ταῦτα ἐπτόηνται· καὶ τὸν μὲν (97) λαγῶν κατ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασι τὴν ἀφόδευσιν (98), εἰς ἀριθμοὺς (99) οἷς βεβίωκεν ἔτεσιν ἴσχοντα τρύπας. Ταύτῃ ἄρα τὴν (1) κώλυσιν τῆς ἐδωδῆς τοῦ λαγὼ παιδεραστίας

CAP. X.

Quænam de procreatione liberorum tractanda sint.

Tempus autem opportunum conjunctionis solis iis relinquitur considerandum, qui juncti sunt matrimonio; qui autem matrimonio juncti sunt, iis scopus est et institutum, liberorum susceptio : finis autem, ut boni sint liberi : quemadmodum agricolæ seminis quidem dejectionis causa est, quod nutrimenti habendi curam gerat; agriculturæ autem finis est, fructuum perceptio. Multo autem melior est agricola, qui terram colit animatam : ille enim ad tempus alimentum expetens, hic vero ut universum permaneat, curam gerens, agricolæ officio fungitur : et ille quidem propter se, hic vero propter Deum plantat ac seminat. Dixit enim : « Multiplicemini [a]; » ubi hoc subaudiendum est : « Et ea ratione fit homo Dei imago, quatenus homo cooperatur ad generationem hominis. » Non est quælibet terra apta ad suscipienda semina : quod si etiam sit quælibet, non tamen eidem agricolæ. Neque vero seminandum est supra petram, neque semen est contumelia afficiendum, quod quidem dux est et princeps generationis, estque substantia, quæ simul habet insitas naturæ rationes. Quæ sunt autem secundum naturam rationes, absque ratione præternaturalibus mandando meatibus, ignominia afficere, valde est impium. Videte itaque quomodo sapientissimus Moyses infrugiferam aliquando sationem symbolice repulit : « Non comedes, inquiens, leporem, nec hyænam [b]. » Non vult homines esse qualitatis eorum participes, neque eis æqualem

[a] Gen. I, 28. [b] Deut. XIV, 7.

✠ P. 220 ED. POTTER, 187-188 ED. PARIS.

(91) *Παιδοποιία.* Athenagoras, *Legat.* p. 129, edit. Oxon., dicit uxori operam dandam μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι, « donec liberi generentur; » ὡς γὰρ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία » « Quemadmodum enim agricola, postquam in terram semina conjecit, exspectat messem, nihil insuper inferens : ita et nobis quoque finis concupiscentiæ, liberorum procreatio est. » Plura in hunc sensum inferius occurrunt.

(92) *Καὶ ὑπ.* Hoc modo distinguendum cum Herveto : καὶ ὑπακουστέον, Καὶ κατὰ τοῦτο εἰκὼν ὁ ἄνθρ.

(93) *Τοῦ Θεοῦ γ.* Γίνεται τοῦ Θεοῦ inverso ordine Nov. Mox πᾶσα γῆ οὖν εὐθ. Ibid.

(94) *Πέτρᾳ σπαρτέον.* Pal. ms. παρασπαρτέον, ut sit « præter viam seminandum, » aut præter naturam, ut seq. pag. Sed πέτρᾳ, seu πέτραν confirmat κερασβόλα σπείρειν infra pag. 83. De lepore, quæ sequuntur, refert etiam Plutarchus lib. *De non fenerando;* de hyæna, Ælianus *Animal. hist.* lib. I, c. 25. H. Sylburg.

(95) *Μωϋσῆς.* Ubi hæc dicit Moyses? Certe nec Levit. XI, nec Deut. XIV, quibus locis varia ciborum genera prohibet, nec forte ullibi alias; verum quæ hic dicit Clemens, sumpsisse videtur e S. Barnabæ epist. cap. 10.

(96) *Τὸν λαγ. οὐδὲ τὴν ὕ.* Τὸν λαγὼν καὶ ὕαιναν Pal., Bod., Reg.

(97) *Καὶ τὸν μέν.* Barnabas loco superius dicto : Ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν. Πρὸς τί; Οὐ μὴ γένῃ παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις· ὅτι ὁ λαγὼς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. « Ad hæc leporem, inquit, non comedes. Quamobrem? Scilicet non eris puerorum corruptor, nec similem te iis efficies : quoniam lepus annis singulis anum multiplicat; quotque annos vivit, tot habet foramina. » Ubi de leporum salacitate ac foraminibus conf. quæ adnotavit Cotelerius, ut etiam quæ Clemens mox dicet p. 190.

(98) *Ἀφόδευσιν.* Pro ἀφόδευσιν Hervetus legisse videtur ὀχείαν, dum vertit « multiplicare Venerem; » sed receptam lectionem tuentur ista Plinii lib. VIII, cap. 55 : « Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernæ ad excrementa lepori, totidem annos esse ætatis; varius certe numerus reperitur. Idem, utramque vim singulis inesse, ac sine mare æque gignere. » Sylburg. — Lowthius adnotat, « Vid. Menard. in Epist. Barnabæ n. 10. »

(99) *Εἰς ἀριθμούς.* Scribendum ἰσαρίθμους, « numero æquales. »

(1) *Ἄρα τήν.* Ἄρα καὶ τήν Nov.

Digitized by Google

gustare libidinem : hæc enim animalia ad explendum ✠ coitum venereum feruntur insano quodam furore. Ac leporem quidem dicunt quotannis multiplicare anum, pro numero annorum, quos vixit, habentem foramina : et ea ratione dum leporis esum prohibet, significat se dehortari puerorum amorem. Hyænam autem vicissim singulis annis masculinum sexum mutare in femininum : significare autem non esse illi ad adulteria prorumpendum, qui ab hyæna abstinet. Sed non oportere quidem his assimilari animalibus, per eam, quam proponit, interdictionem, sapientissimum Moysen citra ullam dubitationem significare, ego quoque assentior ; non tamen eorum, quæ symbolice dicta sunt, expositioni consentio : nunquam enim naturæ vis potest afferri, ut mutetur : quod autem semel in ipso effictum est, nefas est affectione in contrarium refingi : affectio enim non est natura. Ejus enim, quod formatum est, adulterare characterem, non autem ipsam formam transformare potest affectio. Etsi enim multæ aves dicuntur temporum vicibus mutare et vocem, et colorem : quemadmodum merula ex nigra quidem flava, ex suaviter autem canente obstrepera fieri dicitur : itidem etiam luscinia et colorem, et vocem, alternis mutare asseritur : cæterum non mutant ipsam naturam, ut figura mutata fiat mas ex femina, sed recens quidem pennarum productio, novæ vestis instar, quamdam pennarum tincturam emittit ; sed ea paulo post minis hibernis exhalatur ; sicut flos, dum color flaccessit. Ipsa quoque vox similiter frigore male vexata, marcescit. Cum enim exterior cutis ab aere ambiente densatur, quæ in collo sunt arteriæ compressæ et constipatæ, spiritum quoque comprimunt ; is autem in arctum valde coactus, suffocatum et oppressum edit sonum. Rursus itaque ambienti aeri assimilatur, et vere relaxatus ex angustiis liberatur spiritus, qui fertur per dilatatas, quæ tunc clausæ erant, arterias. **82** Non profert itaque amplius cantum flaccidum et languidum, sed jam emittit canorum : etiam vox eorum latius diffunditur, et jam vocis avium quasi ver fit cantus. Nequaquam ergo credendum est, hyænam unquam mu-

A ἐμφαίνειν ἀποτροπήν. Τὴν δὲ ὕαιναν (2) ἐναλλὰξ ἀμείβειν τὸ ἄρρεν εἰς τὸ θῆλυ παρ' ἔτος ἕκαστον· αἰνίττεσθαι δὲ, μὴ χρῆν ἐπὶ μοιχείας ὁρμᾷν τὸν τῆς ὑαίνης ἀπεχόμενον. Ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ δεῖν ἐξομοιοῦσθαι τοῖσδε τοῖς ζώοις, διὰ τῆς προκειμένης ἀπαγορεύσεως ὁμολογουμένως τὸν πάνσοφον Μωϋσέα αἰνίττεσθαι, σύμφημι κἀγώ· οὐ μέντοι (3) τῇδε ἐξηγήσει τῶν συμβολικῶς εἰρημένων συγκατατίθεμαι· οὐ γὰρ ἄν ποτε βιασθείη φύσις εἰς μεταβολήν· τὸ δὲ ἅπαξ πεπλασμένον εἰς αὐτὴν οὐ θέμις ἀντιπλασθῆναι πάθει· τὸ γὰρ πάθος οὐ φύσις· παραχαράττειν δὲ, οὐ μετακοσμεῖν, τὸ πάθος εἴωθε τὴν πλάσιν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν ὀρνέων πολλὰ μεταβάλλειν κατὰ τὰς ὥρας λέγεται καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν φωνήν· οἷον ὁ κόσσυφος, ξανθὸς μὲν ἐκ μέλανος, παταγητικὸς δὲ ἐξ ᾠδικοῦ B γενόμενος· ὡσαύτως δὲ καὶ ἀηδὼν καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ᾠδὴν συμμεταβάλλει ταῖς τροπαῖς· ἀλλ' οὔ τί γε τὴν φύσιν αὐτὴν ἀμείβουσιν, ὡς θῆλυ (4) γίγνεσθαι ἐκ τοῦ ἄρρενος κατὰ μετασχηματισμόν· ἀλλ' ἡ μὲν (5) τῶν πτερῶν νεοφυὴς νεαρᾶς ἐσθῆτος δίκην ἐξανθεῖ βαφήν τινα πτερῶν· ὀλίγῳ δ' ὕστερον διαπνεῖ κατὰ τὴν χειμέριον ἀπειλήν, καθάπερ ἄνθος μαραινομένης τῆς χρόας· ἡ φωνὴ δὲ καὶ αὐτὴ τὸν ὅμοιον τρόπον, τῷ κρύει πεπονημένη, μαραίνεται· πυκνουμένης γὰρ τῆς ἐπιφανείας ἐκ τοῦ περιέχοντος, αἱ περὶ τὸν αὐχένα πιεζόμεναί τε καὶ πυκνούμεναι ἀρτηρίαι προσαναθλίβουσι τὸ πνεῦμα· στενοχωρούμενον δὲ ἄγαν τοῦτο, πνιγόμενον ἀποδίδωσι τὸν ἦχον. Αὖθις οὖν συνεξομοιούμενον τῷ περιέχοντι, καὶ τῷ C ἦρι συγχαλώμενον, ἐλευθεροῦται μὲν τῆς στενοχωρίας τὸ πνεῦμα, φερόμενον δι' εὐρυχώρων, τῶν τέως μεμυκότων (6), ἀρτηριῶν· οὐ μινυρίζει δὲ ἔτι τὸ μέλος τὸ μεμαραμμένον, ἀνθεῖ δὲ ἤδη λιγυρὸν, καὶ χεῖται πλατύτερον τὸ φθέγμα αὐτῶν· καὶ ἤδη γίνεται τῆς φωνῆς τῶν ὀρνέων ἔαρ ἡ ᾠδή. Οὔκουν οὐδὲ τὴν ὕαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πιστευτέον ποτέ· οὐδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄμφω, ἄρρενος καὶ θήλεος, καθὼς ὑπειλήφασί τινες, Ἑρμαφροδίτους τερατολογοῦντες (7), καὶ τρίτην ταύτην μεταξὺ θηλείας καὶ ἄρρενος, ἀνδρόγυνον καινοτομοῦντες φύσιν. Ἀπατῶνται δὲ εὖ μάλα, τὸ φιλότεκνον τῆς παμμήτορος καὶ γενεσιουργοῦ φύσεως μὴ νοήσαντες· ἐπεὶ γὰρ (8) ἐστι τοῦτο λαγνίστατον

✠ P. 221 ED. POTTER, 188-189 ED. PARIS.

(2) *Τὴν δὲ ὕαιναν.* Barnabas loco superius dicto : Ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. Οὐ μὴ, φησὶ, γένῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς τί ; Τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄρρεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίγνεται. « Sed nec hyænam manducabis. Non eris, inquit, adulter, neque corruptor, nec talibus assimilaberis. Quare ? Quia istud animal annuatim sexum mutat, et modo mas, modo femina est. » Ubi conf. quæ adnotavit Cotelerius.

(3) *Οὐ μέντοι.* De hyæna cum Clemente negat etiam Aristoteles *Histor. animal.* lib. VI, c. 32. Sylburg. — Porro hoc loco Clemens Barnabæ contradicit ; sed, tanti viri reverentia ductus, nomen ejus reticet.

(4) *Ὡς θῆλυ.* Ὡς καὶ θῆλυ Nov.

(5) *Ἀλλ' ἡ μέν.* Ὡραῖον ἄγαν τὸ χωρίον τῇ φράσει ἐξηνθισμένον, inquit Scholiastes in marg. Reg. et Bod.

(6) *Μεμυκότων.* Grammaticæ regula postulat μεμυκυιῶν ἀρτηριῶν· nisi neutro genere scriptum

D putes μεμυκότων ἀρτηριῶν, sc. ὀργάνων, ἀγγείων· quod est insolens. Sylburg.

(7) *Ἑρμαφροδίτους τερατ.* Atqui juris auctores hoc statuunt, lib. X *D. De stat. hom.* lib. XVI, sect. 1, de testibus : et boni auctores, A. Gellius lib. IX, cap. 2. Ausonius, epigram. 98, et confirmat experientia. R. Sylburg.

(8) *Ἐπεὶ γάρ.* Hæc, paucis mutatis, Eustathius in Comment. in *Hexaemeron* p. 38, transtulit : Τὸ γὰρ ζῶον, ἀσελγέστατον πάνυ ὑπάρχον, πρὸ τοῦ πόρου ὑπὸ τὴν κέρκον ἐξοχὴν κέκτηται, αἰδοίῳ θηλυκῷ παραπλήσιον· ὅπερ (scribe ἥπερ) οὐκ ἔχει πόρον, ἡ μόνην τὴν κοιλότητα εἰς οὐδὲν μέτρας χρειώδες καθεστηκυῖαν, καὶ κενὴν μόνην λαγνείαν δέχεται. Διὰ γοῦν τὸν ὑπερβάλλοντα πασχητιασμὸν τοῦτο ὁ ἄρρην καὶ ἡ θήλεια ἔχουσι τὸ ἴδιωμα· ὅταν γὰρ οἱ πόροι πεπληρωμένοι ἀσχολοῦνται περὶ τὴν κύησιν, ἐν ἀλλήλοις τὴν παρὰ φύσιν ὑίξιν ἐργάζονται. Ὅθεν σπανιώτατόν ἐστιν εὑρεῖν θήλειαν ὕαιναν· οὐ γὰρ συνεχεῖς αἱ κυήσεις τῷ ζώῳ γίγνονται. « Nam animal

Digitized by Google

τὸ ζῷον, ἡ ὕαινα, ὑπὸ τὴν κέρκον πρὸ τοῦ πόρου τῆς περιττώσεως πέφυκεν αὐτῇ ἐξοχή τις σαρκική, παραπλησία τῷ σχήματι αἰδοίῳ θηλυκῷ· πόρον δὲ οὐδένα ἔχει τοῦτο τῆς σαρκὸς τὸ σχῆμα, εἴς τι χρειῶδες ἀπολῆγον, ἢ εἰς μήτραν, ἢ εἰς ἀπευθυσμένον λέγω· μόνην δὲ ἄρα κοιλότητα ἔχει πολλὴν, ᾗ τὴν λαγνείαν ὑποδέχεται τὴν κενὴν, ὅτ' ἂν ἀποστραφῶσι περὶ τὴν ἀποκύησιν ἀσχολούμενοι τῆς ἀποτέξεως οἱ πόροι. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀῤῥενί τε καὶ θηλείᾳ προσπέφυκεν ὑαίνῃ διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα πασχητιασμόν· ἀλληλίζει γὰρ καὶ ὁ ἄῤῥην, ὅθεν καὶ σπανιώτατα θήλειαν ἔστιν ὕαιναν λαβεῖν· οὐ γὰρ συνεχεῖς αἱ κυήσεις τῷ ζώῳ γίγνονται τούτῳ, πλεοναζούσης ἐν αὐτοῖς ἀδεῶς τῆς παρὰ φύσιν σπορᾶς. Ταύτῃ μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων ἐν *Φαίδρῳ* τὴν παιδεραστίαν ἀποκρουόμενος, θηρίον αὐτὴν προσειπεῖν, ὅτι τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες οἱ ταῖς ἡδοναῖς ἔκδοτοι λάγνοι, τετραπόδων νόμῳ βαίνουσιν, καὶ παιδοσπορεῖν ἐπιχειροῦσιν. Τοὺς « δὲ » ἀθέους « παρέδωκεν ὁ Θεὸς, » ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος « εἰς πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι (9) αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· ὁμοίως δὲ (10) καὶ οἱ ἄῤῥενες αὐτῶν (11), ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. » Καίτοι οὐδὲ τοῖς λαγνιστοτάτοις (12) τῶν ζώων συγκεχώρηκεν ἡ φύσις τὴν τῆς περιττώσεως πόρον ἐπιθοροῦν· τὸ μὲν γὰρ οὖρον εἰς κύστιν ἀποκρίνεται, ἡ δὲ ἐξυγρασμένη τροφὴ εἰς κοιλίαν· τὸ δάκρυον δὲ εἰς ὄμμα· αἷμα εἰς φλέβας· ῥῦπος εἰς ὦτα· μύξαι ἐπὶ τὰς ῥῖνας καταφέρονται· συνεχὴς δὲ ἡ (13) ἕδρα τῷ πέρατι τοῦ ἀπευθυσμένου, δι' ἧς ἀποπτύεται τὰ περιττώματα. Μόνῃ δὲ ἄρα ἐπὶ τῶν ὑαινῶν ἡ ποικίλη φύσις ταῖς ὀχείαις ταῖς περιττῇς μόριόν τι τοῦτο ἐπινενόηκε περιττόν· διὸ καὶ μέχρι τινὸς κοῖλόν ἐστιν εἰς διακονίαν κνηστιώντων μορίων· ἀποτυφλοῦται δὲ ἐντεῦθεν ἡ κοιλότης· οὐ γὰρ εἰς γένεσιν δεδημιούργηται. Ἐντεῦθεν συμφανὲς ἡμῖν ὁμολογουμένως, παραιτεῖσθαι δεῖν τὰς ἀῤῥενομιξίας, καὶ τὰς ἀκάρπους σπορὰς, καὶ τὰς κατόπιν εὐνὰς, καὶ τὰς ἀσυμφυεῖς ἀνδρογύνους κοινωνίας· ἑπομένους τῇ φύσει αὐτῇ, ἀπαγορευούσῃ διὰ τῆς τῶν μορίων κατασκευῆς, οὐκ εἰς παραδοχὴν σπέρματος, εἰς δὲ τὴν πρόεσιν (14) αὐτοῦ, τὸ ἄῤῥεν ἀνδρώσασα. Ὁ δὲ Ἱερεμίας ὀπηνίκα ἂν φῇ, τοῦτ' ἔστι δι' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα· « Σπήλαιον (15) ὑαίνης

tare naturam : idem enim animal non habet simul ambo pudenda maris et feminæ, sicut nonnulli existimarunt, qui prodigiose hermaphroditos finxerunt, et inter marem et feminam, hanc masculofeminam naturam innovarunt. Valde autem falluntur, ut qui non animadverterint, quam sit filiorum amans omnium mater et genitrix Natura : quoniam enim hoc animal, hyæna inquam, est salacissimum, sub cauda ante excrementi meatum, adnatum est ei quoddam carneum tuberculum, feminino pudendo figura persimile. Nullum autem meatum habet hæc figura carnis, qui in utilem aliquam desinat partem, vel in matricem inquam, vel in rectum intestinum : tantum habet magnam concavitatem, quæ inanem excipiat libidinem, quando aversi fuerint meatus, qui in concipiendo fetu occupati sunt. Hoc ipsum autem et masculo et feminæ hyænæ adnatum est, quod sit insigniter pathica : masculus enim vicissim et agit, et patitur : unde etiam rarissime inveniri potest hyæna femina : non enim frequenter concipit hoc animal, cum in eis largiter redundet ea, quæ præter naturam est, satio. Hac etiam ratione mihi videtur Plato in *Phædro*, amorem puerorum repellens, eum appellare bestiam, quod frenum mordentes, qui se voluptatibus dedunt, libidinosi, quadrupedum coeunt more, et filios seminare conantur. Impios « autem tradidit Deus, » ut ait Apostolus[a], « in perturbationes ignominiæ : nam et feminæ eorum mutaverunt naturalem usum in eum, qui est præter naturam : similiter autem et masculi eorum, relicto usu naturali, exarserunt in desiderio sui inter se invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in se recipientes. » At vero ne libidinosissimis quidem animantibus concessit natura in excrementi meatum semen immittere : urina enim in vesicam excernitur, humefactum alimentum in ventrem, lacryma vero in oculum, sanguis in venas, sordes in aures, mucus in nares defertur : fini autem recti intestini, sedes cohæret, per quam excrementa exponuntur. Sola ergo varia in hyænis natura, superfluo coitui superfluam hanc partem excogitavit, et ideo est etiam aliquantisper concavum, ut prurientibus partibus inserviat, exinde autem excæcatur concavitas : non fuit enim res fabricata ad generationem. Hinc nobis manifestum atque

✠ P. 222 ED. POTTER, 189-190 ED. PARIS.

[a] Rom. I, 26, 27.

hoc (hyæna) cum perditæ sit libidinis, præter foramen, quod sub cauda est, tumorem pudendo mulieris non dissimilem continet, in quo foramen pervium non est, sed tantum cavitas, quæ nullum vulvæ usum exhibere valet, sed duntaxat inanis libidinis receptaculum extuberat. Propter igitur immensam muliebria patiendi appetentiam, utrique, mari ac feminæ, singularis hæc proprietas dicitur inesse : dum enim plena foramina in conceptu salvando occupantur, inter se contra naturam misturam faciunt. Unde rarissime invenitur femina hyæna : nam hoc animal non frequenter concipit. »

(9) *Αἵ τε γὰρ θ.* Scholiastes in marg. Reg. et Bod. Οὐκ ἀλλήλας βαίνουσι δηλαδὴ, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι παρέχουσιν ἑαυτάς. Οὕτω Ἀναστάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους ἐξηγητικῷ.

(10) *Δέ.* Τέ Rom. ubi etiam passim ἄρσενες per σ.

(11) *Αὐτῶν.* Abest a Rom. Mox χρῆσιν τῆς θηλείας. Ibid.

(12) *Λαγνιστοτάτοις.* Scribe λαγνιστάτοις, quod habent Reg. et Bod.

(13) *Συνεχὴς δὲ ἡ.* Συνεχὴς δὲ ἄρα ἡ Nov.

(14) *Πρόεσιν.* Προαίρεσιν Nov. Mox super finalem α in ἀνδρώσασα aliquis scripsit η in Bod. et Reg. perinde ac si vera lectio esset ἀνδρωσάσῃ, recte.

(15) *Σπήλαιον.* Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί; Jerem. Apud eumdem cap. VII, 11 :

Digitized by Google

✠ adeo in confesso est, vitandos esse cum masculis concubitus, et infrugiferas sationes, et Veperem præposteram, et quæ naturâ coalescere non possunt, androgynorum conjunctiones, ipsam naturam sequentibus, quæ id per partium prohibet constitutionem, ut quæ masculum non ad semen suspiciendum, sed ad id effundendum fecerit. Jeremias autem, hoc est, per ipsum loquens Spiritus, quando dicit : « Spelunca hyænæ facta est domus mea [a], » id quod ex mortuis constabat corporibus detestans alimentum, sapienti allegoria reprehendit cultum simulacrorum : vere enim oportet ab idolis esse puram domum Dei viventis. Rursus Moyses lepore quoque vesci prohibet. Omni enim tempore coit lepus, et salit, assidente femina, eam a tergo aggrediens : est enim ex iis, quæ retro insiliunt. Concipit autem singulis mensibus, et superfetat; init autem, et parit; postquam autem peperit, statim a quovis initur lepore (neque enim uno contenta est matrimonio) et rursus concipit, adhuc lactans : habet enim matricem, cui sunt duo sinus, et non unus solus matricis vacuus sinus, est ei sufficiens sedes ad receptaculum coitus (quidquid enim est vacuum, desiderat repleri); verum accidit, ut cum uterum gerunt, altera pars matricis desiderio teneatur et libidine furiat; quocirca fiunt eis superfetationes. A vehementibus ergo appetitionibus, mutuisque congressionibus, et cum prægnantibus feminis conjunctionibus, alternisque initibus, puerorumque stupris, adulteriis et libidine abstinere, hujus nos ænigmatis adhortata est prohibitio. Idcirco aperte, et non per ænigmata Moyses prohibuit, « Non fornicaberis; non mœchaberis; pueris stuprum non inferes [b], » inquiens. Logi itaque præscriptum totis viribus observandum, neque quidquam contra leges ullo modo faciendum est, neque mandata sunt infirmanda. Malæ enim cupiditati nomen est ὕβρις, « petulantia; » et equum cupiditatis, « petulantem » vocavit Plato, cum legisset, « Facti estis mihi equi furentes in feminas [c]. » Libidinis autem supplicium notum nobis facient illi, qui Sodomam accesserunt, angeli. Ii eos, qui probro illos afficere voluerunt, una cum ipsa civi-

A γέγονεν ὁ οἶκός μου· » τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν σωμάτων μυσαττόμενος τροφήν, ἀλληγορίᾳ σοφῇ τὴν εἰδωλολατρείαν διαβέβληκε· δεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἁγνὸν εἰδώλων τὸν τοῦ ζῶντος οἶκον εἶναι Θεοῦ. Πάλιν ὁ Μωϋσῆς καὶ τὸν λαγὼν ἐσθίειν ἀπαγορεύει· ὀχεύει γὰρ πᾶσαν τὴν ὥραν ὁ λαγώς· καὶ ἐπιβαίνει, συγκαθεσθείσης τῆς θηλείας, κατόπιν ἐπιών· ἔστι γὰρ ὀπισθοβατικόν· κυεῖ δὲ κατὰ μῆνα, καὶ ἐπικυΐσκεται· ὀχεύεται δὲ (16), καὶ τίκτει· τεκοῦσα (17) δὲ, εὐθὺς ὀχεύεται ὑφ' οὗ ἂν τύχῃ λαγωοῦ· οὐ γὰρ ἐνὶ ἀρκεῖται γάμῳ· καὶ συλλαμβάνει πάλιν, ἔτι θηλαζομένη· ἔχει γὰρ τὴν ὑστέραν δικρόαν· καὶ οὐχὶ τὸ κένωμα μόνον τῆς ὑστέρας ἱκανὸν αὐτῇ γίνεται συνουσίας ὁρμητήριον· τὸ γὰρ κενὸν (18) πᾶν ἐπιθυμεῖ πληρώσεως· συμβαίνει δ' ὅτ' ἂν κυῶσι, θάτερον μέρος
B τῆς ὑστέρας κατέχεσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὀργᾷν· διὰ τοῦτο ἐπικυήσεις γίνονται αὐτοῖς. Ἀπέχεσθαι τοίνυν σφοδρῶν τε ὀρέξεων, καὶ ἐπαλλήλων συνουσιῶν, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἐγκύους (19) ὁμιλίας, καὶ ἀλληλοβασίας, καὶ παιδοφθορίας, καὶ μοιχείας, καὶ λαγνείας, ἡ τοῦ αἰνίγματος τοῦδε ἀπαγόρευσις παρῄνεσεν. Ταύτῃ τοι ἀναφανδὸν, οὐ δι' αἰνιγμάτων ἔτι, ὁ αὐτὸς ἀπηγόρευσε Μωϋσῆς, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ· « Οὐ πορνεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ παιδοφθορήσεις (20), » λέγων. Τὸ δὲ διάταγμα τοῦ Λόγου παντὶ διατηρητέον σθένει, καὶ οὐδὲν οὐδαμῶς παρανομητέον, οὐδὲ ἀκυρωτέον τὰς ἐντολάς· ἐπιθυμίᾳ γὰρ κακῇ ὄνομα ὕβρις· καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας ἵππον « ὑβριστὴν » ὁ Πλάτων (21) προσεῖπεν, « Ἵπποι θηλυμανεῖς, ἐγενήθητέ (22) μοι, » ἀναγνούς. Τὴν δὲ ἐπὶ τῇ ὕβρει δίκην
C γνωριοῦσιν ἡμῖν (23) οἱ εἰς τὰ Σόδομα παραγεγονότες ἄγγελοι. Οὗτοι τοὺς πειρᾷν (24) ἐθελήσαντας σφᾶς ἐπαισχῦναι αὐτῇ πόλει κατέφλεξαν, δεῖγμα ἐναργὲς τοῦτο λαγνείας ἐπικάρπιον, τὸ πῦρ, ὑπογράφοντες. Τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν συμπτώματα, ὡς καὶ πρόσθεν εἴπομεν, εἰς τὴν ἡμετέραν ἀναγεγράφαται (25) νουθεσίαν, ὡς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐνσχεθῆναι· φυλάξασθαι δὲ μὴ περιπεσεῖν τοῖς ἴσοις. Χρὴ δὲ υἱοὺς μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς παῖδας· εἰς δὲ τὰς γυναῖκας τὰς ἀλλοτρίας ὡς ἰδίας ἀφορᾷν θυγατέρας· κρατεῖν τε (26) ἡδονῶν, γαστρός τε ἔτι καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα δεσπόζειν, ἀρχικώτατον. Εἰ γὰρ οὐδὲ τὸν δάκτυλον ὡς ἔτυχε σαλεύειν τῷ σοφῷ ὁ λόγος ἐπιτρέπει, ὡς ὁμολογοῦσιν οἱ

✠ P. 233 ED. POTTER, 190-191 ED. PARIS.

[a] Jer. xii, 9. [b] Exod. xx, 14. [c] Jer. v, 8.

Μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου. Quæ loca Clemens commiscuisse videtur.

(16) *Δέ*. Abest a Bod., Reg.

(17) *Τεκοῦσα*. Hæc etiam a Clemente sumpsit Eustathius Operis modo laudati pag. 59 : Ὁ δὲ λαγὼς πρὸς συνουσίαν ἐστὶν ἀκρατέστερος. Ἡ δὲ θήλεια κατὰ μῆνα τίκτει, καὶ τεκοῦσα πάλιν ὑπὸ τοῦ τυχόντος λαγωοῦ ὀχεύεται, καὶ συλλαμβάνει ἔτι θηλαζομένη· οὐ γὰρ ἀρκεῖται ἑνί· « Lepus est in coitu intemperantior. Femina quolibet mense parit : cum peperit, rursus a lepore, quemcumque sors obtulerit, initur, et adhuc lactans, concipit; nec enim uno contenta est. »

(18) *Τὸ γὰρ κενόν*. Sic Aristoteles *Ethic. Nicomach.* lib. III, c. 15 : Ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. H. Sylb.

(19) *Ἐγκύους*. Ἀγκύλους. Bod. Reg. mendose.

(20) *Οὐ παιδοφθ*. Conf. quæ superius dicta sunt ad *Protrept.* p. 67, edit. Paris.

(21) *Πλάτων*. Platonis verba occurrunt in ejus *Phædro*, p. 1226, 1227, quo loco petulantem pravamque animam comparat equo σκολιῷ, ὑβριστῇ, ἀλαζονείας καὶ ὕβρεως ἑταίρῳ, etc.

(22) *Ἐγενήθητε*. Ἐγενήθησαν apud Jerem., et postea *Strom.* III, p. 469.

(23) *Ἡμῖν*. Ὑμῖν Bod.

(24) *Πειρᾷν*. Περᾷν Reg. Bod., quorum in marg. Scholiastes hæc adnotavit : Οὐ πειρᾷν, ἀλλὰ περᾷν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περαίνειν· ἐμφαντικώτερον γὰρ τὸ πειρᾷν τοῦ περᾷν πρὸς τὸ τῆς λαγνείας αἰσχρόν.

(25) *Ἀναγεγράφαται*. Potest etiam communiter scribi ἀναγέγραπται. A. Sylburg.— Respicit auctor I Cor. x, 11 : Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.

(26) *Κρατεῖν τε*. Κρατεῖν δέ Νυν.

Digitized by Google

Στωϊκοί, πῶς οὐχὶ πολὺ πλέον τοῦ συνουσιαστικοῦ ἐπικρατητέον μορίου τοῖς σοφίαν διώκουσιν; Ταύτῃ μοι δοκεῖ καὶ ὠνομάσθαι αἰδοῖον, ὅτι χρὴ παντὸς μᾶλλον τούτῳ τοῦ σώματος τῷ μέρει χρῆσθαι μετὰ αἰδοῦς. Ἡ γὰρ φύσις, ὥσπερ καὶ ταῖς τροφαῖς, οὕτω δὲ καὶ τοῖς κατὰ νόμον γάμοις, ὅσον οἰκεῖον καὶ χρήσιμον καὶ εὐπρεπὲς, χρῆσθαι ἐπέτρεψεν ἡμῖν· ἐπέτρεψε δὲ ὀρέγεσθαι παιδοποιίας. Ὅσοι δὲ τὴν ὑπερβολὴν διώκουσι, πταίουσι περὶ τὸ κατὰ φύσιν, σφᾶς αὐτοὺς βλάπτοντες κατὰ τὰς παρανόμους συνουσίας. Ἔχει γὰρ ὀρθῶς παντὸς μᾶλλον, μή ποτε κοινωνεῖν, καθάπερ θηλειῶν, πρὸς μῖξιν (27) ἀφροδισίων τοῖς νέοις. Διὸ καὶ « Μὴ εἰς (28) πέτρας τε καὶ λίθους σπείρειν, » φησὶν ὁ ἐκ Μωϋσέως φιλόσοφος· « ὅτι μήποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ ῥιζόθεν λήψεται γόνιμον. Πάνυ γοῦν ἐμφανέστατα διὰ Μωϋσέως ὁ Λόγος παρήγγειλε. « Καὶ μετὰ ἄρρενος οὐ κοιμηθήσῃ κοίτην γυναικείαν· βδέλυγμα γάρ ἐστι. » Πρὸς δὲ, « καὶ ἀρούρῃς (29) θηλείας ἀπέχεσθαι πάσης » ὅτι μὴ τῆς ἰδίας, ὁ καλὸς, ἐκ τῶν θείων ἀναλεγόμενος Γραφῶν, συνεβούλευσε Πλάτων, ἐκεῖθεν τὸ νόμιμον ἐκλαβών· « Καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου οὐ δώσεις κοίτην σου (30) σπέρματος, τοῦ ἐκμιανθῆναι πρὸς αὐτήν. Ἄθετα (31) δὲ παλλακίδων σπέρματα καὶ νόθα. Μὴ σπεῖρε (32), οὗ μὴ βούλοιτό σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν· μηδὲ μὴν ἅπτεσθαί τινος, πλὴν γαμετῆς, τὸ παράπαν, τῆς ἑαυτοῦ (33) γυναικὸς, » ἐξ ἧς μόνης καρποῦσθαι τὰς σαρκὸς ἡδονὰς δίκαιον εἰς διαδοχὰς γνησίας. Νόμιμα γὰρ ταῦτα μόνα τῷ Λόγῳ. Θείας γέ τοι μοίρας τῆς δημιουργικῆς μεταλαβόντας, σπέρμα οὐκ ἐκριπτέον, οὐδὲ καθυβριστέον, οὐδὲ μὴν κερασβόλα σπαρτέον. Ὁ γοῦν αὐτὸς οὗτος Μωϋσῆς καὶ ταῖς γαμεταῖς αὐταῖς ἀπαγορεύει πλησιάζειν, ἢν ταῖς ἐπιμηνίοις καθάρσεσιν ἐνεσχημέναι τύχωσιν. Οὐ γάρ πω εὔλογον, τῷ ἀποκαθάρματι τοῦ σώματος τὸ γονιμώτατον τοῦ σπέρματος, καὶ μετ' ὀλίγον ἄνθρωπον, μολύνειν· οὐδὲ μὴν (34) ἀποκλύζειν τῷ ῥυπαρῷ τῆς ὕλης ῥεύ-

Nonnulli autem, qui se putant esse ingeniosos, nec philosophiam attingere volunt, nec dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solam et nudam fidem requirunt; perinde ac si cum nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim botros accipere. Dicitur autem Dominus « vitis » allegorice [a], a quo cum cura et agri cultura, quæ fit secundum Logon, fructus est vindemiandus. Putare oportet, fodere, ligare, et reliqua facere. Falce, ut sentio, ✠ et ligone, et aliis rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, ut nobis fructum producat esculentum. Quemadmodum autem in agricultura, ita etiam in medicina, ille utiliter didicit, qui varias attigit disciplinas, ut possit melius colere et curare : ita hic etiam eum bene et utiliter eruditum existimo, qui omnia refert ad veritatem, adeo ut ex geometria et musica, et ex grammatica et ipsa philosophia colligens quod est utile, tutam ab insidiis servet fidem. Porro autem athleta, ut prius dictum est, contemnitur, qui se non prius instruxit ad certamen. Jam vero gubernatorem quoque laudamus multarum rerum experientia instructum, qui urbes multorum vidit homi-

"Ενιοι δὲ, εὐφυεῖς οἰόμενοι εἶναι, ἀξιοῦσι μήτε φιλοσοφίας ἅπτεσθαι, μήτε διαλεκτικῆς, ἀλλὰ μηδὲ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐκμανθάνειν· μόνην δὲ καὶ ψιλὴν τὴν πίστιν ἀπαιτοῦσιν· ὥσπερ εἰ μηδεμίαν ἠξίουν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι τῆς ἀμπέλου, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τοὺς βότρυας λαμβάνειν. « Ἄμπελος » δὲ ὁ Κύριος ἀλληγορεῖται, παρ' οὗ μετ' ἐπιμελείας καὶ C τέχνης γεωργικῆς τῆς κατὰ τὸν Λόγον τὸν καρπὸν τρυγητέον. Κλαδεῦσαι δεῖ, σκάψαι, ἀναδῆσαι, καὶ τὰ λοιπὰ ποιῆσαι· δρεπάνου τε, οἶμαι, καὶ μακέλλης, καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων τῶν γεωργικῶν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἀμπέλου χρεία· ἵνα ἡμῖν τὸν ἐδώδιμον καρπὸν ἐκφήνῃ. Καθάπερ δὲ ἐν γεωργίᾳ, οὕτω καὶ ἐν ἰατρικῇ, χρηστομαθὴς ἐκεῖνος, ὁ ποικιλωτέρων μαθημάτων ἁψάμενος, ὡς βέλτιον γεωργεῖν τε καὶ ὑγιάζειν δύνασθαι· οὕτω κἀνταῦθα χρηστομαθῆ φημι τὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναφέροντα· ὥστε καὶ ἀπὸ γεωμετρίας, καὶ μουσικῆς, καὶ ἀπὸ γραμματικῆς, καὶ φιλοσοφίας αὐτῆς, δρεπόμενον τὸ χρήσιμον, ἀνεπιβούλευτον φυλάσσειν τὴν πίστιν. Παροράται δὲ καὶ ὁ ἀθλητὴς, ὡς προείρηται· ἀλλ' εἰς τὴν σύνταξιν συμβαλλόμενος (60). Αὐτίκα καὶ κυβερνήτην τὸν D πολύπειρον ἐπαινοῦμεν, ὃς πολλῶν (61) ἀνθρώπων

✠ P. 342 ED. POTTER, 292 ED. PARIS.

[a] Joan. xv, 1.

derandum non est. Quæ namque novit ille, nos non exercemus : quæ vero nos scimus, procul sunt ab illius affectibus. » Collect. — Idem Lowthio videtur. Scribi etiam possit ἐκείνους ἥδεταν, vel ἥδοιεν.

(58) *Ὡς ἐγώ.* Hæc in Platonis *Critone*, pag. 34, de se profitetur Socrates : Ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Eadem verba sic recitavit Theodoretus, ut ei partim cum Clemente, partim cum Platone conveniret, serm. 1 *De curat. Græc. affect.*, p. 477 : Ἦ οὐ τοιαῦτα καὶ Σωκράτης τῷ Κρίτωνι ἔλεγεν; Ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν οὐδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνοιτο· « An non talia Critoni Socrates dicebat? Ego autem non modo nunc, sed semper talis esse percupio, qui nulli meorum magis parendum esse, quam rationi existimem, quæ consulenti mihi optima videatur. » Porro ex utroque apud Clementem ὃς ἂν μ. pro ὡς ἂν μ. substituendum videtur.

(59) *Κληθέντες.* Verius κηληθέντες. Sylburg.

(60) *Ἀλλ' εἰς τὴν σύντ. συμβαλ.* Forte, ὁ μὴ ἄλλῳ εἰς τὴν σύνταξιν συμβαλλόμενος, « qui non cum alio componitur. » Hervetus vertit. « qui se non prius ad certamen instruxit. » Sylburg.

(61) *Ὃς πολλ.* Respicit Homeri *Odyss.* A, vers. 3, ubi de Ulysse dicit :

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.
Multorum mores hominum qui vidit, et urbes.

Digitized by Google

εἶδεν ἄστεα· καὶ ἰατρὸν τὸν ἐν πείρᾳ πολλῶν γεγενημένον· ἤ τινες καὶ τὸν ἐμπειρικὸν ἀναπλάττουσιν. Ὁ δὲ πρὸς τὸν βίον ἀναφέρων ἕκαστα τὸν ὀρθὸν, ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν καὶ τῶν βαρβαρικῶν ὑποδείγματα κομίζων, πολύπειρος οὗτος τῆς ἀληθείας ἰχνευτὴς, καὶ τῷ ὄντι πολύμητις (62), δίκην τῆς βασάνου λίθου· (ἥδ' (63) ἐστὶ Λυδὴ), διακρίνειν πεπιστευμένη τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ ἰθαγενοῦς χρυσίου· καὶ ἱκανὸς ὢν χωρίζειν ὁ πολύϊδρις ἡμῶν καὶ γνωστικὸς σοφιστικὴν μὲν φιλοσόφου, κομμωτικὴν δὲ γυμναστικῆς, καὶ ὀψοποιικὴν ἰατρικῆς, καὶ ῥητορικὴν διαλεκτικῆς, καὶ μετὰ τὰς (64) ἄλλας τῆς κατὰ τὴν βάρβαρον φιλοσοφίαν αἱρέσεις, αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Πῶς δὲ οὐκ ἀναγκαῖον περὶ νοητῶν φιλοσοφοῦντα διαλαβεῖν τὸν ἐπιποθοῦντα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐπίβολον γενέσθαι; Πῶς δὲ οὐχὶ καὶ διαιρεῖσθαι χρήσιμον τάς τε ἀμφιβόλους φωνὰς, τάς τε ὁμωνύμως ἐκφερομένας κατὰ τὰς Διαθήκας; Παρ' ἀμφιβολίαν (65) γὰρ ὁ Κύριος τὸν διάβολον κατὰ τὸν τοῦ πειρασμοῦ σοφίζεται χρόνον· καὶ οὐκ ἔτι ἔγωγε ἐνταῦθα συνορῶ, ὅπως ποτὲ ὁ τῆς φιλοσοφίας (66) καὶ τῆς διαλεκτικῆς εὑρετὴς, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, παράγεται, τῷ κατ' ἀμφιβολίαν ἀπατώμενος τρόπῳ. Εἰ δὲ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐ τὰς τέχνας ἐγνώκεσαν, δι' ὧν τὰ κατὰ φιλοσοφίαν ἐμφαίνεται γυμνάσματα· ἀλλ' ὁ νοῦς γε τοῦ προφητικοῦ καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ πνεύματος ἐπικεκρυμμένως λαλούμενος. διὰ τὸ μὴ πάντων εἶναι τὴν συνεῖσαν ἀκοὴν, τὰς ἐντέχνους ἀπαιτεῖ πρὸς σαφήνειαν διδασκαλίας. Ἀσφαλῶς γὰρ ἐγνώκεσαν τὸν νοῦν ἐκείνων οἱ προφῆται καὶ οἱ τοῦ πνεύματος μαθηταί· ἐκ γὰρ πίστεως, καὶ ὡς οὐχ οἷόν τε ῥᾳδίως, ὡς τὸ Πνεῦμα (67) εἴρηκεν· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκδέξασθαι (68) μὴ μεμαθηκότας. « Τὰς δὲ ἐντολὰς (69) » φησὶν, « ἀπογράψαι δισσῶς, βουλήσει, καὶ γνώσει τοῦ ἀποκρίνασθαι λόγους ἀληθείας τοῖς προβαλλομένοις σοι. » Τίς οὖν ἡ γνῶσις τοῦ ἀποκρίνασθαι, ἢ τίς καὶ τοῦ ἐρωτᾶν; Εἴη δ' ἂν αὕτη διαλεκτική. Τί δ'; οὐχὶ καὶ τὸ λέγειν ἔργον ἐστὶ, καὶ τὸ ποιεῖν ἐκ τοῦ Λόγου γίνεται; Εἰ γὰρ μὴ Λόγῳ (70) πράττοιμεν, ἀλόγως ποιοῖμεν ἄν. Τὸ λογικὸν δὲ ἔργον κατὰ Θεὸν ἐκτελεῖται· « Καὶ οὐδὲν χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο, » φησὶ, τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Ἦ οὐχὶ καὶ ὁ Κύριος Λόγῳ (71) πάντα ἔπρασσεν; ἐργάζεται δὲ καὶ τὰ κτήνη, ἐλαυνόμενα ἀναγκάζοντι τῷ φόβῳ· οὐχὶ (72)

A num; et medicum, qui multa est expertus, qua ratione effingunt quidam etiam empiricum. Qui autem singula refert ad rectam vitam, exempla afferens ex Græcis et ex barbaris, is valde peritus veritatis investigator, et multi revera consilii, instar lapidis indicis (is est autem Lydius) creditur posse discernere aurum adulterinum a probo, et aptus esse ad separandum is, qui ex nobis habet multam rerum experientiam et gnosticus est, sophisticam quidem a philosophia, ornatricem autem a gymnastica, et culinariam a medicina, et **126** dicendi artem a dialectica, quinetiam alias hæreses, quæ sunt in barbara philosophia, ab ipsa veritate. Quomodo autem non necesse est, ut de iis, quæ intelligentia percipiuntur, tractet philosophando, B qui Dei velit potentiam attingere? Quomodo autem non est etiam utile, dividere voces, quæ sunt ancipites, et quæ in Testamentis efferuntur æquivoce? Ex amphibolia enim Dominus sapienter eludit diabolum in tempore tentationis. Nec ego hic utique video, quonam modo philosophiæ et dialecticæ inventor, ut quidam existimant, inducitur deceptus tropo amphiboliæ. Quod si prophetæ et apostoli non fuerint ejusmodi artibus instructi, quibus philosophiæ exercitationes ostenduntur: at mens prophetici et præceptoris Spiritus occulte enuntiata, propterea quod non sint aures omnium intelligentes, sine cognitione artium haud facile explicari potest. Secure enim noverunt illorum sensum prophetæ et Spiritus discipuli. Ex fide enim eum perceperunt, C et, qui modus cæteris haud facilis fuerit, prout iussuit Spiritus; sed non tam facile percipere possunt ii, qui non didicerunt. « Præcepta autem, » inquit, « scribe dupliciter: nempe voluntate, et cognitione respondendi ✠ verba veritatis iis qui tibi proponunt [a]. » Quænam est autem respondendi, vel quæ etiam interrogandi scientia? Fuerit quidem hæc dialectica. Quid vero? an non in dicendo etiam laborandum est? et facere est ex Logo? Si non enim Logo, seu ratione, agamus, citra rationem fecerimus. Opus autem rationale ex Deo efficitur. « Et nihil sine ipso factum est [b], » inquit: Logo, inquam, Deo. An non etiam Dominus omnia fecit Logo? Operantur autem etiam jumenta acta cogente

[a] Proverb. XXII, 20, 21. [b] Joan. I, 3.

✠ P. 343 ED. POTTER, 292-293 ED. PARIS.

(62) *Πολύμητις*. Πολύμητις Ὀδυσσεύς ubique in *Odyssea* occurrit.

(63) *Ἥδ'*. Divise quoque scribi potest ἡ δ'. SYLBURG.

(64) *Καὶ μετὰ τ.* Καὶ ματὸ τ. mendose edit. Flor. Forte καὶ μὴν καὶ τὰς ἄλλας τὰς κατὰ τὴν β. Ib.

(65) *Ἀμφιβολίαν*. Conf. Matth. IV, 4.

(66) *Ὁ τῆς φιλ.* Hoc adversus eos dictum, qui philosophiæ aliarumque artium inventionem diabolo tribuerunt.

(67) *Ὡς τὸ Πν.* Sensus non constat, nisi ante hæc verba subintelligamus vocem ἐγνώκεσαν ex sententia superiore. LOWTH.

(68) *Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκ.* Subintelligendum ἐστί.

(69) *Τὰς δὲ ἐντ.* Hæc hactenus parum intellecta fuisse videntur: sed facilia erunt advertenti auctorem respicere Proverb. XXII, 20, 21: Καὶ σὺ δὲ ἀπόγραψαι αὐτὰ σεαυτῷ τρισσῶς, εἰς βουλὴν καὶ γνῶσιν, ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου. Διδάσκω οὖν σε ἀληθῆ λόγον καὶ γνῶσιν ἀγαθὴν ὑπακούειν, τοῦ ἀποκρίνασθαί σε λόγους ἀληθείας τοῖς προβαλλομένοις σοι. Quare substituendum ἀπόγραψαι imperat. pro ἀπογράψαι infinit. mod. et hoc modo distinguendum: Τὰς δὲ ἐντολὰς, φησὶν, ἀπόγραψαι, etc. Quod Latine expressum est. D

(70) *Λόγῳ*. In his, quæ sequuntur, ludit in voce Λόγου, quæ « Logon, » Dei filium, « rationem, » et « sermonem » significat.

(71) *Λόγῳ*. Ps. XXXII, 6: Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν.

(72) *Οὐχί*. Hæc etiam sine interrogatione explicari possunt: « Et jumenta quidem metu coacta, laborant; nequaquam vero qui orthodoxi dici meruerunt, in bona opera feruntur, nescientes quid faciant. »

Digitized by Google

metu. Num etiam qui vocantur orthodoxi, bona opera aggrediuntur, nescientes quæ faciunt?

δὲ καὶ οἱ ὀρθοδοξασταὶ καλούμενοι ἔργοις προσφέρονται καλοῖς, οὐκ εἰδότες ἃ ποιοῦσιν;

CAPUT X.

Majorem bene faciendi, quam bene dicendi, curam esse habendam.

Propterea ergo Servator, cum panem accepisset, primum locutus est, et egit gratias; deinde, cum panem fregisset, apposuit, ut comedamus ex ratione, et cum Scripturas agnoverimus, vitam instituamus per obedientiam. Quemadmodum autem qui mala utuntur oratione, nihil differunt ab iis qui malo facto utuntur (calumnia enim est ministra gladii, et affert dolorem maledictum, ex quibus est vitæ eversio: hæc autem fuerint opera improbæ orationis); ita etiam qui bona utuntur oratione, prope accedunt ad eos qui bonis factis utuntur. Recreat itaque animam oratio, et hortatur ad honestatem. Beatus est autem, qui utraque manu utitur. Neque ergo qui bene potest facere, est maledictis incessendus ab eo qui bene potest dicere, neque est vituperandus qui bene potest dicere, ab eo qui bene facere potest. Faciat autem uterque id ad quod natura est aptus. Quod autem alter factum ostendit, hoc alter loquitur, beneficentiæ veluti viam præparans, et deducens auditores, ut bene operentur. Est enim etiam salutaris oratio, sicut opus salutare. Atque justitia quidem certe non consistit absque oratione. Quemadmodum autem beneficio affici nemo potest, si nemo bene faciat; ita tollitur obedientia et fides, nisi tum præceptum, tum etiam qui est ipsum explicaturus, simul assumantur. Nunc autem altero alterius gratia, et verbis et factis, abundamus. Ars autem contentiosa et sophistica est penitus repudianda, quandoquidem ipsæ sophistarum dictiones non solum multorum oculos præstringunt, et eos seducunt, sed nonnunquam etiam vim afferentes, Cadmeam ✠ referunt victoriam. Est enim longe verissimus ille psalmus: « Justus vivet in finem, quoniam non videbit interitum, quando viderit sapientes morientes [a]. » Quosnam autem dicit sapientes, audi ex Jesu Sapientia: « Non est sapientia improbitatis scientia [b]. » Eam autem dicit, quam excogitarunt artes, quæ in dicendo et disserendo versantur. « Quæres ergo apud malos sapientiam, et non invenies [c]. » Et si rursus roges, quænam ea est? « Os justi, » inquiet tibi, « distillabit sapien-

Διὰ τοῦτο οὖν ὁ Σωτὴρ, ἄρτον λαβὼν, πρῶτον ἐλάλησεν καὶ εὐχαρίστησεν· εἶτα κλάσας τὸν ἄρτον προέθηκεν (73), ἵνα δὴ φάγωμεν λογικῶς, καὶ τὰς Γραφὰς ἐπιγνόντες, πολιτευσώμεθα καθ' ὑπακοήν. Καθάπερ δὲ οἱ λόγῳ χρώμενοι πονηρῷ, οὐδὲν τῶν ἔργῳ χρωμένων πονηρῷ διαφέρουσιν· ἡ γὰρ διαβολὴ ξίφους διάκονος, καὶ λύπην ἐμποιεῖ βλασφημία· ἐξ ὧν αἱ τοῦ βίου ἀνατροπαί· ἔργα τοῦ πονηροῦ λόγου εἶεν ἂν ταῦτα· οὕτω καὶ οἱ λόγῳ ἀγαθῷ κεχρημένοι συνεγγίζουσι τοῖς τὰ καλὰ τῶν ἔργων ἐπιτελοῦσιν. Ἀνακτᾶται γοῦν καὶ ὁ λόγος τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπὶ καλοκἀγαθίαν προτρέπει· μακάριος δὲ ὁ περιδέξιος. Οὔτ' οὖν βλασφημητέος ὁ εὐποιητικὸς πρὸς τοῦ εὖ λέγειν δυναμένου, οὐδὲ μὴν κακιστέος ὁ οἷός τε εὖ λέγειν, πρὸς τοῦ εὖ ποιεῖν ἐπιτηδείου· πρὸς δὲ ᾧ (74) ἑκάτερος πέφυκεν, ἐνεργούντων. Ὁ δ' οὖν τὸ ἔργον δείκνυσι, τοῦτο ἕτερος λαλεῖ, οἷον ἑτοιμάζων τῇ εὐποιΐᾳ τὴν ὁδὸν, καὶ ἐπὶ τὴν εὐεργεσίαν ἄγων τοὺς ἀκούοντας. Ἔστι γὰρ καὶ σωτήριος λόγος, ὡς καὶ ἔργον σωτήριον. Ἡ δικαιοσύνη γ' οὖν οὐ χωρὶς λόγου συνίσταται. Ὡς δὲ τὸ εὖ πάσχειν περιαιρεῖται, ἐὰν τὸ εὖ ποιεῖν ἀφελοῦμεν· οὕτως ἡ ὑπακοὴ καὶ πίστις ἀναιρεῖται μήτε τῆς ἐντολῆς, μήτε τοῦ τὴν ἐντολὴν σαφηνιοῦντος συμπαραλαμβανομένων. Νυνὶ δὲ ἀλλήλων ἕνεκα εὐποροῦμεν, καὶ λόγων καὶ ἔργων. Τὴν δὲ ἐριστικήν τε καὶ σοφιστικὴν τέχνην παραιτητέον παντελῶς· ἐπεὶ καὶ αἱ λέξεις αὐταὶ τῶν σοφιστῶν οὐ μόνον γοητεύουσι, κλέπτουσι (75) τοὺς πολλοὺς, βιαζόμεναι δ' ἔσθ' ὅτε, Καδμείαν νίκην (76) ἀπηνέγκαντο. Παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀληθὴς ὁ ψαλμὸς ἐκεῖνος· « Ὁ δίκαιος (77) ζήσεται εἰς τέλος, ὅτι οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅτ' ἂν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. » Τίνας δὴ σοφοὺς λέγει; ἄκουσον ἐκ τῆς σοφίας Ἰησοῦ· « Οὐκ ἔστι σοφία πονηρίας ἐπιστήμη. » Ταύτην δὴ λέγει, ἣν ἐπενόησαν τέχναι λεκτικαί τε καὶ διαλεκτικαί. « Ζητήσεις οὖν σοφίαν παρὰ κακοῖς, καὶ οὐχ εὑρήσεις. » Κἂν πύθῃ πάλιν ποίαν ταύτην, « Στόμα δικαίου, » φήσει σοι, « ἀποστάξει (78) σοφίαν· » σοφία δὲ ὁμωνύμως τῇ ἀληθείᾳ ἡ σοφιστικὴ λέγεται τέχνη. Ἐμοὶ δὲ εἰκότως, οἶμαι, πρόκειται, βιοῦν μὲν κατὰ τὸν Λόγον, καὶ νοεῖν τὰ σημαινόμενα· εὐγλωτ-

✠ P. 344 ED. POTTER, 293-294 ED. PARIS. [a] Psal. xlviii, 10, 11. [b] Eccli. xix, 22. [c] Prov. xiv, 6.

(73) *Κλάσας τὸν ἄρτον προέθηκεν.* « Panem » igitur, cum fregisset, edendum proposuit, non tantum ejus speciem. Conf. Matth. xxvi, 26, etc.

(74) *Πρὸς δὲ ᾧ.* Forte rectius πρὸς δὲ ὅ, « ad quod autem. » Sylburg.

(75) *Γοητεύουσι, κλέπτουσι.* Γοητεύουσαι κλέπτουσι commentatorem secutus scripsi, sed mallem reliquisse vulg. lectionem γοητεύουσι, κλέπτουσι· quia post infra similem copulæ ellipsim animadverti, p. 133, 153, 184, 185. Sylburg.

(76) *Καδμείαν νίκην.* « Cadmeam victoriam » appellant, quæ victori perinde ac victo perniciem affert, a Cadmi terrigenis, quos fabulantur sese mutuo ad unum omnes occidisse. Alii dictam existimant a victoria, qua Thebani, Cadmei scilicet cives, Adrasto, Argivorum rege, devicto, haud minus ipsi damnum perpessi sunt. Pausanias, *Bœotic.*, pag. 556 edit. Hanov.: Ὡς τὸ σύμπαν στράτευμα πλὴν Ἀδράστου φθαρῆναι. Ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῖς τὸ ἔργον οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων· καὶ ἀπ' ἐκείνου, τὰ σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων, Καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην. « Totus itaque exercitus, uno Adrasto excepto, est ad internecionem cæsus. Sed ea Thebanis victoria magna stetit clade. Ex eo usurpatum, ut si qua victores pernicies opprimat, *Cadmea* victoria dicatur. »

(77) *Ὁ δίκαιος.* A Clemente additum.

(78) *Ἀποστάξει.* Ἀποστάζει, Proverb.

Digitized by Google

τίαν δὲ μήποτε ζηλοῦντα, ἀρκεῖσθαι μόνῳ τῷ αἰνίξασθαι τὸ νοούμενον. Ὁποίῳ δὲ ὀνόματι δηλοῦται τοῦτο, ὅπερ παραστῆσαι βούλομαι, οὐθέν μοι μέλει (79). Σωθῆναι γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ συνάρασθαι τοῖς σώζεσθαι γλιχομένοις, βέλτιστόν ἐστιν, οὐχὶ συνθεῖναι τὰ λεξείδια καθάπερ τὰ κόσμια. « Κἂν φυλάξῃς (80), » φησὶν ὁ Πυθαγόρειος ἐν τῷ Πλάτωνος *Πολιτικῷ*, « τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι (81), πλουσιώτερος εἰς γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. » Καὶ ἔνγε τῷ *Θεαιτήτῳ* εὕροις ἂν πάλιν· « Τὸ δὲ εὐχερὲς τῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων, καὶ μὴ δι' ἀκριβείας ἐξεταζόμενον, τὰ μὲν πολλὰ οὐκ ἀγεννὲς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τούτου ἐναντίον, ἀνελεύθερον· ἔστι δ' ὅτε ἀναγκαῖον. » Ταῦτα, ὡς ἔνι μάλιστα, διὰ βραχέων ἐξήνεγκεν ἡ Γραφή· « Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνου, » λέγουσα· ἡ μὲν γὰρ λέξις οἷον ἐσθὴς ἐπὶ σώματος· τὰ δὲ πράγματα, σάρκες εἰσὶ καὶ νεῦρα. Οὐ χρὴ τοίνυν τῆς ἐσθῆτος πρὸ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας κήδεσθαι· εὐτελῆ γὰρ οὐ μόνον δίαιταν, ἀλλὰ καὶ λόγον ἀσκητέον ἀπέριττόν τε καὶ ἀπερίεργον, τῷ τὸν ἀληθῆ βίον ἐπανῃρημένῳ, εἴ γε τὴν τρυφὴν ὡς δολεράν τε καὶ ἄσωτον παραιτούμεθα· καθάπερ τὸ μύρον καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι (82), δολερὰ μὲν τὰ ἱμάτια, δολερὰ δὲ τὰ χρίσματα ὑπολαβόντες ὀρθῶς, καὶ ὀνομάσαντες· ἐπεὶ μήτε ἐκείνη καλὴ σκευασία τροφῆς, ἡ πλείω τῶν τρεφόντων ἔχουσα τὰ ἡδύσματα· μήτε λόγου χρῆσις ἀστεία ἡ τέρπειν μᾶλλον ἢ ὠφελεῖν τοὺς ἀκούοντας δυναμένη. Μούσας (83) σειρήνων ἡδίους ἡγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ (84)· τὰς σοφίας (85) ἀσκεῖν μὴ (δὲ) μετὰ ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν. Σειρῆνας δὲ παραπλεύσας, εἰς ἀρκεῖ· καὶ τῇ Σφιγγὶ ὑποκρινάμενος (87) ἄλλος εἷς· εἰ δὲ

A tiam [a]. » Sapientia autem dicitur ars sophistica perinde ac veritas. Mihi autem non sine causa, ut existimo, constitutum est Logo convenienter vivere; ea autem, quæ significantur, intelligere; eloquentiam autem nunquam sectari, sed contentum esse, si quovis modo quid intelligam, significem. Quo autem nomine significetur id quod volo exponere, nihil mihi curæ est. Servari enim et opem ferre iis qui servari cupiunt, puto esse optimum, non autem dictiunculas, tanquam quædam ornamenta, componere. « Et si caveris, » inquit Pythagoreus in Platonis *Politico*, « ne sis de nominibus nimium sollicitus, prudentia locupletior apparebis in senectute. » Et rursus invenies in *Theæteto*: « Nominum autem et verborum facilitas, et non nimis
B accurata examinatio, ut plurimum non est sordida et illiberalis, sed ejus potius contrarium, est tamen nonnunquam etiam necessaria. » Hæc, quam fieri potest, brevissime Scriptura enuntiavit, dicens: « Ne multum verseris in verbis. » Dictio enim est tanquam vestis in corpore; res autem sunt carnes et nervi. Non oportet ergo majorem vestis quam salutis corporis curam gerere. Non solum enim frugalis vitæ ratio, sed etiam a supervacaneo cultu ornatuque aliena oratio exercenda est ei qui veram vitam elegit: siquidem delicias ut dolosas et luxuriosas repudiamus, sicut unguentum et purpuram veteres Lacedæmonii, dolosas quidem vestes, et dolosas unctiones recte reputantes et nominantes; quoniam nec honestus est **127** ille cibi
C apparatus, qui plura habet ✠ condimenta quam ea, quæ nutriunt; nec est bellus urbanusve orationis

✠ P. 345 ED. POTTER, 294-295 ED. PARIS. [a] Prov. x, 31.

(79) *Μέλει*. Hoc pro vulg. λέγει repos. e fragmento ms. H. SYLBURG.

(80) *Κἂν φυλάξῃς*. Verba sunt hospitis Pythagorei in Platonis *Politico*, p. 531 : Καλῶς γε, ὦ Σώκρατες· κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ. « Egregie respondisti, o Socrates; et si verborum curiositatem vitabis, evades in senectute admodum prudentior. » Eamdem sententiam recitavit Theodoretus *De curand. Græc. affect.*, p. 470. Quæ sequuntur e Platonis *Theæteto*, a Socrate prolata ibi occurrunt pag. 134.

(81) *Σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀν.* Σπουδάζειν τοῖς ὀν. absque præpos. Fragment. ms. H. SYLBURG. — Sed receptam lectionem Plato ac Theodoretus firmant.

(82) *Λακεδαιμόνιοι*. Clemens superius, *Pæd.* lib. II, cap. 8, p. 177, edit. Paris.: Οὐ γὰρ θέμις δολερὰ εἵματα, καὶ χρίσματα εἰς τὴν ἀληθείας παρεισιέναι πόλιν. Plutarchus *Sympos.* lib. III, quæst. 1, cuidam barbaro hoc dictum tribuit: Ἦ καὶ τὸ μὲν μύρον εἰκότως ὑποδυσωπούμεθα καὶ τὴν πορφύραν διὰ τὴν ἐπίθετον πολυτέλειαν, ὡς δολερὰ εἵματα καὶ χρίσματα. « Unde unguentum nobis merito suspectum est, purpuraque, ceu fallax indumentum, et dolosus veluti color formidaretur. » De Lacedæmoniis conf. Cragius *De repub. Lacedæm.*, lib. III, instit. 1 et 5.

(83) *Μούσας*. Th. Canterus lib. II, cap. 1, *Var. lect.* similem ex Theodoreto locum profert lib. VIII, *De curat. Græc.*: « Pythagoram puto comptos lepidosque sermones Sirenibus opinatum esse persimiles, Musis vero, qui nihil inducti decoris fucique præferentes, nudam veritatis formam ostendunt. » COLLECT.

(84) *Παραινεῖ*. Ritterhusius not. in verba Porphyrii, quæ mox recitabuntur, conjecit scribendum esse παρῄνει, « hortabatur. » Verum Clemens aliique in hujusmodi rebus præsenti tempore uti solent. Veteres enim per ingenii sui monimenta nos etiamnum hortantur ac monent.

(85) *Τὰς σοφίας*. Accipiendum pro « sapientiæ partes » aut « genera: » vel legendum τὴν σοφίαν. SYLBURG.

(86) *Μή*. Redundare videtur: vel pro μὴ scribendum μέν. Voluit enim Pythagoras « cum voluptate sapientiam conjungi, » voluptates nempe reliquas, quæ a sapientia alienæ essent, improbans. Solent autem Musæ pro symbolo honestæ et cum virtute conjunctæ, Sirenes autem pravæ vitiosæque voluptatis haberi. Porphyrius lib. *De vita Pythagoræ*:
D Διττὴν γὰρ εἶναι διαφορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν ἐν γαστρὶ καὶ ἀφροδισίοις διὰ πολυτελείας κεχωρισμένην ἀπεῖκαζε ταῖς ἀνδροφόνοις σειρήνων ᾠδαῖς· τὴν δ' ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίοις, ὁμοίως καὶ παραχρῆμα ἡδεῖαν, καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν ἐοικέναι μουσῶν τινι ἁρμονίᾳ. « Duplex enim voluptatum discrimen esse: quarum illam, quæ ventri et Veneris libidinibus opum profusione indulget, Sirenum homicidis cantionibus comparabat; alteram vero, quæ in rebus honestis atque justis et ad vitam necessariis consistit, eam pariter et inpræsentiarum jucundam esse, neque postmodum pœnitentiam comitem habere: hanc ille Musarum cuidam concentui similem esse dicebat. » Horatius, *Sat.* III, lib. II, vers. 14 :

. . . . *Vitanda est improba Siren,*
Desidia . . . .

(87) Ὑποκρινάμενος. Verius ἀποκρινάμενος,

Digitized by Google

usus, qui auditores magis aptus est delectare quam juvare. Musas existimare Sirenibus jucundiores admonet Pythagoras, docens non cum voluptate exercere sapientias, arguens autem deceptricem aliam animi oblectationem. Qui navigando prætervectus est Sirenas, unus sufficit; et qui Sphingi respondit, unus alius, aut etiam, si vultis, ne unus quidem. Non oportet ergo unquam dilatare phylacteria, vanum æmulando gloriæ studium. Sufficit autem gnostico, si ei vel unus inventus sit auditor. Licet ergo et Pindarum Bœotium audire, qui scribit : *Non apud omnes licet veterem aperire orationem, præterquam fidelissimis silentii viis. Stimulus autem pugnæ est dominans oratio.* Admodum ergo recte nos vehementer admonet beatus Apostolus, « ne verbis contendamus sine ulla utilitate, ad eversionem auditorum : profanas autem vocum novitates vitemus. Ad magnam enim proficiunt impietatem, et sermo eorum serpit ut cancer [a]. »

A βούλεσθε, μηδὲ εἰς (88). Οὔκουν πλατύνειν (89) τὰ φυλακτήρια χρή ποτε, κενοδοξίαν ζηλοῦντας· ἀρκεῖ δὲ τῷ γνωστικῷ κἂν εἷς μόνος ἀκροατὴς εὑρεθῇ. Ἔστι γ' οὖν ἀκοῦσαι καὶ Πινδάρου (90) τοῦ Βοιωτίου γράφοντος· *Μὴ πρὸς ἅπαντας ἀναῤῥῆξαι τὸν ἀρχαῖον λόγον*· Ἔσθ' ὅτε πιστοτάταις (91) σιγᾶς ὁδοῖς. *Κέντρον δὲ μάχας Ὁ κρατιστεύων λόγος.* Διατείνεται οὖν εὖ μάλα ὁ μακάριος Ἀπόστολος παραινῶν ἡμῖν « μὴ λογομαχεῖν τε δι' οὐδὲν (92) χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων· τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας, περιίστασθαι· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόπτουσιν ἀσεβείας, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. »

CAPUT XI.

Quænam sit sapientia mundana et philosophia quam devitare nos vult Apostolus.

Hæc ergo « sapientia mundi, stultitia est apud Deum. « Et horum « sapientum cognoscit Deus cogitationes, quod vanæ sunt [b]. » Nemo ergo glorietur, humana præcellens cogitatione. Recte enim scriptum est in Jeremia : « Ne glorietur sapiens in sapientia sua, et ne glorietur fortis in fortitudine sua, et ne glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur, qui gloriatur, quod intelligat et cognoscat quod ego sum Deus faciens misericordiam, et judicium, et justitiam super terram: quoniam in his est voluntas mea, dicit Dominus [c]. » — « Ne confidamus in nobis ipsis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, » inquit Apostolus, « qui ex tanta morte nos eripuit; ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Spiritalis ✠ enim dijudicat omnia, ipse autem a nullo dijudicatur [d]. » Illa quoque ejus audio : « Hæc autem dico, ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis [e] neque subingrediatur, qui deprædatur. » Et rursus : « Videte ne quis sit qui vos seducat per philosophiam et inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum; [f] » philosophiam quidem non omnem, sed Epicuream [g], cujus etiam meminit Paulus in Actibus apostolorum, reprehendens, quæ tollit providentiam, et in deorum numerum refert volu-

B Αὕτη οὖν « ἡ σοφία τοῦ κόσμου μωρία παρὰ Θεῷ ἐστιν· » καὶ τούτων « τῶν σοφῶν Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμούς, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. « Μηδεὶς (93) τοίνυν καυχάσθω, ἐν ἀνθρωπίνῃ προανέχων διανοίᾳ. Εὖ γάρ τοι ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ γέγραπται· » Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ· καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἐν (94) τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, συνιέναι καὶ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος, καὶ κρῖμα, καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς· ὅτι ἐν τούτοις τὸ θέλημά μου, λέγει Κύριος. »

C « Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς, » ὁ Ἀπόστολος φησίν, « ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. Ὁ γὰρ (95) πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. » Ἐπαΐω δὲ κἀκείνων αὐτοῦ· « Ταῦτα (96) δὲ λέγω, ἵνα μηδεὶς ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ, μηδὲ ὑπεισέρχηται ὁ συλαγωγῶν. » Καὶ πάλιν· « Βλέπετε οὖν, μή (97) τις ἔσται ὑμᾶς ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν· » φιλοσοφίαν μὲν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν Ἐπικούρειον, ἧς καὶ μέμνηται ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν ἀποστόλων ὁ Παῦλος, διαβάλλων, πρόνοιαν ἀναιροῦσαν καὶ ἡδονὴν

✠ P. 346 ED. POTTER, 295-296 ED. PARIS.

[a] II Tim. II. 14, 16, 17. [b] I Cor. III, 19, 20. [c] Jerem IX, 23, 24. [d] II Cor. I, 9, 10; I Cor. II, 5, 15. [e] Col. II, 4, 8. [f] Ibid., 8. [g] Act. XVII, 18.

« qui Sphingi ad ænigma respondit. » SYLBURG.

(88) *Μηδὲ εἷς.* Nempe quod fabulosa sint, quæ de Œdipo feruntur.

(89) *Οὔκουν πλατύνειν.* Respicit Christi de Pharisæis dictum, Matth. XXIII, 5 : Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

(90) *Πινδάρου.* Pindari effatum memorat etiam post Clementem Theodoretus, *De curat. Græc. affect.* serm. 1, pag. 482: Ἡ οὐδὲ Πινδάρῳ τῷ λυρικῷ πείθεσθε, σαφῶς ἀπαγορεύοντι, μὴ πρὸς πάντας ἀναῤῥῆξαι τὸν ἀρχαῖον λόγον; « An Pindaro, poetæ lyrico, auscultandum non putatis, aperte prohibenti antiquum sermonem cunctis aperire? »

(91) *Ἔσθ' ὅτε π.* F. legendum ἔσθ' ὅτε πιστοτάτα

D σιγᾶς ὁδός. « Est cum silentii via fidelissima est : » seu, « Nonnunquam silentium est tutissimum. » SYLBURG.

(92) *Δι' οὐδέν.* Εἰς οὐδέν apud B. Paulum. In sequentibus etiam Apostoli verba paulum mutata ad suum institutum accommodat.

(93) *Μηδείς.* Respicit id, quod apud B. Paulum sequitur : Ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις.

(94) *Ἀλλ' ἐν.* Ἀλλ' ἢ ἐν, et mox συνιεῖν pro συνιέναι, Jerem.

(95) *Γάρ.* Δέ apud Paul., quod Clemens in γάρ mutavit.

(96) *Ταῦτα.* Τοῦτο, Coloss., ut etiam paulo post.

(97) *Βλέπετε οὖν, μή.* Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται, Coloss.

Digitized by Google

ἐκθειάζουσαν, καὶ εἴ δή τις ἄλλη τὰ στοιχεῖα ἐκτετίμηκε, μὴ ἐπιστήσασα τὴν ποιητικὴν αἰτίαν τούτοις, μηδὲ ἐφαντάσθη τὸν Δημιουργόν. Ἀλλὰ καὶ οἱ Στωϊκοί, ὧν καὶ αὐτῶν μέμνηται, σῶμα ὄντα τὸν Θεὸν (98) διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ὕλης πεφοιτηκέναι λέγουσιν οὐ καλῶς. « Παράδοσιν δὲ ἀνθρωπίνην » τὴν λογικὴν τερθρείαν λέγει. Διὸ κἀκεῖνα ἐπιστέλλει· « Τὰς νεωτέρας (99) ζητήσεις φεύγετε· » μειρακιώδεις γὰρ αἱ τοιαῦται φιλονεικίαι. « Ἀρετὴ δὲ οὐ φιλομειράκιον, » ὁ φιλόσοφος λέγει Πλάτων· καὶ τὸ ἀγώνισμα ἡμῶν, κατὰ τὸν Λεοντῖνον Γοργίαν, διττῶν δὲ ἀρετῶν δεῖται, τόλμης καὶ σοφίας· τόλμης μέν, τὸ κίνδυνον ὑπομεῖναι, σοφίας δέ, τὸ αἴνιγμα γνῶναι. Ὁ γάρ τοι Λόγος, καθάπερ τὸ κήρυγμα τὸ Ὀλυμπιάσι, καλεῖ μὲν τὸν βουλόμενον, στεφανοῖ δὲ τὸν δυνάμενον· ἀκίνητον μέν, ὅτι πρὸς (1) ἀλήθειαν, καὶ τῷ ὄντι ἀργὸν οὐ βούλεται εἶναι τὸν πιστεύσαντα ὁ Λόγος. « Ζητεῖτε, γάρ, καὶ εὑρήσετε,· » λέγει· ἀλλὰ τὴν ζήτησιν εἰς εὕρεσιν περαιοῖ (2), τὴν καινὴν (3) ἐξελάσας φλυαρίαν, ἐγκρίνων δὲ τὴν ὀχυροῦσαν τὴν πίστιν ἡμῖν θεωρίαν. « Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος· διακρίνειν δηλονότι τὰ ὑπ' αὐτῶν (4) λεγόμενα μεμαθηκόσι, καὶ ἀπαντᾷν πρὸς τὰ ἐπιφερόμενα δεδιδαγμένοις. « Ὡς οὖν παρελάβετε Ἰησοῦν Χριστὸν (5) τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει. » Πειθω δὲ ἡ βεβαίωσις τῆς πίστεως. « Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν » ἀπὸ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν Χριστὸν « διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, » τῆς ἀναιρούσης τὴν Πρόνοιαν, « κατὰ παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων· » ἡ γὰρ κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν φιλοσοφία ἵστησι τὴν πρόνοιαν καὶ βεβαιοῖ· ἧς ἀναιρεθείσης, μῦθος ἡ περὶ τὸν Σωτῆρα οἰκονομία φαίνεται· « κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστὸν, » φερομένων ἡμῶν. Ἡ γὰρ ἀκόλουθος Χριστῷ διδασκαλία καὶ τὸν Δημιουργὸν ἐκθειάζει, καὶ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν κατὰ μέρος ἄγει, καὶ τρεπτὴν καὶ γενητὴν οἶδε τὴν τῶν στοιχείων φύσιν· καὶ πολιτεύεσθαι εἰς δύναμιν ἐξομοιωτικὴν τῷ Θεῷ διδάσκει, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὡς ἡγεμονικὸν, τῆς ἀπάσης προῖεσθαι παιδείας. Στοιχεῖα δὲ σέβουσι, Διογένης (6) μὲν τὸν ἀέρα, Θά- A ptatem; et si qua alia honore affecit elementa, quæ iis non præficit causam efficientem, nec apprehendit Opificem. Quin etiam Stoici [a], quorum ipse quoque meminit, non recte dicunt Deum, cum sit corpus, vilissimam pervasisse materiam. « Traditionem » autem « humanam » vocat logicam subtilitatem. Quamobrem illa quoque scribit: « Juveniles fugite quæstiones [b]: » sunt enim pueriles hujusmodi contentiones. « Virtus autem non tenetur amore juvenum, » inquit Plato philosophus; et certamen nostrum, ut vult Gorgias Leontinus, duabus opus habet virtutibus, audacia et sapientia: audacia quidem, ut adeat periculum; sapientia autem, ut discernat ænigma. Logos enim, quemadmodum in Olympia præconium, vocat quidem eum, qui B vult, sed coronat eum, qui potest esse invictus: quoniam revera Logos non vult otiosum esse eum qui credidit. « Quærite » enim, inquit, « et invenietis [c]: » sed inquisitionem terminat inventione, recentes nugas exterminans, approbans autem contemplationem, quæ nostram fidem confirmat. « Hoc autem dico, ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis [d], » ait Apostolus; ut qui, quæ ab eis dicuntur, discernere scilicet didiceritis, et iis, quæ objiciuntur, occurrere docti sitis. « Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in eo ambulate radicati et superædificati in ipso, et confirmati in fide [e]. » Est autem persuasio, fidei confirmatio. « Videte ne quis sit qui vos abducat » a fide in Christum « per philosophiam et inanem deceptionem, » quæ tollit providentiam, « secundum traditionem hominum [f]. » Quæ est enim secundum traditionem divinam philosophia, constituit et confirmat providentiam: qua sublata videtur ✠ fabula Servatoris œconomia, cum nos « secundum elementa hujus mundi, et non secundum Christum [g] » feramur. Quæ est enim Christo consentanea doctrina, et opificem Deum esse asserit, et deducit providentiam usque ad singularia, et talem elementorum novit esse naturam, ut in eam cadat ortus et mutatio; eaque docet ad id dirigi, ut vim assimilantem Deo habeamus; ejusque dispensationem omni do- C

✠ P. 347 ED. POTTER. [a] Act. XIII, 18. [b] II Tim. II, 22, 23. [c] Matth. VII, 7. [d] Col. II, 4. [e] Ibid., 6, 7. [f] Ibid., 8. [g] Ibid. 8.

(98) *Σῶμα ὄντα τὸν Θ.* Clemens in *Protrept.* p. 44 edit. Paris.: Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ Θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ καταισχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν. « Sed nec Stoicos prætermittam, qui omnem, quantumvis vilem et abjectam, materiam dicunt Deum pervadere, qui plane philosophiam dedecorant. » Item *Strom.* V, pag. 591, ubi conf. adnotata.

(99) *Τὰς νεωτ.* Nullibi monet Apostolus τὰς νεωτέρας ζητήσεις φεύγειν. Verum Timotheo scribit, τὰς μωρὰς ...ζητήσεις παραιτεῖν, II Tim. II, 23, et τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεύγειν, II Tim. II, 22. Quæ Clemens, e memoria S. Scripturas recitans, commiscuisse videtur.

(1) *Στεφανοῖ δὲ τὸν δυνάμενον· ἀκίνητον μέν, ὅτι π.* Hervetus legit ἀνίκητον· fortasse verius, ἀκίνητον μέντοι πρὸς ἀλ., « immotum tamen, » etc. Guil. Canterus pro ὅτι legit ἔτι. SYLBURG. - Scribe τὸν D δυνάμενον ἀνίκητον μένειν, quemadmodum legisse Hervetus videtur: non quod placet Sylburgio. HEINSIUS. — Mallem, τὸν δυνάμενον ἀκίνητον μένειν ὅ τι πρὸς ἀλ., « qui valet immotus persistere, quantum ad veritatem spectat. » Respicit enim pugiles, qui « immoti » adversariorum ictus sustinebant. Ἀνίκητον frigidius est.

(2) *Περαιοῖ.* Si quis περατοῖ malit, per me licet. SYLBURG.

(3) *Καινὴν.* Καινὴν agnoscit etiam Herveti versio, « recentibus nugis; » sed haud scio an verius κενὴν, « inanem. » ID.

(4) *Ὑπ' αὐτῶν.* Lege ὑπ' αὐτοῦ, inquit Lowthius.

(5) *Ἰησοῦν Χριστόν.* Τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, Coloss.

(6) *Διογένης.* Ms. H. Διομένης. SYLBURG. — Conf. quæ superius dicta sunt *Protrept.* pag. 42 edit. Paris.

Digitized by Google

etrinæ, ut principium, præmitti debere. Elementa autem coluni, Diogenes quidem aerem; Thales vero aquam; Hippasus vero ignem; et qui principia fa ciunt atomos, philosophiæ nomen arrogantes, impii quidam homunculi et voluptati dediti. « Propterea oro, inquit, ut dilectio vestra adhuc magis et magis abundet in agnitione et omni sensu, ad hoc ut vos probetis quæ sunt potiora [a]. » Nam « quando eramus, inquit Apostolus, parvuli, sub elementis hujus mundi eramus servientes. Parvulus autem, etiamsi sit hæres, nihil differt a servo usque præfinitum tempus patris [b]. » Parvuli ergo sunt etiam philosophi, nisi a Christo viri fiant. Si enim « filius ancillæ non futurus sit hæres cum filio liberæ [c], » at est quidem certe semen Abrahæ, quod non ex promissione donum suscepit proprium. **128** « Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter habitum habent sensus exercitatos ad discretionem boni et mali. Quisquis enim est lactis particeps, non est peritus sermonis justitiæ, cum sit parvulus [d], » et nondum sciat verbum, per quod credidit et operatur, nec possit in ipso reddere rationem. « Omnia autem probate, inquit Apostolus, et quod bonum est tenete [e] » Spiritalibus id dicens, qui omnia quæ dicuntur ex veritate, dijudicant, utrum videantur an sint vera. « Inconfutabilis autem vagatur disciplina, et plagæ et reprehensiones dant disciplinam sapientiæ, » reprehensiones scilicet, quæ sunt cum dilectione. « Cor enim rectum exquirit cognitionem. Quoniam qui quærit Deum, cognitionem invenit cum justitia. Qui ipsam autem recte quæsierunt, pacem invenerunt [f]. »—« Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem : » eos, qui sunt opinione sapientes, et se quidem esse putant, non autem sunt sapientes, reprehendens, hæc scribit : « Non enim est in sermone regnum Dei [g]. » Non, inquam, in eo, qui non est verus, sed opinione ✠ tantum probabilis. « In virtute » autem dixit, seu potentia; sola enim est potens veritas. Et rursus : « Si quis putat se nosse aliquid, nondum novit sicut nosse oportet. » Nunquam est enim veritas opinio. Sed « cognitionis quidem opinio inflat » et fastu replet, « charitas autem ædificat, » quæ non in opinione versatur, sed veritate. Unde, « si quis diligit, is cognitus est [h], » inquit.

A λης δὲ τὸ ὕδωρ· Ἵππασος δὲ τὸ πῦρ· καὶ οἱ τὰς ἀτόμους ἀρχὰς ὑποτιθέμενοι, φιλοσοφίας ὄνομα ὑποδυόμενοι, ἄθεοί τινες ἀνθρωπίσκοι καὶ φιλήδονοι. « Διὰ τοῦτο προσεύχομαι, φησὶν, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα. » Ἐπεὶ « ὅτε ἦμεν νήπιοι, φησὶν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι. Ὁ δὲ νήπιος, κἂν κληρονόμος ᾖ, οὐδὲν δούλου διαφέρει, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. » Νήπιοι οὖν καὶ οἱ φιλόσοφοι, ἐὰν μὴ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἀπανδρωθῶσιν. Εἰ γὰρ « οὐ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας, » ἀλλά γ' οὖν σπέρμα (7) ἐστὶν Ἀβραὰμ, τὸ μὴ ἐξ ἐπαγγελίας τὸ ἴδιον εἰληφὸς δωρεάν. « Τελείων δέ B ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, νήπιος ὤν, » καὶ μηδέπω ἐπιστάμενος τὸν λόγον, καθ' ὃν πεπίστευκε (8) καὶ ἐνεργεῖ, μήτε ἀποδοῦναι δυνάμενος τὴν αἰτίαν ἐν αὐτῷ. « Πάντα δὲ δοκιμάζετε, ὁ Ἀπόστολός φησι, καὶ τὸ καλὸν κατέχετε· » τοῖς πνευματικοῖς λέγων, τοῖς ἀνακρίνουσι πάντα κατὰ ἀλήθειαν λεγόμενα, πότερον δοκεῖ, ἢ οὕτως (9) ἔχεται τῆς ἀληθείας. « Παιδεία (10) δὲ ἀνεξέλεγκτος πλανᾶται· καὶ αἱ πληγαὶ καὶ οἱ ἔλεγχοι διδόασι παιδείαν σοφίας· » οἱ μετ' ἀγάπης δηλονότι ἔλεγχοι. « Καρδία (11) γὰρ εὐθεῖα ἐκζητεῖ γνῶσιν· ὅτι ὁ ζητῶν τὸν Θεὸν εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης· οἱ δὲ ὀρθῶς ζητήσαντες αὐτὴν, C εἰρήνην εὗρον. Καὶ γνώσομαι, φησὶν, οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν· » τοὺς δοκήσει σοφοὺς, καὶ οἰομένους εἶναι, οὐκ ὄντας δὲ σοφοὺς, ἐπιῤῥαπίζων γράφει· « Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· » οὐ τῷ μὴ ἀληθεῖ, ἀλλὰ καθ' ὑπόληψιν πιθανῷ· « ἐν δυνάμει » δὲ, εἶπε· μόνη γὰρ ἡ ἀλήθεια δυνατή. Καὶ πάλιν· « Εἴ τις (12) δοκεῖ ἐγνωκέναι τι, οὔπω ἔγνω καθὸ δεῖ γνῶναι· » οὐ γάρ ποτε ἡ ἀλήθεια οἴησις· ἀλλ' ἡ μὲν « ὑπόληψις τῆς γνώσεως φυσιοῖ » καὶ τύφου ἐμπίμπλησιν· « οἰκοδομεῖ δὲ ἡ ἀγάπη, » μὴ περὶ τὴν οἴησιν, ἀλλὰ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναστρεφομένη. Ὅθεν, « Εἴ τις ἀγαπᾷ, οὗτος ἔγνωσται, » λέγει.

D

✠ P. 348 ED. POTTER, 297 ED. PARIS. [a] Phil. I, 9, 10. [b] Gal. IV, 3, 1, 2. [c] Gen. XXI, 10; Gal. IV, 30. [d] Hebr. V, 14, 13. [e] I Thess. V, 21. [f] Prov. XV, 14. [g] I Cor. IV, 19, 20. [h] I Cor. VIII, 1, 2, 3.

(7) Ἀλλά γ' οὖν σπ. Hæc sic distingui et explicari debent : Ἀλλά γ' οὖν σπέρμα ἐστὶν Ἀβραὰμ τὸ μὴ ἐξ ἐπαγγελίας, τὸ ἴδιον εἰληφὸς δωρεάν. « At vero, quod non erat ex promisso, est semen Abrahæ, et proprium donum accepit. » Scilicet Christianam doctrinam Isaaco dat, legitimo Abrahami filio, et ex divina promissione nato; cæteras autem disciplinas Ismaeli Agaris ancillæ filio, aut filiis Cheturæ, qui licet nec e legitimis nuptiis, nec ex singulari aliquo promisso geniti fuerant, tamen veri Abrahæ filii fuerunt, et singuli dona a patre suo acceperunt, ut scriptum est Gen. XXV, 6.

(8) *Πεπίστευκε.* Respicere videtur I Thess. II, 13 : Ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.

(9) *Οὕτως.* Rectius cum Guil. Cantero legemus ὄντως, « revera. » SYLBURG.

(10) *Παιδεία.* Rectius παιδείᾳ dativ. cas. quod hic et superius pag. 287 Sylburgio placuit. Sensus enim est : « Qui non corripitur disciplina, vagatur. » Tunc recte sequitur : « Reprehensiones dant disciplinam sapientiæ. »

(11) *Καρδία.* Καρδία ὀρθὴ ζητεῖ αἴσθησιν, inquit Salomon, Prov. XV, 14. Eorum, quæ sequuntur, sensus occurrit Prov. II, aliisque locis : ipsa verba frustra in S. libris quærentur.

(12) *Εἴ τις.* Εἴ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γνῶναι, I Cor. VIII, 2. Οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν· ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ibid. I.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Fidei mysteria non esse cuivis propalanda, ideo quod non sint veritatis idonei auditores.

Ἐπεὶ δὲ μὴ μόνη (13) ἡ παράδοσις καὶ πάνδημος τῷ γε αἰσθομένῳ τῆς μεγαλειότητος τοῦ λόγου· ἐπικρυπτέον (14) οὖν τὴν ἐν μυστηρίῳ λαλουμένην σοφίαν, ἣν ἐδίδαξεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἤδη γ' οὖν καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης πυρὶ (15) καθαίρεται τὴν γλῶτταν, ὡς εἰπεῖν δυνηθῆναι τὴν ὅρασιν· καὶ οὐδὲ τὴν γλῶτταν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκοὰς ἁγνίζεσθαι προσήκει ἡμῖν, εἴ γε τῆς ἀληθείας μεθεκτοὶ (16) εἶναι πειρώμεθα. Ταῦτα ἦν ἐμποδὼν τοῦ γράφειν ἐμοί· καὶ νῦν ἔτι εὐλαβῶς ἔχω, ᾗ φησιν, « Ἔμπροσθεν τῶν χοίρων τοὺς μαργαρίτας βάλλειν (17), μή ποτε καταπατήσωσι τοῖς ποσὶ, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ἡμᾶς. » Χαλεπὸν γὰρ τοὺς περὶ τοῦ (18) ἀληθινοῦ φωτὸς καθαροὺς ὄντως καὶ διαυγεῖς ἐπιδεῖξαι λόγους ἀκροατῶν τοῖς ὑώδεσί τε καὶ ἀπαιδεύτοις· σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα· οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμασιώτερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. « Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν. » Σοφοὶ (19) δὲ οὐκ ἐκφέρουσιν ἐκ στόματος, ἃ διαλογίζονται ἐν συνεδρίῳ. « Ἀλλ' ὃ ἀκούετε εἰς τὸ οὖς, φησὶν ὁ Κύριος, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων· » τὰς ἀποκρύφους τῆς ἀληθοῦς γνώσεως παραδόσεις, ὑψηλῶς καὶ ἐξόχως ἑρμηνευομένας ἐνδέχεσθαι (20) κελεύων· καὶ καθάπερ ἠκούσαμεν εἰς τὸ οὖς, οὕτω καὶ παραδιδόναι οἷς δέον· οὐχὶ δὲ πᾶσιν ἀναίδην (21) ἐκδιδόναι τὰ ἐν παραβολαῖς εἰρημένα πρὸς αὐτοὺς, παραγγέλλων. Ἀλλ' ἔστι τῷ ὄντι ἡ τῶν ὑπομνημάτων ὑποτύπωσις, ὅσα διασποράδην καὶ διερριμμένως ἐγκατεσπαρμένην ἔχουσι τὴν ἀλήθειαν, ὅπως ἂν λάθοι τοὺς δίκην κολοιῶν σπερμολόγους· ἐπὰν δὲ ἀγαθοῦ τύχῃ γεωργοῦ, ἐκφύσει τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ τὸν πυρὸν ἀναδείξει.

Quoniam autem non sola traditio est publica ei qui sensit sermonis magnificentiam, occultanda est sapientia, quæ dicta est in mysterio, quam docuit Dei Filius. Jam enim Isaias quoque propheta igne linguam purgatur, ut possit dicere visionem; et nec linguam solum, sed etiam aures castas nobis habere convenit, si conemur fieri veritatis participes. Hæc mihi erant impedimento, quo minus scriberem, et nunc adhuc vereor, ut ait, « ante porcos jacere margaritas, ne eas conculcent pedibus, et conversi nos lacerent [a]. » Est enim difficile de vero lumine vere puros et perspicuos declarare sermones suillis et indoctis auditoribus. His enim vix possunt apud vulgus ulla magis audiri ridicula: rursus autem apud ingeniosos magis admirabilia, et Deum magis spirantia. « Animalis autem homo non suscipit ea quæ sunt Spiritus Dei: sunt enim ei stultitia [b]. » Sapientes autem ore non proferunt, quæ in consessu cogitant. « Sed quod auditis, inquit Dominus, in aurem, prædicate super tecta [c]: » arcanas traditiones veræ cognitionis, excelse et excellenter explicatas, jubens suscipere, et sicut in aurem audivimus, ita etiam tradere quibus oportet; non autem omnibus passim divulgare, quæ eis in parabolis dicta erant, præcipiens. Sed revera commentariorum delineationi illa inserviunt, quæcunque sparsim habent seminatam hic et illic veritatem, ut eos lateant, qui more graculorum passim ac temere verba serunt; cum autem agricolam bonum nacta fuerint, germinabit unumquodque ex iis, et edet frumentum.

CAPUT XIII.

Variarum philosophiæ sectarum unamquamque aliquam veritatis particulam sibi arripuisse.

Μιᾶς τοίνυν (22) οὔσης τῆς ἀληθείας (τὸ γὰρ ψεῦδος μυρίας ἐκτροπὰς ἔχει), καθάπερ αἱ Βάκχαι (23) τὰ τοῦ Πενθέως διαφορήσασαι μέλη, αἱ τῆς φιλοσοφίας τῆς τε βαρβάρου, τῆς τε Ἑλληνικῆς αἱρέσεις, ἑκάστη, ὅπερ ἔλαχεν, ὡς πᾶσαν αὐχεῖ τὴν ἀλή-

Cum una sit itaque veritas (habet enim innumerabilia falsum diverticula), quemadmodum Bacchæ, quæ Penthei membra divulserunt ac distulerunt, philosophiæ ✠ tam barbaræ quam Græcæ hæreses, unaquæque id, quod sortita est, tanquam totam ja-

✠ P. 349 ED. POTTER, 298 ED. PARIS. [a] Matth. VII, 6. [b] I Cor. II, 14. [c] Matth. X, 27.

(13) *Ἐπεὶ δὲ μὴ μ.* Malim: Ἐπεὶ δὲ πάνδημος ἡ παράδοσις, καὶ μὴ μόνον τῷ γε αἰσθ. « Cum vero hæc traditio, non solum ad eum qui sermonis majestatem perspicere valet, sed ad alios etiam passim pertingat. »

(14) *Ἐπικρυπτέον.* Respicit I Cor. II, 7: Λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην.

(15) *Πυρί.* Respicit Isa. VI, 6, 7: Καὶ ἀπεστάλη πρὸς μὲ ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.

(16) *Μεθεκτοί.* « Communicabiles. » Rectius μεθεκτικοί, « participes: » ut ἐφεκτοί pro ἐφεκτικοί, *Strom.* VIII, p. 777, et econtra διδακτικὴν pro διδακτὴν superius p. 284, edit. Paris.

(17) *Βάλλειν.* Negative intelligendum μὴ βάλλειν, ut Matth. VII. SYLBURG.

(18) *Περὶ τοῦ.* Ἐπὶ τοῦ ms. H., et mox σώδεσι pro ὑώδεσι. ID.

(19) *Σοφοί.* Respicere videtur Prov. XXIV, 7, 8, sec. LXX: Σοφοὶ οὐκ ἐκκλίνουσιν ἐκ στόματος Κυρίου, ἀλλὰ λογίζονται ἐν συνεδρίοις.

(20) *Ἐνδέχεσθαι.* Rectius ἐκδέχεσθαι, « accipere, intelligere. » SYLBURG.

(21) *Ἀναίδην.* Rectius ἀνέδην, ut Pat. ms. SYLBURG. in *Indice Græco*, quem conf.

(22) *Μιᾶς τοίνυν.* Similia scribit Lactantius lib. VI, cap. 7.

(23) *Βάκχαι.* Fabulam de Bacchis narrat etiam Diodorus Siculus p. 159. H. SYLBURG.

Digitized by Google

etat veritatem. Lucis autem, ut opinor, exortu omnia illuminantur. Universi ergo Græci ac barbari, qui veritatis studiosi fuere, cum illi qui non levem portionem, tum etiam alii qui exiguam forte particulam Logi veritatis assecuti sunt, in medium prodeant. Quod si sæculum quidem partes temporis futuras, præsentes, et præteritas etiam uno quasi momento simul repræsentat : certe veritas in propriis seminibus colligendis, etiamsi in terra aliena dispersa fuerit, longe potentior est quam sæculum. Permulta enim invenimus ex his, quæ opinione recepta sunt, apud hæreses, quæ non sunt omnino absurdæ, nec excisam habent naturalem consequentiam, ut quæ tanquam gynæcea Christum viri instar exsciderint, etiamsi certum sit et extra controversiam, eas esse dissimiles genere et tota veritate. Aut enim ut membrum, aut ut species, aut ut genus in unum coincidunt. Quemadmodum summa chorda, licet sit imæ contraria, tamen ambæ unam harmoniam edunt : et numerus par, cum differat ab impari, in arithmetica tamen ambo conveniunt; quemadmodum etiam in figuræ ratione circulus, et triangulus, et quadratus, et quæcunque aliæ figuræ inter se differunt; quin etiam in mundo universo partes omnes, etiam si inter se differant, servant eam, quæ est cum toto, conjunctionem et convenientiam : sic ergo et barbara et Græca philosophia æternæ veritatis avulsam quamdam particulam, non e Bacchi mythologia, sed ex æterni Logi theologia, decerpsit : qui autem divisa rursus composuerit, et unum ex iis fecerit, scias futurum ut perfectum Logon, veritatem, citra

A θειαν. Φωτὸς (24) δ', οἶμαι, ἀνατολῇ πάντα φωτίζεται. Σύμπαντες οὖν Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, ὅσοι τἀληθοῦς ὠρέχθησαν, οἱ μὲν οὐκ ὀλίγα, οἱ δὲ μέρος τι εἴπερ ἄρα τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου ἔχοντες ἀναδειχθεῖεν. Ὁ γ' οὖν αἰὼν τοῦ χρόνου τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐνεστὼς, αὐτάρ δὴ καὶ τὸ παρῳχηκὸς ἀκαριέως συνίστησι· πολὺ δὲ πλέον δυνατωτέρα τοῦ αἰῶνος ἡ ἀλήθεια (25) συναγαγεῖν τὰ οἰκεῖα σπέρματα, κἂν εἰς τὴν ἀλλοδαπὴν ἐκπέσῃ (26) γῆν. Πάμπολλα (27) γὰρ τῶν παρὰ ταῖς αἱρέσεσι δοξαζομένων εὕροιμεν ἂν, ὅσαι μὴ τέλεον ἐκκεκώφηνται, μηδὲ ἐξετμήθησαν τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, καθάπερ τὸν ἄνδρα αἱ γυναικωνίτιδες ἀποκοψάμεναι τὸν Χριστόν· εἰ καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια εἶναι δοκεῖ, τῷ γένει γε καὶ ὅλῃ τῇ ἀληθείᾳ ὁμολογοῦνται. Ἢ γὰρ ὡς μέλος (28), ἢ ὡς
B εἶδος, ἢ ὡς γένος, εἰς ἓν συνέπεται. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ὑπάτη, ἐναντία τῇ νεάτῃ οὖσα, ἀλλ' ἄμφω γε ἁρμονία μία· ἓν τε ἀριθμοῖς ὁ ἄρτιος τῷ περιττῷ διαφέρεται, ὁμολογοῦσι δὲ ἄμφω τῇ ἀριθμητικῇ· ὡς τῷ σχήματι ὁ κύκλος, καὶ τὸ τρίγωνον, καὶ τὸ τετράγωνον, καὶ ὅσα τῶν σχημάτων ἀλλήλων διενήνοχεν· ἀτὰρ (29) καὶ ἐν τῷ κόσμῳ παντὶ τὰ μέρη σύμπαντα, κἂν διαφέρηται πρὸς ἄλληλα, τὴν πρὸς τὸ ὅλον οἰκειότητα διαφυλάττει· οὕτως (30) οὖν ἥ τε βάρβαρος, ἥ τε Ἑλληνικὴ φιλοσοφία, τὴν ἀΐδιον ἀλήθειαν σπαραγμόν τινα, οὐ τῆς Διονύσου μυθολογίας, τῆς δὲ τοῦ Λόγου τοῦ ὄντος ἀεὶ θεολογίας πεποίηται· ὁ δὲ τὰ διῃρημένα συνθεὶς αὖθις, καὶ ἑνοποιήσας, τέλειον τὸν Λόγον ἀκινδύνως εὖ ἴσθ' ὅτι κατόψεται, τὴν ἀλήθειαν. Γέγραπταί γ' οὖν ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· « Καὶ προσ-
C έθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν, οἳ δὴ (31) ἐγένοντο ἔμπροσθέν μου ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ἡ καρδία μου εἶδε

(24) *Φωτός*. Ejus scilicet, qui dixit : Ἐγὼ εἰμὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, Joan. VIII, 12.

(25) *Ἡ ἀλήθεια*. Scilicet Christus, qui dixit : Ἐγὼ εἰμὶ ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή, Joan. VI, 6.

(26) *Ἐκπέσῃ*. Legi potest etiam ἐμπέσῃ, « inciderit. » SYLBURG.

(27) *Πάμπολλα*. Ut huic sententiæ sensus constet, sic scribatur et explicetur : Πάμπολλα γὰρ τῶν παρὰ ταῖς αἱρέσεσι δοξαζομένων εὕροιμεν ἂν (ὅσαι μὴ τέλεον ἐκκεκώφηνται, μηδὲ ἐξετμήθησαν τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, καθάπερ τὸν ἄνδρα αἱ γυναικωνίτιδες, ἀποκοψάμεναι τὸν Χριστόν), εἰ καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια εἶναι δοκεῖ, τῷ γένει γε καὶ ὅλῃ τῇ ἀληθείᾳ ὁμολογοῦντα, « Etenim permulta reperire licet dogmata sectarum (earum scilicet, quæcunque
D non sunt prorsus fatuæ, nec naturæ ordinem ac rationem exsectæ, Christum, quemadmodum virum olim mulieres, exsciderunt), quæ quamvis inter se dissimilia videantur, tamen in genere et universali veritatis ratione conveniunt. » Porro per φυσικὴν ἀκολουθίαν intelligit ordinem, seu rationem, qua res una ad aliam sequendam natura est apta. Hinc Philo *De vita Moysis* lib. II, p. 660 : Ἀκολουθίαν φύσεως ἀσπασόμενοι, « ordinem naturæ amplexuri. » Per « mulieres » intelligit Bacchas paulo superius memoratas, quæ Penthea membratim lacerarunt, adeo ut nulla *viri* forma maneret. Denique, ὁμολογοῦντα scribendum pro ὁμολογοῦνται, quod ab imperito aliquo librario positum videtur, qui propter interjectam sententiam non advertit ὁμολογοῦντα recte sequi verbum εὕροιμεν· quod etiam Gerveto interpreti accidit.

(28) *Μέλος*. Fortasse rectius μέρος, « pars, » ut paulo post. SYLBURG.

(29) *Ἀτάρ*. De partium tam dissimilium inter se concordia vide et Nemesium libro *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου*, p. 11. H. SYLBURG.

(30) *Οὕτως*. Similia dicit Justinus M. paulo ante finem *Apologiæ* minoris pag. 34 edit. Oxon. : Ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου Λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν, καλῶς ἐφθέγξατο. « Unusquisque enim ex parte divini seminarii Logi, quod eidem cognatum est videns, præclare locutus est : » etc. Conf. ejusdem *Apol.* p. 20. Ibidem p. 26 hæc dicit : Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· διὰ τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τὸ φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα, καὶ λόγον, καὶ ψυχήν· ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες, ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς· ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. « Longe sublimiores esse res nostras doctrinis humanis inde constat, quod qui nostri causa apparuit, Christus rationalis (logicus) ex omni parte factus est, corpore, ratione (logo) et anima. Et quæcunque recte quovis tempore dixerunt aut invenerunt philosophi aut legislatores, juxta eam partem, quæ rationis (logi) inventionis et contemplationis est, id ab eis est factum. Quia autem non omnia, quæ Logi sunt, is quippe est Christus, perviderunt, seipsis contraria sæpe dixerunt. » Dein addit, Socrati Christum ἀπὸ μέρους cognitum fuisse. Idem in majore *Apologia*, p. 90, 91, affirmat, Socratem, Heraclitum, et reliquos omnes μετὰ λόγου βιώσαντας, Christi participes, et quodammodo Christianos fuisse.

(31) *Δή*. Abest a vulg. Eccle. cap. I. SYLBURG.

Digitized by Google

πολλὰ· σοφίαν καὶ γνῶσιν, παραβολὰς καὶ ἐπιστήμην ἔγνων ἔτι. Καί γε τοῦτό (32) ἐστι προαίρεσις πνεύματος, ὅτι ἐν πλήθει σοφίας πλῆθος γνώσεως. » Ὁ δὲ τῆς παντοδαπῆς σοφίας ἔμπειρος, οὗτος κυρίως ἂν εἴη γνωστικός. Αὐτίκα γέγραπται· « Περισσεία γνώσεως τῆς σοφίας ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς. » Ἁλιν τε αὖ βεβαιοῖ σαφέστερον τὰ εἰρημένα ἥδε ἡ ῥῆσις· « Πάντα ἐνώπια τοῖς νοοῦσι· » τὰ δὲ *πάντα* Ἑλληνικά ἐστι καὶ βαρβαρικά· θάτερα δὲ οὐκ ἔτι *πάντα*. « Ὀρθὰ (33) δὲ, τοῖς βουλομένοις ἀπενέγκασθαι αἴσθησιν. Ἀνθαιρεῖσθε (34) παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον, καὶ γνῶσιν ὑπὲρ χρυσίον δεδοκιμασμένον· » ἀνθαιρεῖσθε δὲ καὶ αἴσθησιν χρυσίου, καθαροῦ (35)· « κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς. »

A pericultum contempletur. Scriptum est itaque in Ecclesiaste : « Et adjeci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in ✠ Jerusalem, et cor meum vidit multa : sapientiam et cognitionem, parabolas et scientiam novi præterea. Et hoc quidem est prælectio spiritus, quoniam in multitudine sapientiæ est multitudo cognitionis [a]. » Qui **129** est autem omnigena multitudine sapientiæ præditus, is proprie fuerit gnosticus. Jam vero scriptum est : « Abundantia cognitionis sapientiæ vivificabit eum, qui est ex ipsa [b]. » Et rursus apertius confirmat ea quæ dicta sunt, hoc dictum : « Sunt omnia in conspectu eorum qui intelligunt. » *Omnia* autem sunt Græca et barbara : alterutra autem non sunt B utique *omnia*. « Recta autem sunt iis qui sensum volunt accipere. Eligite disciplinam, et non argentum, et cognitionem super aurum probatum. » Eligite autem sensum quoque plus quam aurum purum : « melior est enim sapientia lapidibus pretiosis; quidquid autem est pretiosum, non est pretio cum ea conferendum [c]. »

CAPUT XIV.

Philosophorum apud Græcos successio.

Φασὶ δὲ Ἕλληνες, μετάγε Ὀρφέα καὶ Λίνον καὶ τοὺς παλαιοτάτους παρὰ σφίσι ποιητὰς, ἐπὶ σοφίᾳ πρώτους θαυμασθῆναι τοὺς ἑπτὰ (36), τοὺς ἐπικληθέντας σοφούς· ὧν τέσσαρες μὲν ἀπὸ Ἀσίας ἦσαν, Θαλῆς τε ὁ Μιλήσιος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεὺς, καὶ Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος· δύο δὲ ἀπὸ Εὐρώπης, Σόλων τε ὁ Ἀθηναῖος, καὶ Χίλων ὁ Λακεδαιμόνιος· τὸν δὲ ἕβδομον, οἱ μὲν Περίανδρον εἶναι λέγουσι τὸν C Κορίνθιον, οἱ δὲ Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην, οἱ δὲ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα, ὃν Ἑλληνικὸν οἶδε προφήτην, οὗ μέμνηται (37) ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τίτον Ἐπιστολῇ, λέγων οὕτως· « Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος (38) προφήτης οὗτος· *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί*· καὶ ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής. » Ὁρᾷς ὅπως κἀν τοῖς Ἑλλήνων προφήταις δίδωσί τι τῆς ἀληθείας, καὶ οὐκ ἐπαισχύνεται, πρός τε οἰκοδομὴν καὶ πρὸς ἐντροπὴν (39) διαλεγόμενός τινων, Ἑλληνικοῖς συγχρῆσθαι ποιήμασι; Πρός γ' οὖν Κορινθίους (οὐ γὰρ ἐνταῦθα μόνον), περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως διαλεγόμενος, ἰαμβείῳ (40) συγκέχρηται τραγικῷ· « Τί μοι ὄφελος, » λέγων, « εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Μὴ πλανᾶσθε· *φθείρουσιν ἤθη* D

Dicunt autem Græci post Orpheum et Linum, et poetas, qui apud eos fuerunt antiquissimi, in admiratione fuisse habitos propter sapientiam primos septem, qui cognominati fuerunt sapientes, quorum quatuor quidem fuerunt ex Asia, Thales Milesius, et Bias Prieneus, et Pittacus Mitylenæus, et Cleobulus Lindius; duo autem ex Europa, Solon Atheniensis, et Chilo Lacedæmonius; septimum autem alii quidem dicunt esse Periandrum Corinthium, alii vero Anacharsim Scytham, alii vero Epimenidem Cretensem, quem Græcum prophetam novit Paulus, cujus etiam meminit in Epistola ad Titum, sic dicens : « Dixit quidam ex ipsis proprius propheta : *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*; et testimonium hoc verum est [d]. » Vides, quomodo etiam Græcorum prophetis dat aliquid veritatis : nec erubescit, et ad ædificationem, et ad aliquorum conversionem disserens, uti Græcis poematibus? Itaque ad Corinthios (non enim hic solum) disserens de resurrectione mortuorum, tragico iambo usus est, dicens : « Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus, cras enim morimur. Nolite seduci, corrumpunt bonos mores

✠ P. 350 ED. POTTER, 299 ED. PARIS. [a] Eccle. I, 16, 17, 18. [b] Eccle. VII, 13, sec. LXX. [c] Prov. VIII, 9, 10, 11. [d] Tit. I, 12, 13.

(32) *Ἐπιστήμην ἔγνω ἔτι· καί γε τ.* Ἐπιστήμην. Ἔγνων ἐγὼ ὅτι καί γε τ. Eccle.

(33) *Ὀρθά.* « In conspectu » vertit Hervetus, scribens scilicet e verbis præcedentibus ἐνώπια. Scribere potius debuerat ὁρατά. Nam ὁρατά in ὀρθά facilius transire potuit, quam ἐνώπια. Est autem ὁρατόν Hesychio, αἰσθητόν, θεωρητόν. Verum nil mutandum : respicit enim auctor Prov. VIII, 9, quem locum e memoria repetens paulum variavit : Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν.

(34) *Ἀνθαιρεῖσθε.* Λάβετε, Prov.

(35) *Ἀνθαιρεῖσθε δὲ ... καθαροῦ.* Hæc verba non invenio in S. Scriptura : eorum vero sensus exstat Prov. III, 14, 15.

(36) *Τοὺς ἑπτά.* De septem sapientibus vise et Platonem tom. I, p. 343; Diogenem Laertium p. 5 et 14, et Plutarchum in eorumdem *Symposio*. H. SYLBURG. — Conf. quæ ad Laertii *Thaletem* adnotavit Menagius.

(37) *Οὗ μέμνηται.* Hæc ἐν παρόδῳ adjicit Clemens, sumpta occasione a mentione Epimenidis, ut quæ superius dixerat de profanæ doctrinæ utilitate, Pauli apostoli auctoritate firmaret.

(38) *Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος πρ.* Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν πρ. Tit. Mox, καί abest. Ibid.

(39) *Πρός τε οἰκοδομὴν καὶ πρὸς ἐντροπήν.* « Ut alios quidem ædificaret, alios vero pudorem incuteret. » Perperam Hervetus ἐντροπὴν vertit « conversionem. » Respicit Clemens I Cor. XV, 34 : Ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τινες ἔχουσι· πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.

(40) *Ἰαμβείῳ.* Iambus, qui sequitur, Menandro ascribitur. SYLBURG.

Digitized by Google

colloquia prava [a]. » Alii autem Acusilaum Argivum in septem sapientum numerum retulerunt; alii autem ✠ Pherecydem Syrium. Plato autem pro Periandro tanquam sapientia indigno, propterea quod fuerit tyrannus, ponit Mysonem Cheneum. Et quod longe quidem infra Moysis ætatem fuerint Græcorum sapientes, ostendetur paulo post. Quod autem modus ejus, quæ fuit apud eos, philosophiæ, fuerit Hebraicus et ænigmaticus, jam considerandum est. Brevitatem itaque amplectebantur aptam ad tradendas admonitiones, et utilissimam. Ipse enim Plato hunc modum dicit studiose ac diligenter fuisse consectatos, communiter quidem omnes Græcos, præcipue autem Lacedæmonios et Cretenses, qui optimis legibus utebantur. Atque illud quidem, « Nosce teipsum, » alii quidem existimarunt Chilonis; Chamæleo autem in libro *De diis*, Thaletis; Aristoteles autem, Pythiæ. Qua sententia fieri potest, ut cognitionem persequi admoneamur: quippe cum partes sine essentia totius universitatis cognosci nequeunt: unde ad cognitionem humanæ naturæ requiritur, ut ipsius mundi ortum prius quæramus. Chiloni rursus Lacedæmonio tribuunt: « Ne quid nimis. » Strato autem, in opere *De inventis*, ascribit hoc dictum Stratodemo Tegeatæ; Didymus autem id censet esse Solonis; sicut etiam Cleobuli, « Modus optimus. » Illud autem, « Sponde, noxa præsto est, » Cleomenes quidem in libro *De Hesiodo*, dicit prius fuisse dictum ab Homero his verbis:

Miseræ pro miseris etiam sponsiones ad spondendum;

Aristotelici autem existimant id fuisse Chilonis; Didymus autem dicit id fuisse admonitionem Thaletis. Et deinde illud: « Omnes homines mali; » vel, « Plurimi hominum mali » (hoc enim dictum duobus modis effertur) Sotades Byzantinus dicit esse Biantis; et illud: « Omnia vincit diligens me-

χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. » Οἱ δὲ Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον ἐγκατέλεξαν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς· ἄλλοι δὲ Φερεκύδην τὸν Σύριον. Πλάτων (41) δὲ ἀντὶ Περιάνδρου, ὡς ἀναξίου σοφίας, διὰ τὸ τετυραννηκέναι, ἀντικατατάττει Μύσωνα τὸν Χηνέα. Ὡς μὲν οὖν κάτω που τῆς Μωϋσέως ἡλικίας οἱ παρ' Ἕλλησι σοφοὶ γεγόνασι, μικρὸν ὕστερον δειχθήσεται· ὁ δὲ τρόπος τῆς παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίας, ὡς Ἑβραϊκὸς καὶ αἰνιγματώδης, ἤδη ἐπισκεπτέος. Βραχυλογίαν (42) γοῦν ἠσπάζοντο τὴν παραινετικήν, τὴν ὠφελιμωτάτην. Αὐτίκα Πλάτων πάλαι τὸ διὰ σπουδῆς γεγονέναι τόνδε τὸν τρόπον λέγει, κοινῶς μὲν πᾶσιν Ἕλλησιν, ἐξαιρέτως δὲ Λακεδαιμονίοις (43) καὶ Κρησὶ τοῖς εὐνομωτάτοις. Τὸ μὲν οὖν, « Γνῶθι σαυτὸν (44), » οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι· Χαμαιλέων (45) δὲ ἐν τῷ *Περὶ θεῶν*, Θαλοῦ· Ἀριστοτέλης δὲ, τῆς Πυθίας. Δύναται δὲ τὴν γνῶσιν ἐγκελεύεσθαι μεταδιώκειν. Οὐκ ἔστι γὰρ ἄνευ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας εἰδέναι τὰ μέρη· δεῖ δὴ (46) τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου πολυπραγμονῆσαι, δι' ἧς καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν καταμαθεῖν ἐξέσται. Πάλιν αὖ Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ, « Μηδὲν ἄγαν (47)· » Στράτων δὲ ἐν τῷ *Περὶ εὑρημάτων* Στρατοδήμῳ τῷ Τεγεάτῃ *προσ*άπτει τὸ ἀπόφθεγμα· Δίδυμος δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησιν· ὥσπερ ἀμέλει Κλεοβούλῳ τὸ, « Μέτρον ἄριστον (48). » Τὸ δ', « Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα (49), » Κλεομένης μὲν ἐν τῷ *Περὶ Ἡσιόδου* Ὁμήρῳ φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων·

Δειλαί (50) τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι·

οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι· Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν παραίνεσιν. Ἔπειτα ἐξῆς τὸ, « Πάντες (51) ἄνθρωποι κακοί, » ἤ, « Οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακοί » (διχῶς γὰρ ἐκφέρεται τὸ αὐτὸ ἀπόφθεγμα), οἱ περὶ Σωτάδαν (52) τὸν Βυζάντιον Βίαντος λέγουσιν εἶναι· καὶ τὸ, « Μελέτη

✠ P. 351 ED. POTTER, 300 ED. PARIS. [a] I Cor. xv, 32, 33.

(41) *Πλάτων.* Respicit Platonis *Protagoram* p. 258.

(42) *Βραχυλογίαν.* Hac methodo alii plerique ex antiquioribus magistris præcepta tradebant. Καὶ φασὶ τοὺς μὲν γυμνοσοφιστὰς καὶ δρυΐδας αἰνιγματωδῶς ἀποφθεγγομένους φιλοσοφῆσαι, σέβειν θεοὺς, καὶ μηδὲν κακὸν δρᾶν, καὶ ἀνδρείαν ἀσκεῖν. « Aiunt gymnosophistas ac druidas obscure ac per sententias philosophatos esse, colendos deos, nil mali faciendum, et exercendam fortitudinem, » inquit Diogenes Laertius in proœmio. Ejusmodi erant Pythagoræ præcepta. Continuis sermonibus usi sunt posteriores, qui eloquentiæ doctrinæque studio sese magis ostentabant. Conf. quæ dicit Plato, *Protagoræ* p. 258, unde quæ sequuntur hausit Clemens.

(43) *Λακεδαιμονίοις.* Plato, præter ea quæ in *Protagoræ* loco jam memorato respicit Clemens, hæc dicit, *De legibus* lib. I, p. 780: Τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλολόγος τέ ἐστι καὶ πολυλόγος· Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, τὴν μὲν βραχυλόγον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν. « Græci omnes civitatem nostram Atheniensem et verborum studiosam judicant, et verbosam: Lacedæmonem vero et Cretam, alteram breviloquam, alteram intelligentiæ magis quam verbis studentem. »

(44) *Γνῶθι σ.* De auctore hujus apophthegmatis consule quæ congessit Menagius ad Laertii Thalet. lib. I, seg. 40.

(45) *Χαμαιλέων.* Hic a Tatiano p. 160 dicitur Χαμαλαιέων mendose: nam non solum mss. quidam codices, sed etiam Eusebius Tatiani verba recitans Χαμαιλέων exhibet: sicque eum infra vocat Clemens p. 351.

(46) *Δεῖ δή.* Δεῖ δέ « oportet autem, » H. ms. Sylburg.

(47) *Μηδὲν ἄγαν.* Conf. Laertius lib. I, segm. 63.

(48) *Μέτρον ἄριστον.* Conf. Laertius lib. I, in *Cleobulo*, segm. 93, et quæ ibi adnotavit Menagius.

(49) *Ἐγγύα· πάρα δ' ἄτα.* Sensus est, « Sponde, sed præsto est noxa: » id est, non quidem veto spondere; sed hoc tamen moneo, cum fideijussione plerumque conjunctam esse noxam: qua de re Plutarchus quoque p. 99, 321, 329, et Laertius p. 27. H. Sylb. — Conf. Clemens infra *Strom.* VI, et quæ adnotavit Menagius ad Laertii *Chilonem* lib. I, segm. 73.

(50) *Δειλαί.* Homeri *Odyss.* Θ, v. 351.

(51) *Πάντες.* Conf. Laertius sub finem *Biantis*, et quæ adnotavit Menagius. Iidemque de iis, quæ sequuntur, consulendi.

(52) *Σωτάδαν.* Σωτάδην communi more H. ms. Sylburg.

Digitized by Google

πάντα καθαιρεῖ, » Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται· ὁμοίως δὲ τὴν, « Γνῶθι καιρόν, » παραίνεσιν Πιττακοῦ καθεστάναι. Ὁ μὲν οὖν Σόλων Ἀθηναίοις, Πιττακὸς δὲ Μιτυληναίοις ἐνομοθέτησαν. Ὑψὲ δὲ Πυθαγόρας, ὁ Φερεκύδους γνώριμος, φιλόσοφον (53) ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσε. Φιλοσοφίας τοίνυν μετὰ τοὺς προειρημένους ἄνδρας τρεῖς (54) γεγόνασι διαδοχαί, ἐπώνυμοι τῶν τόπων, περὶ οὓς διέτριψαν· Ἰταλικὴ μὲν ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου, Ἰωνικὴ δὲ ἡ ἀπὸ Θαλοῦ, Ἐλεατικὴ δὲ ἡ ἀπὸ Ξενοφάνους. Πυθαγόρας (55) μὲν οὖν Μνησάρχου, Σάμιος, ὡς φησιν Ἱππόβοτος· ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ *Πυθαγόρου Βίῳ* καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος, Τυρρηνὸς ἦν· ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος· ὥστε εἶναι, κατὰ τοὺς πλείστους, τὸν Πυθαγόραν βάρβαρον τὸ γένος. Ἀλλὰ καὶ Θαλῆς, ὡς Λέανδρος καὶ Ἡρόδοτος ἱστοροῦσι, Φοῖνιξ ἦν· ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι, Μιλήσιος· μόνος (56) οὗτος δοκεῖ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων προφήταις συμβεβληκέναι· διδάσκαλος δὲ αὐτοῦ οὐδεὶς ἀναγράφεται· ὥσπερ οὐδὲ Φερεκύδου (57) τοῦ Συρίου, ᾧ Πυθαγόρας ἐμαθήτευσεν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Μεταποντίῳ (58) τῆς Ἰταλίας, ἡ κατὰ Πυθαγόραν φιλοσοφία ἡ Ἰταλικὴ, κατεγήρασεν. Ἀναξίμανδρος δὲ Πραξιδάμου (59) Μιλήσιος, Θαλῆν διαδέχεται· τοῦτον δὲ Ἀναξιμένης

ditatio, » volunt esse Periandri. Similiter autem admonitionem, quæ dicit: « Nosce occasionem, » fuisse Pittaci. Solon autem leges tulit Atheniensibus, Pittacus vero Mitylenæis. Tandem autem Pythagoras, Pherecydis familiaris, seipsum primus appellavit philosophum. Philosophiæ ✠ itaque, post hos, quos ante dixi, tres fuere successiones, quæ nomina sumpserunt a locis in quibus versatæ sunt. Italica quidem, quæ derivata est a Pythagora; Ionica, quæ a Thalete; Eleatica autem, quæ a Xenophane. Porro autem Pythagoras, Mnesarchi filius, Samius quidem erat, ut dicit Hippobotus; ut autem dicit Aristoxenus in *Vita Pythagoræ*, et Aristarchus, et Theopompus, erat Tuscus; ut autem Neanthes, Syrius vel Tyrius; adeo ut ex plurimorum sententia Pythagoras esset genere barbarus. Quinetiam Thales, ut referunt Leander et Herodotus, erat Phœnix; ut autem nonnulli existimarunt, Milesius. Hic solus videtur esse congressus cum prophetis Ægyptiorum; ejus autem nullus scribitur præceptor; quemadmodum nec Pherecydæ Syri, cujus fuit discipulus Pythagoras. Sed Pythagoræ quidem, quæ Italica dicta est, philosophia, consenuit in Metaponto, oppido Italiæ. Anaximander

✠ P. 352 ED. POTTER, 301 ED. PARIS.

(53) *Φιλόσοφον*. Laertius prœmii p. 8, 9: Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον. « Philosophiam primus nominavit Pythagoras, et se philosophum. » Idem tradunt Cicero *Tusc. quæst.* l. v; Quint. lib. II, 1, aliique plurimi.

(54) *Τρεῖς*. Tres philosophorum successiones, cum eorum auctoribus a Clemente doctus memorat Eusebius, *Præp. evang.* lib. x, cap. 4, p. 471. Laertio duo sunt diadochæ prœem. segm. 15: Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασι διαδοχαί, ἥ τε ἀπὸ Ἀναξιμάνδρου καὶ ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου· τοῦ μὲν, Θαλοῦ διακηκοότος, Πυθαγόρου δὲ Φερεκύδης καθηγήσατο. Καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μὲν Ἰωνικὴ, ὅτι Θαλῆς Ἴων ὢν (Μιλήσιος γάρ) καθηγήσατο Ἀναξιμάνδρου, ἡ δὲ Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε. « Cæterum philosophiæ duæ fuere successiones; quarum altera ab Anaximandro, altera a Pythagora fluxit. Anaximander Thaletis auditor fuit, Pythagoras Pherecydæ. Appellatumque est id philosophiæ genus, Ionicum, quod Thales, utpote Milesius, ex Ionia cum esset, Anaximandrum instituit; hoc autem Italicum, quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimum vixerit. » Conf. Augustin. lib. VIII *De civitate Dei*, cap. 2; Themistius quatuor philosophiæ origines fuisse scribit, orat. 15: Τέως δὲ τριχῇ διεσπάσθη, μᾶλλον δὲ τέτραχα.

(55) *Πυθαγόρας*. Eusebius, *Præp. evang.* lib. x, c. 4, p. 470: Ὑψὲ δέ τι καὶ μᾶλλον τοῖς χρόνοις ὑποβεβηκότες οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι διαπρέψαι μνημονεύονται. Ὧν Πυθαγόρας πρῶτος, Φερεκύδους γνώριμος, τὸ φιλοσοφίαν ἀνευρὼν ὄνομα, ὡς μέν τινες, Σάμιος, ὡς δὲ ἕτεροί φασι, Τυρρηνὸς ἦν, τινὲς δ' αὐτὸν Σύριον ἢ Τύριον εἶναι λέγουσιν· ὥστε σε βάρβαρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνα γεγονέναι ὁμολογεῖν τὸν πρῶτον φιλοσόφων. « Serius multo et sequioribus temporibus feruntur philosophi Græcorum floruisse. Quorum primus Pythagoras, Pherecydis discipulus, qui philosophiæ nomen invenit, secundum nonnullos Samius fuit, secundum alios Tyrrhenus, secundum alios autem Syrius vel Tyrius: adeo ut tu non Græcum, sed barbarum fuisse fatearis primum philosophorum. » Theodoretus *De curand. Græc. affect.* serm. 1, præter alia multa, hæc etiam a Clemente nostro didicit: Τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος, καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸν εἶναί φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει. Τὸν δὲ Θαλῆν οἱ μὲν Μιλήσιον λέγουσιν, Λέανδρος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν. « Pythagoram autem Aristoxenus, Aristarchus et Theopompus Tyrrhenum esse dicunt; Neanthes autem Tyrium vocat. Thaletem vero nonnulli Milesium appellant, Leander autem et Herodotus Phœnicem. » Conf. Diogenes Laertius in principio *Pythagoræ*. Josephus lib. II *Adv. Apionem* dicit, perinde difficile esse Pythagoræ atque Homeri patriam indicare. Porro secundum Laertium in principio *Thaletis*, Herodotus, Duris ac Democritus e Phœnicibus oriundum Thaletem tradebant: Ὡς δ' οἱ πλείους φασὶν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν, καὶ γένους λαμπροῦ· « Secundum vero plerosque, Milesius erat civis, e nobili familia prognatus. »

(56) *Μόνος*. Quare μόνος, « solus? » annon enim Pythagoras, aliique plures cum Ægyptiis studiorum gratia congressi sunt? Certe Clemens paulo infra pag. 302 refert Pythagoram, ac Platonem Ægyptios audivisse. Scribendum igitur μόνοις, « solis: » ut sensus sit: « Cum solis ille Ægyptiorum prophetis congressus fuisse videtur, nec præter illos ullum præceptorem habuisse. » Sic enim scribit in *Thalete* Diogenes Laertius: Οὐδείς τε αὐτοῦ καθηγήσατο, πλὴν ὅτ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερεῦσι συνδιέτριψεν. « Nullus ei præceptor fuit, nisi quod quando in Ægypto erat, cum sacerdotibus versatus fuerit. »

(57) *Οὐδὲ Φερεκύδου*. Hesychius etiam Milesius et Suidas scribunt, Pherecydam nullum magistrum habuisse, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία· « sed reconditis Phœnicum libris instructum, semetipsum exercuisse. » Verum Diogenes Laertius, principio *Pherecydæ*, refert illum Πιττακοῦ διακηκοηκέναι, « Pittacum audivisse. »

(58) *Ἐν Μεταπ. . . . κατεγήρασεν*. « In Metaponto consenuit, » id est usque ad ejus exitum duravit. Nam hæc secta Metapontum, Italiæ urbem, semper coluit. Diogenes Laertius in prœmio: Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε. « Italica secta a Pythagora: sic dicta, quod utplurimum in Italia commorata sit. »

(59) *Πραξιδάμου*. Seu potius Πραξιάδου, Praxiadæ. Laertius in principio *Anaximandri*: Ἀναξί-

Digitized by Google

autem, Praxidami filius, Milesius, succedit Thaleti. Ei Anaximenes Eurystrati Milesius; post quem Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius. Hic ex Ionia scholam traduxit Athenas. Ei succedit Archelaus, quem audivit Socrates:

Ex his æquiloquus declinavit lapicida,
Graium incantator,

ait Timon in *Sillis*, propterea quod a physicis declinarit ad ea quæ ad mores pertinent. Socratem autem cum audiisset, Antisthenes quidem sectam introduxit cynicam, Plato autem secessit in Academiam. **130** Apud Platonem philosophatus Aristoteles, cum transiisset in Lyceum, sectam condit peripateticam. Ei succedit Theophrastus, cui Straton, cui Lycon, deinde Critolaus, deinde Diodorus. Platoni succedit Speusippus, ei Xenocrates, cui Polemon; Polemonis autem auditores fuere Crates et Crantor, in quos desiit vetus Academia. Crantoris autem fuit particeps Arcesilaus, a quo usque ad Hegesilaum media floruit Academia. Deinde Carneades succedit Hegesilao, et alii deinceps. Cratetis autem discipulus fuit Zeno Citieus, Stoicorum sectæ princeps; huic succedit Cleanthes, post quem Chrysippus, et alii deinceps. Eleaticæ autem disciplinæ princeps fuit Xenophanes Colophonius, quem dicit Timæus fuisse tempore Hieronis, qui in Sicilia obtinuit dominatum, et Epicharmi poetæ; Apollodorus autem eum, cum natus esset

P. 353 ED. POTTER. 301 ED. PARIS.

A Εὐρυστράτου Μιλήσιος· μεθ' ὃν Ἀναξαγόρας (60) Ἡγησιβούλου Κλαζομένιος. Οὗτος μετήγαγεν (61) ἀπὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθήναζε τὴν διατριβήν. Τοῦτον διαδέχεται Ἀρχέλαος (62), οὗ Σωκράτης (63) διήκουσεν·

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδός,

B ὁ Τίμων φησὶν ἐν τοῖς *Σίλλοις*, διὰ τὸ ἀποκεκλικέναι ἀπὸ τῶν φυσικῶν (64) ἐπὶ τὰ ἠθικά. Σωκράτους δὲ ἀκούσας, Ἀντισθένης μὲν ἐκύνισε, Πλάτων δὲ εἰς τὴν Ἀκαδημίαν ἀνεχώρησε. Παρὰ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης φιλοσοφήσας, μετελθὼν εἰς τὸ Λύκειον, κτίζει τὴν περιπατητικὴν αἵρεσιν. Τοῦτον διαδέχεται Θεόφραστος, ὃν Στράτων, ὃν Λύκων, εἶτα Κριτόλαος, εἶτα Διόδωρος. Σπεύσιππος δὲ Πλάτωνα διαδέχεται, τοῦτον δὲ Ξενοκράτης, ὃν Πολέμων. Πολέμωνος δὲ ἀκουσταὶ Κράτης τε καὶ Κράντωρ, εἰς οὓς ἡ ἀπὸ Πλάτωνος κατέληξεν ἀρχαία Ἀκαδημία. Κράντορος δὲ μετέσχεν Ἀρκεσίλαος, ἀφ' οὗ μέχρι Ἡγησιλάου ἤνθησεν Ἀκαδημία ἡ μέση. Εἶτα Καρνεάδης (65) διαδέχεται Ἡγησίλαον, καὶ οἱ ἑφεξῆς. Κράτητος (66) δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς Στωϊκῆς ἅρξας αἱρέσεως, γίνεται μαθητής. Τοῦτον διαδέχεται Κλεάνθης, ὃν Χρύσιππος, καὶ οἱ μετ' αὐτόν. Τῆς δὲ Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατάρχει, ὃν φησὶ Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα τὸν Σικελίας δυνάστην καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι· Ἀπολλόδωρος δὲ, κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα γενόμενον,

μανδρος Πραξιάδου Μιλήσιος· « Anaximander, Praxiadæ filius, Milesius. » Ad quæ verba hæc adnotavit Menagius: « Πραξιάδου. Ita Themistius orat. 15; Eusebius *De præpar. evangel.* lib. x, c. ult.; Simplicius ad Aristotelis *Φυσικά*, et Suidas in *Ἀναξίμανδρος*. Πραξιδάμου male apud Clem. *Στρωμ.* I. »

(60) *Ἀναξαγόρας*. Laertius: Ἀναξαγόρας, Ἡγησιβούλου ἢ Εὐβούλου, Κλαζομένιος. « Anaxagoras, Hegesibuli vel Eubuli, filius, Clazomenius. »

(61) *Οὗτος μετ.* Hoc factum Archelao tribuunt Laertius et Suidas. Sed plerique Clementi potius assentiuntur. Etenim cum aliorum non paucorum, tum etiam ipsius Laertii testimonio constat, Anaxagoram Athenis triginta annos docuisse.

(62) *Ἀρχέλαος*. Laertius initio *Archelai*: Ἀρχέλαος, μαθητὴς Ἀναξαγόρου, διδάσκαλος Σωκράτους. « Archelaus, discipulus Anaxagoræ, magister Socratis. »

(63) *Σωκράτης*. Laertius in Socrate: Διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ· οὗ καὶ παιδικὰ γενέσθαι D φησὶν Ἀριστόξενος. Δοῦριδος δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν, καὶ ἐργάσασθαι λίθους· εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας οὔσας· ὅθεν καὶ Τίμωνα ἐν τοῖς *Σίλλοις* εἰπεῖν·

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέ-
[σχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδὸς, ἀκριβολόγους ἀποφήνας,
Μυκτῆρ, ῥητορόμυκτος, ὑπαττικὸς, εἰρωνευτής.

« Archelaum physicum audivit, cui in deliciis fuisse scribit Aristoxenus. Porro Duris serviisse illum ait, et sculpsisse lapides. Opus illius esse Gratias, quæ sunt in arce, vestitas, plerique asserunt. Unde illum et Timon in *Sillis* ita depingit his versibus:

Fluxit ab his legumque loquax, lapidumque politor,
Græcorum vates, impostureque magister,
Derisor, rhetorque, subatticus, et simulator. »

Sextus Empiricus lib. *Adversus mathem.* p. 139:

C Τοῦ δὲ ἠθικοῦ μόνος ἐπεμελεῖτο Σωκράτης, κατά γε τοὺς ἄλλους αὐτοῦ γνωρίμους· εἰ γε καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς *Ἀπομνημονεύμασι* ῥητῶς φησὶν ἀπαρνεῖσθαι αὐτὸν τὸ φυσικὸν, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς καθεστηκὸς, καὶ σχολάζειν τῷ ἠθικῷ, ὡς πρὸς ἡμᾶς ὄντι. Τοιοῦτο οἶδε καὶ ὁ Τίμων, ἐν οἷς φησιν,

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος, ἐννομολέσχης,

τουτέστιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὴν ἠθικὴν θεωρίαν· διὸ καὶ *ἐννομολέσχης* προσέθηκεν, ἅτε τοῦ ἠθικοῦ μέρους ὄντος τοῦ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι. « Ethicæ solus operam dedit Socrates, secundum reliquos ejus discipulos; licet Xenophon in *Memorabilibus* expresse dicat ipsum repudiasse physicam, ut quæ supra nos esset; ethicæ autem se applicuisse, utpote juxta nos positæ. Quemadmodum in his affirmat Timon,

Ab his autem declinavit, lapidicida, legum magister:

hoc est a physicis ad ethicam contemplationem, ac proinde addit *legum magister*, quod de legibus disputare ad ethicam pertineat. »

(64) *Ἀπὸ τῶν φυσικῶν*. Socratem physicis relictis, ad ethica se contulisse, testatur etiam Cicero in *Bruto*. H. SYLBURG.

(65) *Καρνεάδης*. Carneadem memorare videtur, tanquam auctorem τῆς νέας Ἀκαδημίας; in quo Clementi astipulantur Galenus et Lucianus. Verum Laertius id honoris Lacydæ, Carneadis magistro, tribuit.

(66) *Κράτητος*. Cratetem intelligit, non Academicum philosophum modo memoratum, qui patria Atheniensis fuit; sed alium, Thebis oriundum, de quo Laertius in proœmio: Σωκράτους διήκουσεν Ἀντισθένης, οὗ Διογένης ὁ κύων, οὗ Κράτης ὁ Θηβαῖος, οὗ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, οὗ Κλεάνθης, οὗ Χρύσιππος. « Socratem audivit Antisthenes, eum Diogenes canis, eum Crates Thebanus, eum Zeno Citieus, cum Cleanthes, cum Chrysippus. »

Digitized by Google

παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων (67). Παρμενίδης (68) τοίνυν Ξενοφάνους ἀκουστὴς γίνεται· τούτου δὲ Ζήνων, εἶτα Λεύκιππος, εἶτα Δημόκριτος. Δημοκρίτου δὲ ἀκουσταὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος, οὗ Διογένης ὁ Σμυρναῖος, οὗ Ἀνάξαρχος· τούτου δὲ Πύρρων, οὗ Ναυσιφάνης· τούτου φασὶν ἔνιοι μαθητὴν Ἐπίκουρον γενέσθαι. Καὶ ἡ μὲν διαδοχὴ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, ἥδε· οἱ χρόνοι δὲ τῶν προκαταρξάντων τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν ἑπομένως λεκτέοι· ἵνα δὴ ἐν συγκρίσει ἀποδείξωμεν πολλαῖς γενεαῖς πρεσβυτέραν τὴν κατὰ Ἑβραίους φιλοσοφίαν. Καὶ περὶ μὲν Ξενοφάνους εἴρηται, ὃς τῆς Ἐλεατικῆς ἦρξε φιλοσοφίας· Θαλῆν (69) δὲ Εὔδημος ἐν ταῖς *Ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις* τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου προειπεῖν φησὶ, καθ' οὓς χρόνους συνῆψαν μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε καὶ Λυδοί, βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν, τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς, Μήδων, Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου, Λυδῶν. Συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ Ἡρόδοτος (70) ἐν τῇ πρώτῃ. Εἰσὶ δὲ οἱ χρόνοι ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα (71). Πυθαγόρας (72) δὲ κατὰ Πολυκράτη τὸν τύραννον περὶ τὴν ἑξηκοστὴν (73) δευτέραν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. Σόλωνος δὲ ζηλωτὴς Μνησίφιλος (74) ἀναγράφεται, ᾧ Θεμιστοκλῆς συνδιέτριψεν. Ἤκμασεν οὖν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. Ἡράκλειτος γὰρ (75) ὁ Βαύσωνος (76) Μελαγκόμαν τὸν

A quadragesima Olympiade, pervenisse usque ad tempora Darii et Cyri. Xenophanis ergo fuit auditor Parmenides, ejus Zeno, deinde Leucippus, deinde Democritus. Democriti autem auditores, Protagoras Abderitanus et Metrodorus Chius, cujus Diogenes Smyrnæus, cujus Anaxarchus; ejus autem Pyrrhon, cujus Nausiphanes; ejus dicunt nonnulli discipulum fuisse Epicurum. Et hæc est quidem successio eorum, qui fuerunt apud Græcos, philosophorum, tanquam in epitome. Tempora autem eorum, qui fuerunt principes et auctores ipsorum philosophiæ, sunt dicenda consequenter, ut, facta comparatione, ostendamus Hebræorum philosophiam fuisse generationibus multis antiquiorem. Et de Xenophane quidem dictum est, qui fuit Eleaticæ princeps philosophiæ. Thaletem autem Eudemus ✠ in *Historiis astrologicis* dicit prædixisse defectum solis, qui fuit eo tempore, quo inter se manus conseruere Medi et Lydi, regnante quidem Cyaxare, patre Astyagis, in Media, Alyatte autem Crœsi, in Lydia. Ei autem congruit Herodotus quoque in primo. Sunt autem ea tempora circa quinquagesimam Olympiadem. Pythagoras autem invenitur tempore Polycratis tyranni circa sexagesimam secundam Olympiadem. Solonis autem æmulator fuisse scribitur Mnesiphilus, cum quo versatus est Themistocles. Floruit autem Solon quadragesima sexta Olympiade. Hera-

✠ P. 354 ED. POTTER, 302 ED. PARIS.

(67) *Τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων.* Melius legeretur, τῶν Κύρου τε καὶ Δαρείου χρόνων, inquit Menagius in Observ. ad Diogenis Laertii l. IX, s. 20.

(68) *Παρμενίδης.* Laertius in proœmio: Οὗ Ξενοφάνης, οὗ Παρμενίδης, οὗ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, οὗ Λεύκιππος, οὗ πολλοὶ μὲν, ἐπ' ὀνόματι δὲ Ναυσιφάνης καὶ Ναυκύδης, ὧν Ἐπίκουρος. « Cujus discipulus erat Xenophanes, cujus Parmenides, cujus Zeno Eleates, cujus Leucippus, cujus multi quidem, nominatim vero Nausiphanes et Naucydes, quorum Epicurus. »

(69) *Θαλῆν.* Laertius in *Thalete:* Δοκεῖ δὲ κατά τινας καὶ πρῶτος ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν, ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ· ὅθεν αὐτὸν καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἡρόδοτος θαυμάζει. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Ἡράκλειτος, καὶ Δημόκριτος. « Secundum quosdam, primus videtur astrologiam exercuisse, et solis defectus ac mutationes prædixisse, ut refert Eudemus in historia rerum astrologicarum; unde illum Xenophanes et Herodotus mirantur. Quin etiam ei testimonium perhibent Heraclitus et Democritus. » Quod vero Thales eam prædixit solis eclipsim quæ sub Halyatte contigit, testatur etiam Cicero *De Divinat.* lib. I, Plinius lib. II, cap. 12, aliique plures.

(70) *Ἡρόδοτος.* Herodoti verba sic se habent in lib. I: Συμβολῆς γενομένης, συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι· τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖς Ἴωσι προηγόρευσε. « Contigit ut, commisso jam prælio dies, in noctem converteretur. Quam mutationem Thales Milesius Ionibus prædixerat. »

(71) *Πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Tatianus etiam *Orat. contra Græcos* pag. 141 edit. Oxon. refert Thaletem vixisse circa L Olympiada. Laertius eum tradit natum fuisse anno primo trigesimæ quintæ Olymp., defunctum vero quinquagesima octava; idemque refert Cyrillus *contra Julian.* lib. I.

(72) *Πυθαγόρας.* Apuleius in *Floridis:* « Fuit ferme Pythagoras id ævi, quo Polycrates Samo potieba-

tur. » Laertius refert, eum a Polycrate Amasidi, Ægyptiorum regi, commendatum fuisse; deinde vero Samon reversum, cum eam invenisset Polycratis tyrannide oppressam, in Italiam cessisse. Consentiunt Strabo lib. XIV; Plutarchus *De placitis philosophorum* lib. I, cap. 3; Jamblichus in *Vita Pythagoræ.* »

(73) *Τὴν ἑξηκοστὴν.* Laertius in *Pythagora*, segm. 45: Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. « Floruit autem circa Olympiadem sexagesimam. » Tatianus prope finem *Orat.* Olympiadas describens, Σόλων περὶ μ', Πυθαγόρας περὶ ξϭ'. « Solon circa quadragesimam, Pythagoras circa sexagesimam secundam. » Eusebius in *Chronico*, Pythagoræ doctrinam ad Olymp. LX refert. Ad Solonem quod attinet, eum Laertius refert leges posuisse περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. Cyrillus lib. I *contra Julianum:* Τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε. Consentiunt Eusebius, aliique.

(74) *Μνησίφιλος* Plutarchus in *Themistocle*, p. 112, edit. Paris.: Μᾶλλον οὖν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον σύνεσιν ἐπιτήδευμα πεποιημένου καὶ διασώζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος. « Potius igitur iis adhærendum, qui tradunt Themistoclem, Phrearii filium, discipulum fuisse Mnesiphili, qui nec rhetor erat, nec ex iis philosophis, qui Physici appellabantur, sed operam dabat ei, quam vocabant sapientiam, politicæ nempe activæque scientiæ, quæque peculiarem sectam a Solone descendentem constituit. »

(75) *Ἡράκλειτος γάρ.* Γάρ hoc loco transitionis nota est. Sic paulo post pag. 304, Ἡράκλειτος γὰρ οὐκ ἀνθρωπ. et pag. 307, Κάδμος γὰρ ὁ Ποϊνιξ, etc. p. 303, Δημόκριτος γάρ, etc., et alibi sæpe.

(76) *Βαύσωνος.* C. Βλύσωνος. SYLBURG.—Βλύσωνος habet Laertius in *Heraclito*, Βλοσύτωνος ἢ Βλεύτωνος, Suidas.

Digitized by Google

clitus porro, Bausonis filius, persuasit Melancomæ tyranno, ut deponeret tyrannidem. Hic despexit regem Darium adhortantem ut veniret ad Persas.

A τύραννον ἔπεισεν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. Οὗτος βασιλέα Δαρεῖον (77) παρακαλοῦντα ἥκειν εἰς Πέρσας ὑπερεῖδεν.

CAPUT XV.

Græcorum philosophiam magna ex parte a barbaris haustam.

Hæc sunt quidem tempora eorum, qui apud Græcos fuere antiquissimi sapientum et philosophorum. Quod autem eorum plurimi fuerint et genere barbari, et a barbaris eruditi, quid opus est dicere? Siquidem Tuscum aut Tyrium fuisse Pythagoram ostensum est. Phryx autem erat Antisthenes: et Orpheus, Odrysius vel Thrax. Homerum enim plurimi produnt fuisse Ægyptium. Thales autem cum esset Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum prophetis B congressus esse dicitur: sicut etiam Pythagoras cum iis ipsis, per quos etiam fuit circumcisus, ut, adyta ingrediens, Ægyptiorum ✠ mysticam disceret philosophiam: et cum Chaldæorum et magorum versatus est præstantissimis: et eam, quæ nunc vocatur, Ecclesiam significat id, quod apud ipsum est ὁμακοεῖον. Plato autem non it inficias, se ea, quæ sunt præstantissima in philosophia, mercatum esse a barbaris, et fatetur venisse in Ægyptum: unde in *Phædone* scribens, undequaque posse juvari philosophum: « Magna quidem est, inquit, Græcia, o

Οἵδε μὲν οἱ χρόνοι τῶν παρ' Ἕλλησι πρεσβυτάτων σοφῶν τε καὶ φιλοσόφων· ὡς δὲ οἱ πλεῖστοι αὐτῶν βάρβαροι τὸ γένος, καὶ παρὰ βαρβάροις παιδευθέντες, τί δεῖ καὶ λέγειν; εἴγε Τυῤῥηνὸς ἢ Τυῤῥήνιος (78) ὁ Πυθαγόρας ἐδείκνυτο· Ἀντισθένης δὲ, Φρὺξ (79) ἦν· καὶ Ὀρφεὺς, Ὀδρύσης ἢ Θρᾷξ· Ὅμηρον γὰρ οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φαίνουσιν. Θαλῆς δὲ Φοῖνιξ ὢν τὸ γένος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων προφήταις συμβεβληκέναι εἴρηται· καθάπερ καὶ ὁ Πυθαγόρας (80) αὐτοῖς γε τούτοις, δι' οὓς καὶ περιετέμετο (81), ἵνα δὴ, καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθών, τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν· Χαλδαίων τε καὶ μάγων τοῖς ἀρίστοις συνεγένετο· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν νῦν οὕτω καλουμένην, τὸ παρ' αὐτῷ *ὁμακοεῖον* (82) αἰνίττεται. Πλάτων δὲ οὐκ ἀρνεῖται τὰ κάλλιστα εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν βαρβάρων ἐμπορεύεσθαι· εἴς τε Αἴγυπτον ἀφικέσθαι ὁμολογεῖ. Δύνασθαι γοῦν ἐν τῷ *Φαίδωνι* πανταχόθεν τὸν φιλόσοφον ὠφελεῖσθαι γράφων, « Πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλὰς, ἔφη, ὦ Κέβης, ἦ δ' ὅς, ἐν ᾗ εἰσὶ (83) πάμπαν ἀγαθοὶ ἄνδρες,

✠ P. 355 ED. POTTER, 302 ED. PARIS.

(77) *Δαρεῖον*. Exstant apud Laertium Darii Hystaspidæ ad Heraclitum litteræ, ejusque responsio qua pernegat se unquam ad Persas profecturum: Ἐγὼ C δὲ ἀμνηστίην ἔχων πάσης πονηρίης, καὶ κόραν φεύγων παντὸς οἰκειουμένου φθόνου, καὶ διὰ τὸ περιέστασθαι ὑπερηφανίας οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς Περσῶν χώραν, ὀλίγοις ἀρκεόμενος, κατ' ἐμὴν γνώμην. « Ego autem omnis immemor nequitiæ, fastidiumque devitans omnis mihi familiaris invidiæ, et quod superbos aulæ mores fugiam, nunquam in Persarum solum adveniam, paucis contentus, quæ sunt, secundum meam sententiam. »

(78) *Τυῤῥηνὸς ἢ Τυῤῥήνιος*. Τυῤῥήνιος procul dubio mendosum est. Itaque suspicor legendum Τυῤῥηνὸς ἢ Τύριος, ut superius. SYLB.

(79) *Φρύξ*. Laertius in *Antisthene*: Ἀντισθένης, Ἀντισθένους, Ἀθηναῖος. Ἐλέγετο δὲ οὐκ εἶναι ἰθαγενής· ὅθεν πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα εἰπεῖν· Καὶ ἡ Μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν. Ἐδόκει γὰρ εἶναι Θρᾴττης μητρός. « Antisthenes, Antisthenis filius, Atheniensis. Dicebatur autem non esse indigena. Quod cum ei probro daretur, respondisse fertur: *Et Deum mater Phrygia est;* videbatur enim Thracia matre D natus. » Consentiunt de Thressa ejus matre, Seneca lib. *De constantia Sapientis* c. 18; Suidas v. Ἀντισθένης, et rursus in *Socrate* Laertius. Verum Antisthenis responso magis convenire videtur, ut ejus matrem Phrygiam fuisse putemus; quod etiam asserit Plutarchus lib. *De exsilio*: Τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς, πρὸς τὸν εἰπόντα· Ἡ Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ, Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν; « Non Antisthenis illud laudas, qui ad dicentem, « Phrygia est mater tua » respondit: « Etiam deorum? »

(80) *Πυθαγόραν*. Laertius in *Pythagora*: Νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς, ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυήθη τὰς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. Ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ. « Cum esset autem juvenis et addiscendi studiosus, patriam linquens, omnibus fere Græcis barbarisque mysteriis initiatus est. Denique Ægyptum petiit, » etc. Cicero *De finibus* lib. v: « Cur ipse Pythagoras et Ægyptum lustravit et Persarum magos adiit. » Conf. Plinius lib. xxv, c. 2. Lucianus in *Βίων πράσει*, aliique plures.

(81) *Περιετέμετο*. Superius refert Laertius, Pythagoram initiatum fuisse πάσαις Ἑλληνικαῖς καὶ βαρβαρικαῖς τελεταῖς, « omnibus Græcis et barbaris mysteriis. » Verba Porphyrii in *Vita Pythagoræ* videntur ad circumcisionem referri debere; dicit enim Pythagoram Amasidis litteris munitum ad Diospolitas profectum fuisse, ut arcanas eorum disciplinas addisceret: Τῶν δὲ οὐ δυναμένων περισχέσθαι αἰτίας διὰ τὸ δέος τοῦ βασιλέως, νομισάντων δὲ ἐν τῷ μεγέθει τῆς κακοπαθείας ἀποστήσειν αὐτὸν τῆς ἐπιβολῆς, προστάγματα σκληρὰ καὶ κεχωρισμένα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς κελεῦσαι ὑπομεῖναι αὐτόν· τὸν δὲ ταῦτα ἐκτελέσαντα προθυμως, οὕτω θαυμασθῆναι ὡς ἐξουσίαν λαβεῖν θύειν τοῖς θεοῖς τε, καὶ προσιέναι ταῖς τούτων ἐπιμελείαις, ὅπως ἐπὶ ἄλλου ξένου γεγονὸς οὐχ εὑρίσκεται. Theodoretus *Θεραπ.* α', p. 467: Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομῆς ἀνασχέσθαι, τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα. « Aiunt autem Pythagoras, ut hæc ab Ægyptiis disceret, circumcidi se passum fuisse. »

(82) *Ὁμακοεῖον*. De ὁμακοείῳ narrat Hierocles pag. 318. H. SYLBURG.

(83) *Ὦ Κέβης, ἦ δ' ὅς, ἐν ᾗ εἰσί*. Scribendum, Platone auctore, ὦ Κέβης, ἐν ᾗ ἔνεισι. Platonis autem verba *Phædon*. p. 59 sic se habent: Πόθεν οὖν (ἔφη), ὦ Σώκρατες, τῶν τοιούτων ἀγαθὸν ἐπῳδὸν ληψόμεθα, ἐπειδὴ σὺ (ἔφη) ἡμᾶς καταλείπεις;— Πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλὰς (ἔφη), ὦ Κέβης, ἐν ᾗ ἔνεισί που ἀγαθοὶ ἄνδρες, πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη, οὓς πάντας χρὴ διερευνᾶσθαι ζητοῦντας τοιοῦτον ἐπῳδὸν, μήτε χρημάτων φειδομένους, μήτε πόνων. « Sed undenam, inquit Cebes, medicum ejusmodi nanciscemur, o Socrates, quoniam tu nos deseris? Ampla est, inquit, o Cebes, Græcia, in qua sunt alicubi viri boni; quamplurimæ sunt etiam barbarorum nationes: per hos omnes ejusmodi medicum debetis perquirere, neque pecuniis parcentes, neque laboribus. »

Digitized by Google

πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη. » Οὕτως οἴεται ὁ Πλάτων καὶ βαρβάρων φιλοσόφους τινὰς εἶναι. Ὁ δὲ Ἐπίκουρος ἐμπαλιν ὑπολαμβάνει μόνους φιλοσοφῆσαι Ἕλληνας δύνασθαι. Ἔν τε τῷ *Συμποσίῳ* ἐπαινῶν Πλάτων τοὺς βαρβάρους, ὡς διαφερόντως ἀσκήσαντας, μόνους (84) ἀληθῶς φησι, « καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ, καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας. » Δῆλοι δέ εἰσιν οἱ βάρβαροι, διαφερόντως τιμήσαντες τοὺς αὑτῶν νομοθέτας τε καὶ διδασκάλους, θεοὺς προσειπόντες. « Ψυχὰς (85) γὰρ ἀγαθὰς, » κατὰ Πλάτωνα, « καταλιπούσας τὸν ὑπερουράνιον τόπον, ὑπομεῖναι ἐλθεῖν εἰς τόνδε τὸν τάρταρον, καὶ σῶμα ἀναλαβούσας, τῶν ἐν γενέσει κακῶν ἁπάντων μετασχεῖν ὑπολαμβάνουσι, κηδεμόνας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, » αἳ νόμους τε ἔθεσαν, καὶ φιλοσοφίαν ἐκήρυξαν· « οὗ μεῖζον (86) ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει οὔτ' ἦλθέ ποτε ἐκ θεῶν, οὔτ' ἀφίξεται. » Καί μοι δοκοῦσιν αἰσθόμενοι τῆς μεγάλης εὐποιίας τῆς διὰ τῶν σοφῶν, σεβασθῆναί τε τοὺς ἄνδρας, καὶ δημοσίᾳ φιλοσοφῆσαι, Βραχμᾶνές τε σύμπαντες, καὶ Ὀδρύσαι, καὶ Γέται. Καὶ τὸ τῶν Αἰγυπτίων γένος ἐθεολόγησαν ἀκριβῶς τὰ ἐκείνων, Χαλδαῖοί τε καὶ Ἀράβιοι, οἱ κληθέντες *εὐδαίμονες*, καὶ ὅσοι γε τὴν Παλαιστίνην κατῴκησαν, καὶ τοῦ Περσικοῦ γένους οὐ τὸ ἐλάχιστον μέρος, καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις γένη μυρία. Ὁ δὲ Πλάτων δῆλον ὡς σεμνύνων ἀεὶ τοὺς βαρβάρους εὑρίσκεται, μεμνημένος αὐτοῦ τε καὶ Πυθαγόρου, τὰ πλεῖστα καὶ γενναιότατα τῶν δογμάτων ἐν βαρβάροις μαθόντας (87). Διὰ τοῦτο καὶ γένη βαρβάρων εἶπε « γένη φιλοσόφων ἀνδρῶν βαρβάρων· » γινώσκων ἔν τε τῷ *Φαίδρῳ* τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα, καὶ τοῦ Θωὺθ (88) ὑμῖν σοφώτερον δείκνυσιν, ὄντινα

A Cebes, ait ille, in qua sunt viri omni ex parte boni, multa sunt autem etiam genera barbarorum. » Sic existimat Plato ex barbaris quoque esse aliquos philosophos. Epicurus autem contra existimat solos Græcos posse philosophari. Et in *Convivio* Plato laudans barbaros, ut qui philosophiam insigniter exercuerint, vere dicit : « Et in multis aliis, et apud Græcos, et apud barbaros, quorum etiam templa jam multa facta sunt, propter ejusmodi filios. » Clarum est autem, barbaros eximie semper honorasse suos legumlatores et præceptores, eos deos appellantes. « Bonas enim animas, » ut dicit Plato, « supercœlesti loco relicto, sustinuisse venire in hunc tartarum, et corpore suscepto, malorum omnium quæ ex generatione contrahuntur fuisse participes
B existiment, humani generis curam gerentes: » quæ et leges tulerunt, et philosophiam prædicarunt ; « quo majus bonum ad hominum genus nunquam a diis venit, nec veniet. » Atque mihi quidem videntur cum sensissent magna, quæ per sapientes conferebantur, beneficia, et eos coluisse, et publice esse philosophati, et Brachmanes universi, et Odrysæ, et Getæ. Quin etiam genus Ægyptium diligentissime illos in deos retulit, et Chaldæi et Arabes, qui dicti sunt Felices, et quicunque habitarunt Palæstinam, et non minima Persici generis pars, et alia præter hæc genera innumerabilia. Clarum est autem inveniri semper Platonem magni facere barbaros, ut qui meminisset se et Pythagoram plurima ✠ eaque
C præstantissima et nobilissima dogmata didicisse apud barbaros. Et ideo etiam genera barbarorum vocat « genera philosophorum **131** barbarorum : » neque ignorat in *Phædro* regem Ægyptium,

✠ P. 356 ED. POTTER, 303 ED. PARIS.

(84) Ἀσκήσαντας, *μόνους*. Cur μόνους, « solos ?» Certe a verbis Platonis, quæ sequuntur, inferri non potest eum existimavisse, quod « soli » barbari sapientiæ studia exercerent : sed contra dicit, esse Græcos perinde ac barbaros, qui id facerent. Proinde nisi aliquid ad complendam hanc sententiam desit, quod suspicor, scribendum ἀσκήσαντας νόμους, quia de legum ferendarum scientia Platoni res est. Vel omittenda vox μόνους, quæ forte e priori sententia in hanc irrepsit. Sic demum facilis erit sensus. Porro verba Platonis in *Convivii* pag. 1198 hæc sunt : Τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες, καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας· διὰ τοὺς ἀνθρωπίνους, οὐδενός που. « Honoratur apud vos propter generationem legum et ipse Solon, aliique permulti alibi apud Græcos et barbaros, qui multa et præclara demonstrarunt opera, virtutem omnem progenerantes. Quibus sacra ac templa multa ob hujusmodi sæpe natos dicata sunt, ob humanos vero alicui nunquam. » E quibus verbis si quis ἄλλοι pro ἀληθῶς apud Clementem reponere velit, haud repugnabo.

(85) Ψυχάς. Hæc in fine *Phædonis* exstant. Sylb.

(86) *Οὗ μεῖζον*. Cicero *Academicarum quæst.* lib. I, cap. 2 : « Nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, majus aut melius a diis datum munus homini. » Platonis verba occurrunt *Timæi* p. 1058 : Ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος· οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. « Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nil unquam majus mortalium generi datum est deorum munere, neque dabitur. »

(87) *Μαθόντας*. Structuræ lex postulat μαθόντος, vel plur. μαθόντων. *Comm.* Sylburg.

(88) *Τοῦ Θωύθ*. Tertull. *De anima* c. 2 : « Nedum divos, ut Mercurium Ægyptium, cui præcipue Plato adsuevit. » Pamelius in eum locum scribens meminit hujus Clementis, monetque hic legendum « Theut » quemadmodum legitur apud Platonem in *Phædro*, ubi narrat Socrates, venisse Theut ad Thamum, regem Ægypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in *Philebo* : Φωνὴν ἄπειρον
D κατενόησεν, εἴ τε θεός τις, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινὰ τοῦτο γενέσθαι. « Vocem infinitam animadvertit, sive deus aliquis, sive divinus homo, veluti fama refert, hujusmodi hominem, nomine Theut, in Ægypto exstitisse. » Cicero lib. III *De natura deor.*, ut monet Scaliger in Varronem, Theut vocat, locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini : « Mercurius quintus, quem colunt Phenicæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Ægypti Thoyth appellant. » Suidas, Θωὺθ καὶ Θὼθ ὁ Ἑρμῆς. Collect.—Philo Byblius apud Eusebium *Præparat. evangel.* lib. I, c. 9, p. 31, 32 edit. Paris., refert e Sanchoniathone, Taautum « primum litteras invenisse, ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse : καὶ ἀπὸ τοῦδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωὺθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θὼθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες

Digitized by Google

et Thoyth nobis ostendit sapientiorem : quem quidem novit esse Mercurium. Quinetiam in *Charmide* videtur quosdam nosse Thraces, qui dicuntur animam facere immortalem. Narratur autem Pythagoras fuisse discipulus Sonchedis, archiprophetæ Ægyptii ; Plato autem Sechnuphidis Heliopolitani ; Eudoxus autem Cnidius Conuphidis, qui ipse quoque fuit Ægyptius. In dialogo autem *De anima*, rursus videtur Plato agnoscere prophetiam introducens prophetam Lachesis orationem enuntiantem, et apud eas, quæ sortiuntur, animas prædicentem ; et in *Timæo* sapientissimum Solonem introducit discentem a barbaro. Ita autem se habet dictio : « Ὁ Solon, Solon, vos Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus ; disciplinam enim nullam habetis canam. » Democritus autem

A Ἑρμῆν οἶδεν ὄντα. Ἀλλὰ κἀν τῷ *Χαρμίδῃ* (89) Θρᾷκας τινὰς ἐπιστάμενος φαίνεται, οἳ λέγονται ἀθανατίζειν τὴν ψυχήν. Ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι (90) τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονούφιδι (91) τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Ἐν δὲ τῷ *Περὶ ψυχῆς* (92) Πλάτων πάλιν προφητείαν γνωρίζων φαίνεται, προφήτην εἰσάγων τὸν τῆς Λαχέσεως λόγον ἐξαγγέλλοντα, πρὸς τὰς κληρουμένας ψυχὰς προθεσπίζοντα· κἀν τῷ *Τιμαίῳ* τὸν σοφώτατον Σόλωνα μανθάνοντα εἰσάγει πρὸς τοῦ βαρβάρου (93). Ἔχει δὲ τὰ τῆς λέξεως ὧδε· « Ὦ Σόλων (94), Σόλων, Ἕλληνες ὑμεῖς ἀεὶ παῖδές ἐστε· γέρων δὲ Ἕλλην οὐδείς· οὐ γὰρ ἔχετε μάθημα χρόνῳ πολιόν. » Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους (95) λόγους

B ἠθικοὺς πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου (96)

μετέφρασαν· ab illo autem auspicatum esse, quem ab Ægyptiis Thout, ab Alexandrinis Thoth, nominatum, Græci Hermen, seu Mercurium reddidere. »

(89) *Χαρμίδῃ*. Platonis verba, *Charmidæ* pag. 464, hæc sunt : Ἔμαθον δ' αὐτὴν (ἐπῳδὴν) ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. « Quam incantationem didici ibidem in exercitu a quodam medicorum, Zamolxidis sectatorum, qui et immortalitatem afferre dicuntur. »

(90) *Σώγχηδι*. Forte rectius Σώγχιδι, a nomine Σῶγχις. SYLBURG.

(91) *Κονούφιδι*. « Corrige Χονούφιδι. Ita Ægyptius ille sophus dicitur Plutarcho in libro *De genio Socratis*, et ita dici debet : » inquit Menagius *Observat. ad Laertii Eudoxum*, lib. VIII, segm. 90.

(92) *Ἐν δὲ τῷ Περὶ ψυχῆς*. Per memoriæ lapsum hæc tribuit Clemens dialogo *De anima*, quæ occurrunt lib. X *De republica*, pag. 763 : Σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι εὐθὺς δεῖν ἔναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. Προφήτην οὖν τινα σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆσαι· ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλόν, εἰπεῖν· Ἀνάγκης θυγατρὸς, κόρης Λαχέσεως, λόγος. « Illuc ergo animæ cum venerint, statim oportere ad Lachesin accedere : ubi illico propheta aliquis primum singulas disponit in ordinem, postea cum ex genibus Lachesis sortes, et vitarum exempla susceperit, sublime quoddam tribunal ascendens, sic fatur : Oratio Lachesis virginis, Necessitatis filiæ, » etc.

(93) *Πρὸς τοῦ βαρβάρου*. C. Rittherhusius not. in Porphyrium *De vita Pythagoræ*, his Clementis verbis laudatis, adjicit : « Legendum πρός του β., quod valet πρός τινος· ut apud S. Paulum I Thess. IV, 6 : Ἔν τῳ πράγματι valet ἔν τινι πράγματι. Sic enim legendum, ubi vulgo ἐν τῷ. »

(94) *Ὦ Σόλων*. Hæc infra recitat Clemens, paulo ante hujus libri finem, p. 355 : item Justinus M. *Cohort. ad Græcos*, p. 71 edit. Oxon. ; Eusebius *Præparat. evangel.* lib. X, cap. 4, p. 471 ; Cyrillus Alexandrinus *Contra Julianum*, lib. I, p. 15 ; Theodoretus *Θεραπ.*, serm. 1, p. 437. In Platonis autem *Timæo* p. 1043 sic se habent : Καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν· Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστὲ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν, *Πῶς τι τοῦτο λέγεις ;* φάναι. Νέοι ἐστὲ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. « Tunc e sacerdotibus Ægyptiis quemdam grandem natu dixisse : O Solon, Solon, Græci pueri semper estis, nec quisquam e Græcia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem : Quia juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. »

(95) *Βαβυλωνίους*. Eusebius *Præparat. evangel.* lib. X, cap. 4, p. 472, a Clemente edoctus, hæc ait : Καὶ Δημόκριτος δὲ ἔτι πρότερον τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. « Quinetiam ante Platonem, Democritum ferunt, Babyloniorum de moribus disputationes edidisse. » Laertius in *Democrito* meminit libri cui titulus hic fuit : *Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, De sacris in Babylone litteris.*

(96) *Ἀκικάρου*. Reinesius *Var. lect.* lib. I, cap. 22, ait : « Hic dignus vindice nodus, sed in quem nemo doctorum hactenus incidit, qui solveret. Democritum, quem vel κατ' ἐξοχήν, vel ut ab æquivocis, inter quos alius historicus, alius poeta, alius rhetor, cum discernerent, Physicum appellarunt, ut est apud Varronem *De re rustic.* lib. I, c. 1, et Plinium lib. XXVIII, scripsisse περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, e Diogene Laertio discimus. Ea

σημεῖον ἐγένετο Ἰωνᾶ, καὶ Τωβίας διὰ Ῥαφαὴλ τοῦ ἀγγέλου Σάῤῥαν ἄγεται γυναῖκα, τοῦ δαίμονος αὐτῆς ἑπτὰ τοὺς πρώτους μνηστῆρας ἀνελόντος· καὶ μετὰ τὸν γάμον Τωβίου ὁ πατὴρ αὐτοῦ Τωβὴτ ἀναβλέπει. Ἐνταῦθα Ζοῤῥάβελ, σοφίᾳ νικήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς, τυγχάνει παρὰ Δαρείου ὠνησάμενος ἀνανέωσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ μετὰ Ἔσδρα εἰς τὴν πατρῴαν γῆν ἀναζεύγνυσι, δι' ὃν γίνεται ἡ ἀπολύτρωσις τοῦ λαοῦ, καὶ ὁ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωρισμὸς, καὶ ἀνακαινισμὸς (42) λογίων, καὶ τὸ σωτήριον ἄγεται Πάσχα, καὶ λύσις ὀθνείας ἐπιγαμβρίας. Προεκεκηρύχει (43) δὲ καὶ Κῦρος τὴν Ἑβραίων ἀποκατάστασιν. Τελεσθείσης (44) δὲ ἐπὶ Δαρείου τῆς ὑποσχέσεως, ἡ τῶν Ἐγκαινίων ἄγεται ἑορτὴ, καθὼς καὶ ἐπὶ τῆς Σκηνῆς (45)· καὶ γίνεται τὰ πάντα ἔτη σὺν τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας μέχρι τῆς ἀποκαταστάσεως τοῦ λαοῦ, ἀπὸ μὲν τῆς Μωϋσέως γενέσεως, ἔτη χίλια ἑκατὸν νε', μῆνες ἓξ, ἡμέραι δέκα, ἀπὸ δὲ τῆς Δαβὶδ βασιλείας, ἔτη, ὡς μέν τινες, τριακόσια (46) πεντήκοντα δύο· ὡς δὲ ἀκριβέστερον, πεντακόσια ἑβδομήκοντα δύο, μῆνες ἓξ, ἡμέραι δέκα. Πεπλήρωται τοίνυν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς ἐπὶ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου εἰς Βαβυλῶνα γενομένης τὰ ὑπὸ Δανιὴλ (47) τοῦ προφήτου εἰρημένα οὕτως ἔχοντα· « Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες (48) συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν (49), τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι (50) τὰς ἀδικίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι, καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρῖσαι Ἅγιον ἁγίων· καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκρίνασθαι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες

cum divina Providentia nutritus, septimo die servatur. Hic etiam factum est signum Jonæ, et Tobias ope Raphaelis angeli Saram ducit uxorem, cum dæmon septem primos ejus procos sustulisset; et post nuptias Tobiæ, pater ejus Tobet visum recipit. Hic Zorobabel, cum adversarios vicisset sapientia, emit a Dario renovationem Jerusalem, et cum Esdra rediit in patriam, per quem facta populi redemptio, et divinitus inspiratorum eloquiorum recensio et renovatio, et Pascha salutare celebratum est, et soluta est affinitas, quæ Hæbræis intercesserat cum alienigenis. Publico autem præconio ✠ antea proclamaverat Cyrus Hebræorum restitutionem. Cum autem Darii tempore effectum esset, quod promiserat, celebratum festum est Encæniorum, sicut etiam Tabernaculorum. Fiunt autem anni omnes cum annis captivitatis, usque ad populi restitutionem, ab ortu quidem Moysis, anni mille centum quinquaginta quinque, menses sex, decem dies; a regno autem David, anni, ut nonnulli quidem, trecenti quinquaginta duo; ut autem dicam accuratius, quingenti septuaginta duo, menses sex, decem dies. Impleta sunt ergo a captivitate, quam tempore Jeremiæ prophetæ Babylone passi sunt, ea, quæ a propheta Daniel dicta sunt, quæ sic habent: « Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super civitatem sanctam tuam, ut consumatur peccatum, et ut obsignet peccata, et deleat iniquitates, et ut expiet, et ut agat justitiam sempiternam, et obsignet visionem et prophetam, et ungat Sanctum sanctorum; et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeas, et ædifices Jerusalem, usque ad Chri-

✠ P. 393 ED. POTTER, 330 ED. PARIS.

vertere: « Tunc propter draconem Daniel injectus. » Nam quia draconem interfecerat, ideo missus est a Darii aulicis in lacum leonum, Danielis XIV. COLLECT.

(42) *Ἀνακαινισμός*. Respicit Apocryphum Esdræ librum, quo Esdras refertur legem, quæ igne absumpta fuerat, per Dei afflatum restituisse. Conf. IV Esdræ XIV, 39 et seq.

(43) *Προεκεκηρύχει*. Conf. I Esdræ, 1; VI, 1 et seq.

(44) *Τελεσθείσης*. Conf. I Esdræ VI, 16; item I Esdræ VII, 15.

(45) *Καὶ ἐπὶ τῆς Σκ.* Malim cum articulo, καὶ ἡ ἐπὶ τῆς Σκ. conf. Nehem. VIII, 16.

(46) *Τριακόσια*. Lege πεντακόσια, inquit Lowth.

(47) *Τὰ ὑπὸ Δανιήλ*. Conf. Tertullianus lib. *Adv. Judæos*, cap. 8, ubi ut hæc Danielis verba per adventum Christi completa fuisse ostenderet, Persicorum et Ægyptiorum regum, ac Romanorum etiam Imperatorum seriem chronologicam exhibet, in qua tamen in numeris annorum recensendis a Clemente sæpe abit.

(48) *Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδ*. Quoniam adversus Judæos tractari solet hic locus de septuaginta hebdomadibus, et varietas quædam lectionis apparet in iis quæ citantur a Clemente, propterea ad hæc nonnulla colligemus. Ac primum quod συνετμήθησαν vertit « abbreviatæ sunt » Hervetus, ex Vulgata Latina est; sed et Tertullianus *Adversus Judæos* ita reddidit. Quidam teste Theodoreto, « decretæ sunt; » Pagninus, « decisæ; » rabbini, « præcisæ, prædefinitæ, prædestinatæ; » Vatablus, « præfinitæ. » D. Hieronymus « abbreviatas » dicit, quod post « breve » tempus venturus esset Messias, ut Matth. XXIV dies persecutionis dicuntur « breviandi propter electos, » id est pauci futuri. Eusebius lib. VIII *Demonstrat. evang.*, dem. 22: Ὁ ἀρχάγγελος, ἐπιφανεὶς, τὴν ἀνανέωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ αὐτίκα τότε καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔσεσθαι θεσπίζει, τόν τε μετὰ τὴν ἀνανέωσιν αὐτῆς χρόνον εἰς ἐτῶν ἀριθμὸν περιορίζει, προλέγει τε ὡς κατὰ τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν αὖθις καθαιρήσεται. Sic in manuscr. legitur, non κατὰ τὴν ἀνανέωσίν αὐτῆς. COLLECT.

(49) *Τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν*. Hervetus addidit « tuam, » nam a Græco Clementis et LXX abest; et notat Eusebius, loco citato, vocem illam Aquilæ et Symmachi propriam esse, atque in quibusdam exemplaribus sub asterisco addi. Item lege hic, « ut consummetur peccatum, » τοῦ συντελεσθῆναι τὴν ἁμαρτίαν. COLLECT.

(50) *Καὶ τοῦ ἀπ.* Vulg. Biblia Danielis cap. IX: Καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀνομίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας. Mox, πλατεῖα καὶ περίτειχος pro πλατεῖα καὶ τεῖχος· sed simplex τεῖχος habet etiam Complut. editio. Rursum, τὴν δὲ πόλιν pro καὶ τὴν π. Tum, ὡς ἐν κατακλυσμῷ· et mox, τάξει ἀφανισμοῖς. Tum, διαθήκην πολλὴν pro διαθ. πολλοῖς· et mox Complut. καὶ ἐν ἡμίσει τῆς ἑβδ. Quæ deinceps sequuntur, cum Complutensi editione plane consonant: excepta ultima periodo, quæ a Complut. edit. abest: in cæteris editionibus ponitur ea periodus post illa Clementis, δυναμώσει διαθήκην πολλὴν ἑβδομὰς μία. Post ea enim verba in vulg. editionibus sequuntur ista: Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ. SYLBURG. — In codice Vaticano hæc postrema in margine scripta esse, adnotavit Flam. Nobilius.

Digitized by Google

stum ducem hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt, et convertetur et ædificabitur platea et murus, et inanientur tempora, et post sexaginta duas hebdomadas exterminabitur chrisma, et judicium non erit ipsi, et civitatem et sanctum destruet cum duce veniente. Exscindentur in inundatione, et usque ad finem belli abbreviati dejectionibus. Et confirmabit ✠ testamentum multum hebdomade una, et 143 in dimidio hebdomadis tolletur sacrificium meum et libamen, et in templo abominatio desolationum, et usque ad consummationem temporis, consummatio dabitur in desolationem. Et dimidium hebdomadis cessare faciet thymiama sacrifficii; et expansio destructionis usque ad consummationem et instar destructionis libaminis [a]. » Quod itaque in septem hebdomadibus ædificatum sit templum, hoc clarum est; in Esdra enim scriptum est. Et sic fuit Christus rex dux Judæorum, cum impletæ essent septem hebdomades, in Jerusalem : et in sexaginta duabus hebdomadibus quievit universa Judæa, et fuit absque bellis, et Dominus noster Christus, « Sanctus sanctorum, » cum venisset, et « visionem » implesset et « prophetam, » in carne « unctus » est Patris sui Spiritu. In his « sexaginta duabus hebdomadibus, » quemadmo-

A ἑξηκονταδύο (51)· καὶ ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται (52) πλατεῖα, καὶ τεῖχος· καὶ κενωθήσονται οἱ καιροὶ (53), καὶ μετὰ τὰς ἑξηκονταδύο ἑβδομάδας, ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ· καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ. Καὶ ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένοι ἀφανισμοῖς (54). Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλὴν ἑβδομὰς μία (55)· καὶ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος (56) ἀρθήσεταί μου θυσία καὶ σπονδή· καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τὸ ἐρημώσεων, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυμίαμα θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀφανισμοῦ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξιν ἀφανισμοῦ. » Ὅτι μὲν οὖν ἐν ἑπτὰ ἑβδομάσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς, τοῦτο φανερόν ἐστι· καὶ γὰρ ἐν

B τῷ Ἔσδρᾳ γέγραπται. Καὶ οὕτως ἐγένετο Χριστὸς βασιλεὺς Ἰουδαίων ἡγούμενος, πληρουμένων τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἐν Ἱερουσαλὴμ· καὶ ἐν ταῖς ἑξηκονταδύο ἑβδομάσιν ἡσύχασεν ἅπασα ἡ Ἰουδαία, καὶ ἐγένετο ἄνευ πολέμων· καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς, « Ἅγιος τῶν ἁγίων, » ἐλθὼν καὶ πληρώσας « τὴν ὅρασιν, καὶ τὸν προφήτην, ἐχρίσθη » τὴν σάρκα τῷ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ Πνεύματι· ἐν ταύταις « ταῖς ἑξηκονταδύο (57) ἑβδομάσι, » καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης,

✠ P. 394 ED. POTTER, 331 ED. PARIS. [a] Dan. IX, 24, 25, 26, 27.

(51) *Ἑξηκονταδύο.* Scribendum est « sexaginta duæ, » non ut Hervetus, « septuaginta duæ. » Paulo ante recte ad verbum, « visionem et prophetam; » non ut in Vulgata, « visionem et prophetiam; » licet enim sit etiam in Antuerpiensi ὅρασιν καὶ προφητείαν, tamen in Romana editione postrema LXX legitur καὶ προφήτην. Tertullianus « ut signetur visio et prophetes. » Aquila, ὁραματισμὸν καὶ προφήτην. COLLECT.

(52) *Καὶ ἐπιστρέψει καὶ οἰκοδομηθήσεται.* « Et convertet et ædificabitur, » vertere debuit interpres, nec imposuisset imprudens J. Pamelio, qui castigandum esse Clementem existimavit, quod hic legisset : « Et convertetur, » neque enim videtur Græcum exemplar habuisse. Vulgata Latina : « Et rursum ædificabitur; » quæ periphrasis est Hebraicæ phraseos, « redibit et reædificabitur, » hoc est rursus ædificabitur. Tertullianus : « Et convertet et ædificabitur. » Theodoreti interpres : « Et revertetur, et ædificabitur. » COLLECT.

(53) *Καὶ κενωθήσονται οἱ καιροί.* Sic etiam legitur in optima edit. Xysti V, καὶ ἐκκενωθήσονται, et apud Eusebium pag. 237. Tertullianus : « Et innovabuntur tempora, » quasi legerit Græce καὶ καινωθήσονται· quomodo etiam legi putant hic quidam apud Clementem, et hæc duo confundunt. Sequitur καὶ μετὰ τὰς ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδας, « post sexaginta duas hebdomad. » ut habet Romana editio, non, ut Antuerpiensis « sexaginta quatuor. » Postremo χρῖμα οὐκ ἔστεν αὐτῷ, non ut cæteri ἐν αὐτῷ. Eusebius in *Chron.* : « Et judicium non erit in eo. » COLLECT.

(54) *Ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένοι ἀφανισμοῖς.* Ita Romana editio, nisi quod addit τάξει ante ἀφανισμοῖς. Eusebius cum Clemente legit. Tertullianus : « Et concidentur quomodo in cataclysmo, usque ad finem belli, quod concidetur usque ad interitum : » atque ita quoque Theodoretus. In Eusebii *Chronico* sic vertit Hieronymus : « Et templum et sanctum corrumpet p. p. duce veniente, et cædentur in cataclysmo bellis » Sic enim legimus in duobus codicibus manuscriptis, non, « cataclysmo belli. » Latina : « Et post finem belli statuta desolatio, » propius ad Hebr. COLLECT.

(55) *Διαθήκην πολλὴν ἑβδομὰς μία.* At Romana et Antuerp. διαθήκην πολλοῖς. Tertullianus : « Et confirmabit testamentum multis. Hebdomada una, et dimidium hebdomadis auferetur meum sacrificium. » Latina : « Confirmabit testamentum multis hebdomada una. » COLLECT.

(56) *Καὶ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος.* Hæc apud LXX, in contextu Danielis non reperiuntur, quæ Græce sic habuit Florentina editio Clementis : Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυμίαμα θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀφανισμοῦ, ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξιν ἀφανισμοῦ· quæ quomodo corrigenda censuerit interpres, apparet ex ejus translatione. In editionis Romanæ adnotationibus admonetur ante illa verba, ἀρθήσεται θυσία, in quibusdam libris hæc scripta reperiri, et in marginem libri Vaticani intrusa esse : Καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας καὶ ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ. Ea vero sunt ex alia forte quadam editione, ex qua sumpsit hæc Tertullianus : « Et destruet pinnaculum usque ad interitum. » Nam, ut monet D. Hieronymus, tres fuerunt editiones Danielis, Aquilæ scilicet, Theodotionis et Symmachi, sed tamen juxta Theodotionem Ecclesiæ legebant. Quidam extrema hujus loci Danielis ex Hebræo sic vertunt : « Cessare faciet sacrificium et oblationem, et propter alam vel extensionem abominationum destruet, donec consummatio se effuderit super admirantem, » hoc est admirari fecerit videntes desolationem. Jerem. XVIII, 16 : « Ut fieret terra eorum in desolationem, » εἰς ἀφανισμὸν καὶ συρισμόν, ad verbum, « in admirationem; » et XXV, 9 : « Ponamque eos in stuporem, » omnes scilicet, qui id audiverint, obstupescent. Vide etiam hæc extrema aliter reddita apud D. Augustinum epist. 79. Eusebius in *Chron.* : « Et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem : » hoc est, irreparabilis erit et in perpetuum stabilita destructio. COL.

(57) *Ἐν ταύταις ταῖς ἑξ.* In Græcis, quæ proferuntur ab Herveto, Florentina editio interpuncto-

Digitized by Google

καὶ « ἐν τῇ μιᾷ ἑβδομάδι, » ὁ Κύριος· ἑβδομάδος τὸ ἥμισυ κατέσχε Νέρων βασιλεύων, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἔστησε τὸ βδέλυγμα· καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος (58) ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς, καὶ Ὄθων (59), καὶ Γάλβας, καὶ Οὐιτέλλιος· Οὐεσπεσιανὸς δὲ ἐκράτησε, καὶ καθεῖλε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἅγιον ἠρήμωσε. Καὶ ὡς ταῦθ' οὕτως ἔχει, τῷ δὲ συνιέναι δυναμένῳ δῆλον, καθὰ καὶ ὁ προφήτης εἴρηκε. Τοῦ ἑνδεκάτου τοίνυν ἔτους (60) πληρουμένου, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑπομένου, βασιλεύοντος Ἰωακεὶμ, ἡ αἰχμαλωσία εἰς Βαβυλῶνα γίνεται ὑπὸ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ, τῷ ἑβδόμῳ ἔτει (61) βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀσσυρίων, Αἰγυπτίων δὲ Οὐαφρῆ (62) βασιλεύοντος τῷ δευτέρῳ ἔτει, Φιλίππου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. Καὶ ἔμεινεν (63) ἡ

A dum dixit propheta, et « in una hebdomade, » Dominus: dimidium hebdomadis tenuit Nero regnans, et in sancta civitate Jerusalem statuit abominationem; et in dimidio hebdomadis, et ipse sublatus est, et Otho, et Galba, et Vitellius; Vespasianus autem et imperium obtinuit, et Jerusalem diruit, et sanctum desolatum reddidit. Et quod hæc ita se habeant, ei, qui potest quidem intelligere, clarum est, sicut dixit propheta. Cum itaque impleretur undecimus annus, in principio sequentis, regnante Joachim, facta est captivitas Babylonica a rege Nabuchodonosor, cum septimo jam anno rex esset Assyriorum, Vaphreus ✠ autem secundo anno esset rex Ægyptiorum, Philippus autem magistratum summum gereret Athenis, primo anno quadragesimæ octavæ Olympiadis. Mansit autem captivitas

B

✠ P. 395 ED. POTTER.

nem habuit post vocem ἥμισυ, quod si in Latina interpretatione constituatur post vocem « Dominus, » sic retineri poterit hæc lectio et exponi. In loco Danielis, qui allatus est a Clemente complectens ea, quæ apud LXX reperiuntur, et quæ aliunde adjici diximus, mentio fit primum septuaginta hebdomadum, deinde septem, tertio loco sexaginta duarum, postea unius, quarto dimidii hebdomadis, postremo alterius dimidii. Septem hebdomadas concludi ædificatione templi ait, jam in sexaginta duabus Christum esse et in una hebdomade, in qua dictum est illum confirmaturum pactum, sequitur dimidium hebdomadæ numerandum a tempore, quo constituta est a Nerone abominatio desolationis in civitate sancta usque ad ejus necem, postremo alterum dimidium a nece Neronis ad eversionem Jerusalem. Non enim septem annos continere vult C hanc hebdomadem, sed annos sex, menses quatuor, quorum unum dimidium pertinet ad ultimos imperii Neronis annos, alterum ad septemdecim menses Galbæ, Othonis et Vitellii cum biennio imperii Vespasiani, cujus anno secundo eversa fuisse Hierosolyma, *Chronica* Eusebii testantur. Vide, quæ postea Clemens ait, seipsum explicans p. 367. Quod vero attinet ad hanc Clementis chronologiam, in qua immanis reperitur annorum numerus, et qui septuaginta excedit hebdomadas, animadvertendum est, nonnullos non continuare annos omnes septuaginta hebdomadum, sed interrumpere: ut ab edicto Darii ad initium belli Judaici, ab eodem edicto ad discessum Nehemiæ, ab edicto Artaxerxis ad Christi cædem, item ab initio duodecimi Neronis ad annum secundum Vespasiani; quominus admirandum, Clementem usque ad eversionem urbis deducere hebdomadas: aut non continuare hiatum illum annorum a Christi passione ad tempus quo Nero abominationem desolationis constituit. Vide quæ ad stabiliendam suam sententiam, quæ in quibusdam cum Clemente convenit, disserit pluribus Scaliger lib. VI *De emendat. temp.* p. 288. Coll. — Apponam Eusebii verba *Chronic.* serm. 1, quæ huc spectare videntur: Τὰς μέν τοι Ο' ἑβδομάδας παρὰ τῷ Δανιὴλ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἐντεῦθεν εἴτις ἀριθμήσειεν, αἳ γίνονται ἔτη υιϛ' εὕροι ἂν αὐτὰς ἐπὶ Νέρωνα, Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, περαιουμένας, καθ' ὃν πολιορκεῖσθαι ἀρξαμένη ἡ πόλις μετὰ Νέρωνα ἔτει β', Οὐεσπασιανοῦ τὴν ἐσχάτην ἄλωσιν ὑπομένει.

D

(58) *Ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδ.* Vid. p. 341 ed. Paris.

(59) *Καὶ αὐτὸς, καὶ Ὄ.* Rectius καὶ αὐτὸς, καὶ Γάλβας, καὶ Ὄθων, ut infra pag. 147, nam ante Othonem imperavit Galba. Sylburg.

(60) *Τοῦ ἑνδεκάτου ἔτους.* Scilicet Joachimi: qui cum annos undecim regnasset, cessit Jechoniæ, seu Joachino, cujus regni tertio mense Judæi captivitatem passi sunt. Conf. IV Reg. XXIII, 36; XXIV, 8, 10, 14. Porro, quod Clemens Joachinum, Ἰωακεὶμ imprudenter appellarit, superius admotatum est.

(61) *Τῷ ἑβδόμῳ ἔτει.* Seu « octavo, » ut dicitur IV Reg. XXIV, 12.

(62) *Οὐαφρῆ.* In Flor. ed., Οὐαφρηοῦς, duplici lectione in unam contracta, Οὐαφρῆ nempe, et Οὐαφροῦ, vel potius, retracto accentu, Οὐάφρου, ut bis postea. Sylburg. — Exscripsit hunc locum Eusebius in *Chron.* ad Olympiad. XLVII: « Sententiæ autem nostræ etiam Clemens congruit, in primo Stromate, XLVII Olympiade captivitatem Judæorum factam esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phænippo, et supputari septuaginta annos desolationis templi usque in secundum an. Darii. » Clemens ait Φιλίππου, Ἀθήνησιν ἄρχοντός, « prætore » vel « principe Athenis Philippo, » et ad XLVIII, non XLVII, refert Olymp.; in uno manuscr. P. Pithœi erat XLIX Olymp., in aliis duobus XLVII. Sequitur apud Eusebium locus alter sic ex auctoritate codicum vet. legendus: « Capta Hierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem, regem Ægypti, Judæorum reliqui transfugerunt. Hujus Vaphris Jeremias quoque propheta certo loco meminit. » Vide Jeremiæ XLIV, 30: « Ecce ego tradam Pharaonem Ephree, regem Ægypti, in manu inimicorum ejus. » LXX: Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι τὸν Φαραὼ Οὐαφρῆ, βασιλέα Αἰγύπτου, εἰς χεῖρας ἐχθροῦ αὐτοῦ. Clemens ait: Οὐαφρηοῦς βασιλεύοντος. Collect. — Porro non « Philippum, » sed « Phænippum, » archontis Atheniensis, quem memorat Clemens, nomen fuisse existimavit Jos. Scaliger.

(63) *Καὶ ἔμεινεν.* Hæc quoque retulit in *Chronicum* suum Eusebius ad Olymp. LXIV: « Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens: Et perseveravit captivitatis ann. septuaginta, usque ad secundum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis et Ægypto regnavit: sub quo Aggæus, et Zacharias, et unus de duodecim, qui vocatur Angelus, prophetaverunt, sacerdotioque functus est Jesus, filius Josedech. Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darii fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias propheta, secundo anno Darii dicens: Domine omnipotens, quousque non misereberis Jerusalem, et civitatibus Judæ, quas despexisti? iste septuagesimus annus est. » Ita legitur in manuscriptis: atque illud, « despexisti, » verius est, quam quod fuit hactenus, « aspexisti: » nam et Vulgata vertit, « quibus iratus es, » quod in margine additum erat. Nihilominus tamen hic locus non efficit, ut ei assentiamur, præsertim cum Eusebius ipse lib. X *De præpar. Evang.*, cap. ult. in primo anno Cyri finitos esse captivitatis annos fateatur. Quod ipsum affirmant et Josephus lib. XI *Antiq.*,

Digitized by Google

annis septuaginta, ut quæ cessarit anno secundo Darii Hystaspis filii, qui fuit rex Persarum, Assyriorum et Ægyptiorum; cujus tempore, ut prius dixi, Aggæus, et Zacharias, et Angelus qui fuit ex duodecim unus, prophetavere; erat autem pontifex Jesus, Josedec filius. In secundo autem anno regni Darii, quem dicit Herodotus magorum dissolvisse imperium, mittitur Zorobabel, filius Salathiel, ut excitet et exornet templum, quod erat Hierosolymis. Colliguntur autem sic quoque Persarum tempora: Cyrus, annis triginta; Cambyses, novemdecim; Darius, quadraginta sex; Xerxes, viginti sex; Artaxerxes, quadraginta et unum; Darius, octo; Artaxerxes, quadraginta duos; Ochus vel Arses, tres. Colliguntur autem simul anni regum Persarum, ducenti triginta quinque. Cum hunc itaque Darium sustulisset Alexander Macedo, intra hos annos regnare incipit. Similiter ergo Macedonum quoque regum tempora sic colliguntur: Alexander, annis decem et octo; Ptolemæus, ✠ Lagi filius, annis quadraginta; Ptolemæus Philadelphus, annis viginti septem; deinde Evergetes, annis viginti quinque; deinde Philopator, annis septemdecim; post quem Epiphanes, annis viginti quatuor; ei succedit Phi-

A αἰχμαλωσία ἐπὶ ἔτῃ ἑβδομήκοντα, καταλήξασα εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τῆς Δαρείου (64) τοῦ Ὑστάσπου, τοῦ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων γεγενημένου βασιλέως· ἐφ' οὗ, ὡς προεῖπον, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καὶ ὁ ἐκ τῶν δώδεκα Ἄγγελος, προφητεύουσι· καὶ ἦν ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ. Κάν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς Δαρείου βασιλείας, ὃν φησιν Ἡρόδοτος (65) καταλῦσαι τὴν τῶν μάγων ἀρχήν, ἀποστέλλεται Ζοροβάβελ, ὁ τοῦ Σαλαθιήλ, ἐγεῖραι καὶ ἐπικοσμῆσαι τὸν νεών, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις. Συνάγονται οὖν καὶ τῶν Περσῶν οἱ χρόνοι οὕτω· Κῦρος, ἔτη τριάκοντα (66)· Καμβύσης, δεκαεννέα (67)· Δαρεῖος, ἓξ καὶ τεσσαράκοντα (68)· Ξέρξης, ἓξ καὶ εἴκοσι· Ἀρταξέρξης ἓν καὶ τεσσαράκοντα· Δαρεῖος, ὀκτώ (69)· Ἀρταξέρξης, τεσσαρακονταδύο· Ὦχος ἢ Ἄρσης, B τρία (70). Συνάγεται ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν Περσικῶν ἔτη διακόσια τριακονταπέντε (71). Καθελὼν δὲ τὸν Δαρεῖον τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν κατὰ τὰ προκείμενα ἔτη, βασιλεύειν ἄρχεται· ὁμοίως οὖν καὶ τῶν Μακεδονικῶν βασιλέων οἱ χρόνοι οὕτω κατάγονται· Ἀλέξανδρος, ἔτη δεκαοκτώ (72)· Πτολεμαῖος (73) ὁ Λαγοῦ (74), ἔτη τεσσαράκοντα· Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, ἔτη εἰκοσιεπτά (75)· εἶτα ὁ

✠ P. 396 ED. POTTER, 332 ED. PARIS.

Lactant. lib. IV, c. 5; Cyril. VIII *in Julianum;* Julius Africanus *Annal.* V; Sulpitius II *Hist.*, et alii. Nam si in secundo Darii anno finirentur, necesse esset, ut a desolatione Jerusalem ad primum Cyri annum non plus triginta numerarentur, cum quadraginta ab eo ad secundum Darii numerent auctores hujus sententiæ. At constat Nabuchodonosor regnasse post desolationem, ut traditur IV Reg. XXV, annos viginti octo. Post eum quatuor imperarunt Evilmerodach, Niglissarus, Laborsadachus, et Nabonidus, ut Josephus, Hieronymus, et Eusebius tradunt, septemdecim annis; ita erunt anni quadraginta tres a desolatione Jerusalem usque ad primum Cyri. Ergo ad secundum Darii plures septuaginta. Vide B. Pererium, lib. X in Danielem. COLLECT.

(64) *Τῆς Δαρείου.* Subaudiendum βασιλείας· ut paulo post, τῆς Δαρείου βασιλείας. SYLBURG.

(65) *Ἡρόδοτος.* Respicit Herodoti lib. III, c. 70.

(66) *Ἔτη τριάκοντα.* Consentit in *Chronico* Eusebius; ἑνὸς δέοντα τριάκοντα, « unum de triginta, » inquit Herodotus lib. I, cap. 214; τριάκοντα ὀκτώ, Theophilus.

(67) *Καμβύσης δεκαεννέα.* « Cambyses novemdecim. » Nisi potius scribendum sit: Καμβύσης δὲ ἐννέα, « Cambyses autem novem. » Nam Eusebius Cambysi octo annos tribuit, quibus si septem menses addantur, quibus magi ante Darium regno potiti sunt, Cambyses novennali spatio potietur. Herodotus Cambysi annos septem et menses quinque tribuit, lib. III, cap. 66: Ἀπήνεικε Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε. « Vitam eripuit Cambysi, Cyri filio, cum regnasset septem omnino annos et menses quinque. »

(68) *Δαρεῖος, ἓξ καὶ τεσσαράκοντα.* Ἓξ πρὸς τοῖς τριάκοντα, Eusebius. Idem Xerxæ tribuit annos viginti quinque, et post eum Artabano menses septem, ante quam Artaxerxes imperio potitus est: cui, perinde ac Clemens, annos quadraginta unum tribuit.

(69) *Ὀκτώ.* Δεκαοκτώ, Eusebius.

(70) *Ὦχος ἢ Ἄρσης, τρία.* Ochi duo fuere: primo, Artaxerxes Ochus, cui Eusebius annos viginti sex et alio loco viginti septem tribuit: dein, Arses Ochus, seu Arsiochus, cui Eusebius annos duos et alio loco quatuor dedit. Clemens priorem Ochum, seu nominum similitudine deceptus, seu memoriæ lapsu, omisit; ut etiam Darium, Arsæ filium, regum Persiæ postremum, qui cum sex annos regnasset, ab Alexandro devictus est, ut statim sequitur.

(71) *Τριακονταπέντε.* Δεκαπέντε potius, prout jam numeri sese habent.

(72) *Δεκαοκτώ.* Δώδεκα, Eusebius, aliique.

C (73) *Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ.* Quoniam varia erant Lagidarum Ptolemæorum cognomina, eo factum est, ut in iis enumerandis historici non consentiant. Consentiunt plerique a Lagi filio usque ad Philometora, ut Tertullianus, Eusebius, Epiphanius (nisi quod hic eum Philopatora dicat), et Strabo, qui reges illos successisse ait, παῖς παρὰ πατρὸς ἀεὶ διαδεχόμενοι, usque ad Philometora. Tertius, Evergetes dicitur etiam Epiphanes in prologis Trogi cum Justino editis; sic enim lego illud Utrulphonæ. Quartus, Straboni ὁ Φιλοπάτωρ τῆς Ἀγαθοκλείας, de quo Justinus lib. XXX. Quintus, ejus filius Epiphanes, cui tutor a Romanis datus M. Lepidus, maritus Cleopatræ, Antiochi Epiphanis sororis. Sextus, Philometor, quem Popilius adversus Antiochum est tutatus. Strabo: Τοῦτον ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι. Hic fratris filium occidit. Justinus lib. XXXVIII. Idem ergo est Evergetes et Physcon et Soter, frater D Philometoris, non duo, ut viri docti cum Eusebio volunt. Septimus, ejus filius ὁ Ἀθουρος ἐπικληθεὶς Straboni, Latyros in prologo Trogi XXXIX, Lathyrus aliis, quem mater ejecit. Octavus, Alexander, Eusebio IX, quem ita de eo lego in 2 manuscr.: « Expulso de regno Physcone Ptolemæo per matrem Cleopatram, et in Cyprum secedente, Ptolemæus, qui et Alexander, succedit. » Nonus, Lathyrus iterum, de quo ita Euseb. legendus: « Ptolem. qui a matre fuerat ejectus, regressus de fuga, regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant. » Decimus, filius ejus, quem Strabo Auletem, Euseb. Dionysium. Alii Dionysium fratrem Cleopatræ putant; sed quia non diu regnavit, ab aliis cum Notho et Alexandro II omittitur. COLLECT.

(74) *Λαγοῦ.* Scribendum Λάγου, ut Clemens infra, et alii.

(75) *Εἰκοσιεπτά.* Eusebius, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα.

Digitized by Google

Εὐεργέτης, ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι· εἶτα ὁ Φιλοπάτωρ, ἔτη ἑπτακαίδεκα· μεθ' ὃν ὁ Ἐπιφανής, ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι· τοῦτον διαδέχεται ὁ Φιλομήτωρ, καὶ βασιλεύει ἔτη πέντε καὶ τριάκοντα· μεθ' ὃν ὁ Φύσκων, ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι (76)· εἶτα ὁ Λάθουρος, ἔτη ἓξ καὶ τριάκοντα· εἶτα ὁ ἐπικληθεὶς Διόνυσος, ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι (77)· ἐπὶ πᾶσιν ἡ Κλεοπάτρα ἐβασίλευσεν ἔτη δύο καὶ εἴκοσι· μεθ' ἣν ἡ τῶν Καππαδόκων βασιλεία ἡμερῶν ὀκτωκαίδεκα. Γίνονται τοίνυν ἐπὶ ταὐτὸ καὶ οἱ τῶν Μακεδόνων βασιλέων χρόνοι, ἔτη τριακόσια δώδεκα, ἡμέραι ὀκτωκαίδεκα. Ἀποδείκνυνται τοίνυν οἱ ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου προφητεύσαντες, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καὶ ὁ ἐκ τῶν δώδεκα Ἄγγελος, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος προφητεύσαντες, πρεσβύτεροι εἶναι Πυθαγόρου, τοῦ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα φερομένου· καὶ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν Θαλοῦ, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα γενομένου. Συνεχρόνισαν δὲ οἱ συγκαταλεγέντες σοφοὶ τῷ Θαλεῖ, ὡς φησιν Ἄνδρων ἐν τῷ *Τρίποδι*. Ἡράκλειτος γάρ, μεταγενέστερος ὢν Πυθαγόρου, μέμνηται αὐτοῦ ἐν τῷ συγγράμματι. Ὅθεν ἀναμφιλέκτως τῆς τῶν προειρημένων προφητῶν ἡλικίας, σὺν καὶ τοῖς ἑπτὰ λεγομένοις σοφοῖς, προγενεστέρα ἂν εἴη ἡ Ὀλυμπιὰς ἡ πρώτη, ἣ καὶ ὑστέρα τῶν Ἰλιακῶν δείκνυται ἔτεσι τετρακοσίοις ἑπτά. Ῥᾴδιον τοίνυν συνιδεῖν Σολομῶντα, τὸν κατὰ Μενέλαον γενόμενον (ὁ δὲ κατὰ τὰ Ἰλιακὰ ἦν), πολλοῖς ἔτεσι πρεσβύτερον τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν. Τούτου δ' αὖ ὁπόσοις ἔτεσι Μωϋσῆς προτερεῖ, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν δεδήλωται. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πολυΐστωρ ἐπικληθείς, ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι ἀνέγραψέν τινας ἐπιστολὰς (78), Σολομῶντος μὲν πρός τε Οὐάφρην τὸν Αἰγύπτου βασιλέα, πρός τε τὸν Φοινίκης Τυρίων, τάς τε αὐτῶν πρὸς Σολομῶντα· καθ' ἃ δείκνυται ὁ μὲν Οὐάφρης ὀκτὼ μυριάδας ἀνδρῶν Αἰγυπτίων ἀπεσταλκέναι αὐτῷ εἰς οἰκοδομὴν τοῦ νεώ· ἄτερος δὲ τὰς ἴσας σὺν ἀρχιτέκτονι Τυρίῳ, ἐκ μητρὸς Ἰουδαίας, ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ (79), ὡς ἐκεῖ γέγραπται, Ὑπέρων τοὔνομα (80). Ναὶ μὴν Ὀνομά-

A lometor, et regnat annis triginta quinque; post quem Physcon, annis viginti novem; deinde Lathurus, annis triginta sex; deinde qui fuit cognominatus Dionysius, annis viginti novem; postrema regnavit Cleopatra viginti duobus annis. Post quam fuit regnum Cappadocum octodecim dierum. Fiunt ergo simul conjuncta Macedonum tempora regum, anni trecenti duodecim, dies octodecim. Apparet ergo, eos, qui tempore Darii, Hystaspis filii, secundo anno ejus regni prophetavere, nempe Aggæum et Zachariam, et Angelum, qui fuit ex duodecim prophetis unus, cum in primo anno quadragesimæ octavæ Olympiadis prophetarint, esse Pythagoræ antiquiores, qui fertur fuisse sexagesima secunda Olympiade; et Thalete, qui ex Græcorum sapientibus fuit antiquissimus, qui fuit circa quinquagesimam Olympiadem. Qui autem cum Thalete connumerati sunt sapientes, fuerunt eodem tempore, ut ait Andron in *Tripode*. Heraclitus enim, cum esset Pythagoræ posterior, ejus in suis scriptis meminit. Unde citra controversiam, ætate eorum, qui prius dicti sunt, prophetarum, simul cum iis etiam, qui septem dicuntur sapientes, antiquior fuerit prima Olympias, quæ etiam ostenditur fuisse Iliacis posterior, quadringentis septem annis. Facile ergo potest perspici, Salomonem, qui fuit tempore Menelai (is autem fuit temporibus Trojanis), fuisse Græcorum sapientibus multis annis antiquiorem. Eo autem rursus quot sit annis prior Moyses, in iis, quæ ante dicta sunt, a nobis declaratum est. Alexander autem, qui Polyhistor est cognominatus, in suo opere de Judæis, aliquas descripsit epistolas, Salomonis quidem, et ad Vaphrem regem Ægypti, et ad regem Phœniciæ Tyriorum, et eorum ad Salomonem, in quibus ostenditur quidem Vaphrem octoginta millia virorum Ægyptiorum ei misisse ad templi ædificationem; alterum autem totidem cum architecto Tyrio, ex matre Judæa, ex tribu David, ut illic scriptum est, cui nomen Hyperon. Quinetiam Onomacritus Atheniensis, cujus dicuntur esse poemata quæ Orpheo ascribuntur, tempore principa-

B

C

D

✠ P. 397 ED. POTTER, 332-333 ED. PARIS.

(76) *Ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι.* Eusebius, ἔτη ιζ', μῆνας ς'. Idem Ptolemæo Evergetæ, quem a Physcone diversum facit, annos viginti novem tribuit.

(77) *Ἔννέα καὶ εἴκοσι.* Sic etiam quodam in loco Eusebius: sed alias huic regi triginta annos tribuit.

(78) *Ἐπιστολάς.* Salomonis et Hirami Tyrii epistolas memorant Menander Ephesius apud Theophilum Antiochenum, *Ad Autolycum* lib. III, p. 131, 132 edit. Paris., et Josephus *Antiquitat. Judaic.* lib. VIII, cap. 2, ubi refert, ipsas epistolas in Tyri archivis suo tempore asservatas fuisse. Idem eosdem reges ænigmata sibi invicem misisse, ex Dii *Historia Phœnicia* refert, lib. I *Adv. Apionem.* Ipsæ epistolæ etiamnum exstant apud Eusebium *Præp. Evangel.* lib. IX, c. 31 et seq.

(79) *Ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ.* Sic etiam apud Eusebium legitur. Scribendum erat, ἐκ τῆς φυλῆς Δάν, « ex tribu Dan. » Respexit enim harum epistolarum auctor II Paralip. II, 13: « Misi tibi virum prudentem et scientissimum... filium mulieris de filiabus Dan; cujus pater fuit Tyrius. »

(80) *Ὑπέρων τοὔνομα.* Architectus hic Hiram, vel Huram, dictus est, III Reg. VII, 13 et 40. Unde igitur Ὑπέρων nomen? scilicet ex epistolæ verbis perperam scriptis aut lectis. Ea vero apud Eusebium sic se habent: Ἀπέσταλκά σοι Τυρίων καὶ Φοινίκων ὀκτακισμυρίους, καὶ ἀρχιτέκτονά σοι ἀπέσταλκα ἄνθρωπον Τύριον, ἐκ μητρὸς Ἰουδαίας, ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Δαβίδ· ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτὸν ἐρωτήσῃς τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων κατ' ἀρχιτεκτονίαν, ὑφηγήσεταί σοι, καὶ ποιήσει. « Misi tibi Tyriorum et Phœnicum octo myriadas, et architectum misi tibi hominem Tyrium, ex Judæa matre, e tribu David. Quæcunque eum interrogaveris eorum quæ sub cœlo sunt, et ad architectonicam spectant, ille tibi explicabit, et effecta dabit. » Clemens legisse videtur, ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ, Ὑπέρων, ἂν αὐτ. pro ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ· ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτ., indeque Ὑπέρωνα proprium esse architecti nomen putavit. Quod in codicibus continuo ductu absque ulla vocum distinctione exaratis facilius, quam in nostris, fieri potuit.

Digitized by Google

tus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem, invenitur. Et Orpheus, Musæi discipulus, qui una cum Hercule navigavit. Amphion autem duabus generationibus præcedit **144** Iliaca. Demodocus vero et Phemius, post Trojam captam; ille quidem apud Phæacas, hic vero apud procos, propter artem pulsandi citharam in magna erant existimatione. Jam vero quæ Musæi feruntur esse *Responsa*, aiunt esse Onomacriti; *Craterem* vero Orphei, Zopyri Heracleotæ; et *Descensum ad inferos* esse Prodici Chii. Ion autem Chius in *Trigrammis* refert Pythagoram quoque quædam ad Orpheum retulisse. Epigenes autem in iis quæ scripsit de poesi, quæ refertur ad Orpheum, dicit esse Cercopis Pythagorei *Descensum ad inferos*, et *Sacram orationem; Peplum* autem et *Physica*, Brontini. Porro autem nonnulli quoque Terpandrum inter priscos referunt. Hellanicus certe eum refert

A κριτος (81) ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγετσι εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται· Ὀρφεύς τε, ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, Μουσαίου μαθητής (82)· Ἀμφίων γὰρ δυσὶ προάγει γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν· Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος, μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν (83)· ὁ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Φαίαξιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι, κατὰ τὸ κιθαρίζειν εὐδοκιμοῦν (84). Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον (85) *Χρησμοὺς* Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι· τὸν *Κρᾶτητα* (86) δὲ τὸν Ὀρφέως, Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· τήν τε *Εἰς ᾅδου κατάβασιν* (87), Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς *Τριγράμμοις* (88) καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς B περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, Κέρκοπος (89) εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν *Εἰς ᾅδου κατάβασιν* καὶ τὸν *Ἱερὸν λόγον*· τὸν δὲ *Πέπλον* καὶ τὰ

(81) *Ὀνομάκριτος*. E Tatiano hæc sumpsit Clemens, cujus verba sub finem *Orat. ad Græc.* sunt hæc : Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν, ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Τοῦ δὲ Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος. Ἀμφίων δὲ, δυσὶ προάγων γενεαῖς, τοῦ πλείονα πρὸς τοὺς φιλομαθεῖς συντάττειν ἀπείργει ἡμᾶς. Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον γεγόνασι, διέτριβον γὰρ ὁ μὲν παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς Φαίαξιν. « Orpheus una cum Hercule vixit; nam quæ attribuuntur ei poemata Onomacritus Atheniensis, Pisistrati filiis imperantibus, circa quinquagesimam Olympiadem composuisse fertur. Orphei discipulus fuit Musæus. De Amphione autem non opus est plura dicere, quod constet duabus ætatibus ante Trojanum bellum claruisse. Porro Demodocus et Phemius sub ipso bello Trojano celebres fuerunt : hic enim procis, ille Phæacibus conversabatur. » Suidas Orphei scripta recitans : *Χρησμοὺς*, οἱ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. *Τελετὰς*, ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου. Alii aliis auctoribus Orphei poemata tribuerunt. Conf. Lilius Gyraldus in *Vitis poetarum*, Vossius *De poetis Græcis*.

(82) *Ὀρφεύς τε, ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, Μουσαίου μαθητής*. Hæc hoc, vel alio simili modo scribenda sunt : Ὀρφεύς τε, ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, οὗ Μουσαῖος μαθητής. Vel, Ὀρφέως τε, τοῦ συμπλεύσαντος Ἡρακλεῖ, Μουσαῖος μαθητής. « Et Orphei, qui cum Hercule » in Argonautica expeditione « navigavit, Musæus discipulus fuit. » Nam Tatianus, loco superius posito, unde horum pleraque Clemens accepit, dicit : Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος. « Orphei discipulus fuit Musæus. » Quinetiam alii omnes consentiunt, Orpheum Musæi magistrum fuisse.

(83) *Μετὰ τὴν Ἴ. ἅ.* Tatiani editor scribendum putavit, κατὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν· quod quidem respondet Tatiani verbis, κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον. Sed nihil muto, quia μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, decem scilicet annos « post Trojam captam, » Ulysse domum redeunte, introducitur ab Homero, inter Phæaces quidem Demodocus, inter Penelopes autem procos Phemius. *Odyss.* A, vers. 153 :

Κῆρυξ δ' ἐγγὺς ἰὼν κίθαριν περικαλλέα θῆκεν
Φημίῳ, ὃς τέ ῥα πολλὸν ἐκαίνυτο πάντας ἀείδων·
Φημίῳ, ὃς ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ.

Præco autem in manus citharam perpulchram posuit
Phemio, qui quidem multum omnes superabat
[*versus fundens;*
Phemio, qui quidem cecinit inter procos vi coactus.

Odyss. Θ, vers. 43 :

. . . . . *Καλέσασθε δὲ θεῖον ἀοιδὸν,*
Δημόδοκον· τῷ γάρ ῥα θεὸς πέρι δῶκεν ἀοιδὴν
Τερπνὴν, ὅππη θυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν.

. . . . . *Advocate etiam divinum cantorem,*
Demodocum : huic enim Deus excellenter dedit
[*cantilenam*
Ad oblectandum, quocunque animus eum impulerit
[*canere.*

(84) *Εὐδοκιμοῦν*. Structuræ lex postulat εὐδοκιμοῦν, vel dualiter εὐδοκιμείτην, vel singulariter εὐδοκίμει. SYLBURG.

(85) *Μουσαῖον*. Pausanias in *Atticis* pag. 39 edit. Hanov. : Ἐγὼ δὲ ἔπη ἐξελεξάμην, ἐνοῖς ἐστι, πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον (f. φερόμενον)· δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον εἰς Δημήτερα ὕμνος Λυκομήδει· « Ego etiam carmina adnotavi, in quibus dictum, Musæum volitare a Borea vectum. Ut mihi autem videtur, ea fecit Onomacritus; nec quidquam exstat, quod Musæi certo sit, præter hymnum in Cererem, Lycomedi dicatum. »

(86) *Κράτητα*. Scribendum Κρατῆρα. Suidas Κρατῆρας vocat, v. Ὀρφεύς· Κρατῆρας, ταῦτα Ζωπύρου φασίν. Idem Ἱεροὺς λόγους vocat, quos Clemens in singul. num. Ἱερὸν λόγον. Κρατῆρα legendum, monuerunt etiam Lowthius et Reinesius *Var. lect.* lib. I, et rursus lib. III, cap. 3.

(87) *Εἰς ᾅδου κατάβ.* Suidas hoc opus Herodico Perinthio tribuit : Εἰς ᾅδου κατάβασιν· ταῦτα Ἡροδίκου Περινθίου.

(88) *Τριγράμμοις*. Τριασμοὺς hoc poema vocavit Suidas : Ἔγραψε δὲ τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ. Sed verum hujus operis nomen fuisse Τριαγμοί, locuples testis est Harpocration v. Ἴων, quod olim observavit Casaubonus, itemque Menagius *Observat.* in hæc Diogenis Laertii verba (e quibus sua sumpsisse videtur Clemens) in Pythagora pag. 493 : Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν ἕνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα· « Ion autem in *Triagmis* ait Pythagoram, cum poema quoddam scripsisset, Orphei titulum adnotasse. » Conf. Reinesius *Var. lect.* lib. I, cap. 22, et Bentleius nostras in Dissertatione critica Malelæ subjuncta.

(89) *Κέρκοπος*. Malim Κέρκωπος per ω. Sic enim scribendum esse monuit Suidas, Κέρκωψ, Κέρκωπος· Κέκροψ δὲ, Κέκροπος. Idem Orphei scripta enumerans, Κέρκωπος retinuit, v. Ὀρφεύς· Ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ', λέγονται δὲ εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ· οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Cicero lib. I *De natura deorum* : « Orpheum poetam Aristoteles docet nunquam fuisse; et hoc Orphicum

Digitized by Google

Φυσικὰ Βροντίνου (90). Ναὶ μὴν καὶ Τέρπανδρον ἀρχαῖζουσί τινες· Ἑλλάνικος γοῦν τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ Μίδαν γεγονέναι· Φανείας δὲ, πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον, Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον· διημιλλῆσθαι δὲ τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι· Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς, περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Διονύσιος, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην (91) Θάσον ἐκτίσθαι (92)· ὡς εἶναι συμφανὲς (93), τὸν Ἀρχίλοχον μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἤδη γνωρίζεσθαι Ὀλυμπιάδα. Μέμνηται γοῦν καὶ τῆς Μαγνητῶν ἀπωλείας, προσφάτως γεγενημένης. Σιμωνίδης μὲν οὖν κατὰ Ἀρχίλοχον φέρεται· Καλλῖνος (94) δὲ, πρεσβύτερος οὐ μακρῷ· τῶν γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχίλοχος ἀπολωλότων, ὁ δὲ εὐημερούντων μέμνηται. Εὔμηλος δὲ ὁ Κορίνθιος, πρεσβύτερος ὢν, ἐπιβεβληκέναι Ἀρχίᾳ τῷ Συρακούσας κτίσαντι. Καὶ ταῦτα μὲν προήχθημεν εἰπεῖν, ὅτι μάλιστα ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς τοὺς τοῦ κύκλου ποιητὰς (95) τιθέασιν. Ἤδη δὲ καὶ παρ' Ἕλλησι χρησμολόγοι συχνοὶ γεγονέναι φέρονται, ὡς οἱ Βάκιδες (96),

A fuisse ✠ tempore Midæ; Phanias autem ponens Leschen Lesbium ante Terpandrum, refert Terpandrum esse Archilocho recentiorem, Leschen autem concertasse cum Arctino, et vicisse; Xanthus autem Lydius circa octavam decimam Olympiadem; ut autem Dionysius, circa quintam decimam Olympiadem Thasum fuisse conditam; ut sit evidens jam cognitum fuisse Archilochum post vicesimam Olympiadem. Meminit certe et Magnetum exitii, ut paulo ante facti. At fertur quidem Simonides fuisse tempore Archilochi; Callinus autem non multo antiquior; Magnetum enim interitus meminit Archilochus; hic vero eorumdem, ut quorum essent res secundæ, meminit. Eumelus autem Corinthius, cum esset antiquior, dicitur congressus fuisse cum Ar-
B chia, qui condidit Syracusas. Et hæc quidem inductus sum ut dicerem, quod maxime quidem inter vetustissimos poetas ponant cyclicos. Jam vero inter Græcos quoque dicuntur fuisse multi, qui responsa dederunt, sicut Bacides; unus quidem Bœo-

✠ P. 398 ED. POTTER.

carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse Cercopis. »

(90) *Βροντίνου*. Suidas, loco jam dicto: *Πέπλον καὶ Δίκτυον*· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· οἱ δὲ, Βροτίνου. Ubi scribendum Βροντίνου, ut paulo post hunc virum rectius ipse vocat.

(91) *Πεντεκαιδεκάτην*. Archilochum Olymp. XXIII claruisse testantur Tatianus et Eusebius.

(92) *Θάσον ἐκτίσθαι*. Quomodo ex eo, quod Thasus Olympiade XV condita fuit, apparet Archilochum post Olymp. XX claruisse? Certe Archilochus non e Thaso, sed Paro oriundus fuit, idque ante
C Thasum conditum. Porro videtur hic locus mutilus esse. Thasi autem una cum Archilocho meminit fortasse Clemens, eo quod urbs ea jussu oraculi Telesicli, Archilochi filio, dati condita fuerit. Stephanus Byzantinus v. Θάσος· Ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου·

Ἄγγελον Παρίοις, Τελεσίκλεις, ὥς σε κελεύω,
Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

« Quod autem Thassus dicta etiam fuerit Aeria, patet ex oraculo Archilochi filium sic hortanti:

Dic Pariis, Telesicles, ut te jubeo,
Insula in Aeria urbem claram ut condant. »

Hinc Thasum, Pariorum coloniam vocat Thucydides lib. IV, et Strabo lib. X, p. 487, ait: Πάρος· ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής· ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. « Parus, unde oriundus fuit Archilochus poeta. A Pariis autem condita est Thassus. »

(93) *Συμφανές*. Flor. edit., συμπαθές, nihil ad
D rem. SYLBURG.

(94) *Καλλῖνος*. Hæc Clemens a Strabone, vel uterque ab eodem auctore didicit. Sic enim ille, *Geograph.* lib. XIV, p. 647: Καὶ τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἀρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους, εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον· τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον. Καλλῖνος μὲν οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι Μαγνήτων μέμνηται, καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ· Ἀρχίλοχος δὲ ἤδη φαίνεται γνωρίζων τὴν γενομένην αὐτοῖς συμφορὰν, κλαίειν θάσσον οὗ τὰ Μαγνήτων κακά· ἐξ οὗ καὶ νεώτερον εἶναι Καλλίνου τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. « Antiquitus contigit Magnetibus, ut funditus a Treribus delerentur, gente Cimbrica, quæ diu lætis usa est successibus; sequenti autem anno Milesii locum obtinerent. Unde Callinus quidem ita meminit Magnetum, ut qui secundis adhuc rebus uterentur, et in bello contra Ephesios feliciter decertarent: Archilochus autem jam cognitam habens eorum calamitatem, videtur plorare Magnetum mala; unde etiam colligi potest, fuisse eum Callino posteriorem. »

(95) *Κύκλου ποιητάς*. Κύκλον, Ἐπικὸν κύκλον, vel τὸν τῶν ἐποποιῶν κύκλον vocabant corpus quoddam poeticum, constans ex antiquissimis poetis epicis, qui historiam fabularem descripserunt. Ejus meminit Horatius *De arte poet.* vers. 132:

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem

Et rursus vers. 136:

Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.

Totum epici cycli argumentum Photius in *Bibliotheca* ex Proclo declaravit his verbis: Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου Ἐπικοῦ κύκλου· ὡς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως· ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας γινώσκουσιν Ἑκατόγχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίκτουσι Κύκλωπας. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τά τε ἀλλὰ τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, κᾀ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. Καὶ περατοῦται ὁ *Ἐπικὸς κύκλος* συμφορούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσέως. Λέγει δὲ, ὡς τοῦ *Ἐπικοῦ κύκλου* τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. Λέγει δὲ καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν *Ἐπικὸν κύκλον*. « Disserit etiam de cyclo epico, quod incipiat a fabulari Cœli ac Terræ commistione, ex qua tres liberi Centimani, et tres alii Cyclopes nati fuisse memorantur. Quin etiam de diis tractat, et quæcunque a Græcis seu fabulose, seu vere traduntur, comprehendit. Denique, *Epicus* hic *cyclus*, ex diversis auctoribus compositus, Ulyssis in Ithacam descensu terminatur. Refert præterea, *Cycli epici* poemata a plerisque, non tam propter excellentiam suam, quam propter rerum, quas continent, seriem atque ordinem æstimari. Quin etiam eorum nomina ac patrias describit, qui *Epicum cyclum* composuerunt. » Conf. quæ de hoc Cyclo collegit Casaubonus, *Animadvers.* in Athenæi lib. VII, cap. 3.

(96) *Βάκιδες*. Aristophanis scholiastes tres Bacidas enumerat, ad *Equites*, Τρεῖς Βάκιδες ἐγένοντο· οὗτος μὲν Ἀττικὸς καὶ μάντις, ὁ δὲ Λοκρὸς, ὁ δὲ Βοιωτός. Idem ad *Aves*, et rursus ad *Pacem* adnotat: Βάκιδες ὁμοίως τρεῖς· ὁ μὲν, ἐξ Ἐλεῶνος, τῆς Βοιωτίας, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς.

Digitized by Google

tius, alter vero Areas, qui multa multis prædixerunt. Atheniensis autem Amphileti consilio Pisistratus quoque confirmavit tyrannidem, cum ei invadendi tempus significasset. Taceatur enim Cometa Cretensis, Cinyras Cyprius, Admetus Thessalus, Aristæus ✠ Cyrenæus, Amphiaraus Atheniensis, Timoxeus Corcyræus, Demænetus Phocensis, Epigenes Thespiensis, Nicias Carystius, Aristo Thessalus, Dionysius Carthaginensis, Cleophon Corinthius, Hippo filia Chironis, et Bœo, et Manto, et Sibyllarum turba, Samia, Colophonia, Cumæa, Erythræa, Phyto, Taraxandra, Macetis, Thessala, Thesprotis; et rursus Calchas et Mopsus, qui fuerunt Trojanis temporibus : antiquior autem erat Mopsus, ut qui navigaret una cum Argonautis. Aiunt autem Battum Cyrenæum composuisse eam, quæ Mopsi dicitur, *Divinationem*. Et Dorotheus in primo *Pandecta*, refert Mopsum audiisse Alcyonem et Coronem. Præscientiæ autem Pythagoras quoque magnus semper mentem adhibuit, et Abaris Hyperboreus, et Aristæas Proconnesius, et Epimenides Cretensis qui venit Spartam, et Zoroaster Medus, et Empedocles, Agrigentinus, et Phormio Lacon. Quin etiam Polyaratus Thasius, et Empedotimus Syracusanus, et post hos maxime Socrates Atheniensis : « Est enim mihi, » inquit in *Theage*, « quod ab ineunte ætate divina sorte accidit, signum dæmonis. Id autem est vox, quæ ubi fuerit edita, retinet ne faciam quod sum facturus, hortatur autem nunquam. » Et Execestus Phocensium tyrannus, duos gestans incantatos annulos, per sonitum, quem inter se invicem edebant, sciebat tempus rerum gerendarum : est tamen dolo interfectus, etiamsi id ei prius significasset sonitus, ut dicit Aristoteles in *Republica Phocensium*. Quin etiam ex iis qui aliquando fuere homines in Ægypto, opinione autem hominum

ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Ἀρκάς, πολλὰ πολλοῖς προαγορεύσαντες. Τῇ δὲ τοῦ Ἀθηναίου Ἀμφιλήτου (97) συμβουλῇ καὶ Πεισίστρατος ἐκράτυνε τὴν τυραννίδα, τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως δηλώσαντος. Σιγάσθω γὰρ Κομήτης ὁ Κρὴς, Κινύρας ὁ Κύπριος, Ἄδμητος ὁ Θετταλὸς, Ἀρισταῖος (98) ὁ Κυρηναῖος, Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος (99), Τιμόξεος (1) ὁ Κερκυραῖος, Δεμαίνετος ὁ Φωκαεὺς, Ἐπιγένης ὁ Θεσπιεὺς, Νικίας ὁ Καρύστιος, Ἄριστων ὁ Θετταλὸς, Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, Κλεοφῶν ὁ Κορίνθιος, Ἱππώ τε ἡ Χείρωνος, καὶ Βοιὼ, καὶ Μαντὼ, καὶ τῶν Σιβυλλῶν τὸ πλῆθος, ἡ Σαμία (2), ἡ Κολοφωνία, ἡ Κυμαία, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Φυτὼ (3), ἡ Ταραξάνδρα, ἡ Μακέτις, ἡ Θετταλὴ, ἡ Θεσπρωτὶς· Κάλχας τε αὖ, καὶ Μόψος, οἱ κατὰ τὰ Τρωϊκὰ γεγόνασι· πρεσβύτερος δὲ ὁ Μόψος (4), ὡς ἂν συμπλεύσας τοῖς Ἀργοναύταις. Φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην *Μαντικὴν* συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον· Δωρόθεός τε ἐν τῷ πρώτῳ *Πανδέκτῃ* Ἀλκυόνος καὶ Κορώνης ἐπακοῦσαι τὸν Μόψον ἱστορεῖ. Προγνώσει (5) δὲ καὶ Πυθαγόρας ὁ μέγας προσανεῖχεν αἰεὶ, Ἄβαρίς τε ὁ Ὑπερβόρεος, καὶ Ἀρισταίας (6) ὁ Προκοννήσιος, Ἐπιμενίδης τε ὁ Κρὴς, ὅστις εἰς Σπάρτην ἀφίκετο, καὶ Ζωροάστρης ὁ Μῆδος, Ἐμπεδοκλῆς τε ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Φορμίων ὁ Λάκων· ναὶ μὴν Πολυάρατος ὁ Θάσιος, Ἐμπεδότιμός τε ὁ Συρακούσιος· ἐπί τε τούτοις Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος μάλιστα· « Ἔστι (7) γάρ μοι, » φησὶν ἐν τῷ *Θεάγει*, « ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον θεία μοῖρα παραγινόμενον δαιμόνιον σημεῖον. Τοῦτο δέ ἐστι φωνὴ, ἡ ὅταν γένηται, ἐπίσχει τοῦτο, ὃ μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε. » Ἐξήκεστός τε, ὁ Φωκέων τύραννος, δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων· ἀπέθανε δὲ ὅμως δολοφονηθείς, καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ *Φωκέων πολιτείᾳ*. Ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρώπων ποτὲ, γε-

✠ P. 399 ED. POTTER, 334 ED. PARIS.

(97) *Τοῦ Ἀθηναίου Ἀμφιλήτου*. Ἀμφιλύτου scribendum. Erat autem Amphilytus vates Acarnania oriundus. Ejus historiam fuse narrat Herodotus lib. I, c. 62 : Ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνήρ, κ. τ. λ. « Ibidem divino impetu fretus Amphilytus Acarnan ariolus, Pisistrato adfuit, » etc. Clemens eum Atheniensem appellat, quod Athenis commoratus sit : unde etiam ἡμεδαπόν, « nostratem, » eumdem vocat Socrates in Platonis *Theage*, pag. 90 : Βάκις τε, καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμεδαπὸς Ἀμφίλυτος. « Bacis, et Sibylla, et Amphilytus nostras. »

(98) *Ἀρισταῖος*. Ἀριστέας scribendum esse docuit D. Hœschelius in not. ad Origen. *Adv. Celsum*, p. 115. Conf. Herodotus *Melpom.*; Plutarchus *Romulo*; Strabo lib. XIV; Athenæus lib. XIII; Suidas, Gellius lib. IX, cap. 4.

(99) *Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος*. An potius, ὁ Ἀργεῖος, « Argivus? » Notum enim est, Argis oriundum, ibique plerumque versatum fuisse Amphiaraum, Oicli filium, vatem Thebano bello clarissimum.

(1) *Τιμόξεος*. A. Τιμόθεος· sed rectius forte Τιμόξενος. SYLB.

Μελχί. Ἐν δὲ ἡλικίᾳ (5) γενόμενος, ἀριθμητικὴν τε καὶ γεωμετρίαν, ῥυθμητικὴν (6) τε καὶ ἁρμονικὴν, ἔτι τε ἰατρικὴν ἅμα καὶ μουσικὴν παρὰ τοῖς διαπρέπουσιν Αἰγυπτίων ἐδιδάσκετο· καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται. Τὴν δὲ ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν Ἕλληνες ἐδίδασκον ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς ἂν βασιλικὸν παιδίον, ἦ φησι Φίλων ἐν τῷ *Μωϋσέως Βίῳ*. Προσεμάνθανε δὲ τὰ Αἰγυπτίων γράμματα, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην παρά τε Χαλδαίων παρά τε Αἰγυπτίων· ὅθεν ἐν ταῖς Πράξεσι « πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων πεπαιδεῦσθαι » φέρεται. Εὐπόλεμος δὲ ἐν « τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων, » « τὸν Μωϋσῆ, φησὶ, πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν (7) πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι· καὶ παρὰ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων. » Εἰς δὲ τὴν αὐτῶν φύσιν ἄξας (8), ἐπέτεινε τὴν φρόνησιν, τὴν συγγενικὴν (9) καὶ προγονικὴν ζηλώσας παιδείαν, ἄχρι καὶ τὸν Αἰγύπτιον τὸν τῷ Ἑβραίῳ ἀδίκως ἐπιθέμενον πατάξας, ἀποκτεῖναι. Φασὶ δὲ οἱ μύσται λόγῳ μόνῳ ἀνελεῖν τὸν Αἰγύπτιον, ὥσπερ ἀμέλει ὕστερον Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι φέρεται τοὺς νοσφισαμένους (10) τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου, καὶ ψευσαμένους, λόγῳ ἀποκτείνας. Ἀρτάπανος (11) γοῦν ἐν τῷ *Περὶ Ἰουδαίων* συγγράμματι ἱστορεῖ « κατακλεισθέντα εἰς φυλακὴν Μωϋσέα ὑπὸ Νεχεφρέους (12) τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ἐπὶ

C traditerunt. Hanc autem lectionem comprobat Eusebius, qui eadem hæc ex Eupolemo recitavit, *Præpar. evang.*, lib. ix, cap. 26, pag. 431 : Εὐπόλεμος δέ φησι τὸν Μωϋσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γράμματα παραδοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον· παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων· « Narrat autem Eupolemus Moysem primum sapientem fuisse, Judæisque primum litteras tradidisse, a quibus eas Phœnices, ut a Phœnicibus Græci acceperint. »

(8) *Εἰς δὲ τὴν αὐτῶν φύσιν ἄξας.* Hæc verba sensum vel plane nullum, vel ineptum et absurdum præbent. Scribi igitur velim : εἰς δὲ τὴν αὐτῶν φιλοσοφίαν ἄξας· nam φιλοσοφίαν abbreviatum in φύσιν ab imperito exscriptore facile mutari potuit. Cæterum ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄξαι a Diogene Laertio, aliisque passim dicitur, qui « ad philosophiæ studia se contulit. » Atque hinc oritur sensus, quem sermonis contextus exigere videtur : scilicet, « Moysem, D data Ægyptiorum disciplinis opera, inde adeo doctrinam, qua fuerat ab Hebræis magistris imbutus, plurimum auxisse. » Lowthius ait : « Corruptus locus; forte legendum : εἰς δὲ τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἄξας. »

(9) *Τὴν συγγεν.* A Philone Judæo hæc verba, pro more suo, sumpsit Clemens. Etenim ille de Moyse dixit, lib. i *De vita* ejus, pag. 607 : Τὴν συγγενικὴν καὶ προγονικὴν ἐζήλωσε παιδείαν· « consanguineorum et majorum suorum disciplinam secutus est. »

(10) *Τοὺς νοσφισ.* Scilicet Ananiam et Sapphiram : de quibus agit Lucas in Act. apost. v, 1.

(11) *Ἀρτάπανος.* Hæc Judæorum fabulis plena, una cum aliis non paucis, ex Artapano, seu, ut alii vocant, Artabano, recitat Eusebius *Præpar. evang.*, lib. ix, cap. 27.

(12) *Νεχεφρέους.* Scribendum potius, litteris paulum transpositis, Χενεφρέους, « Chenephræ. » Quo nomine Eusebius Ægyptium hunc regem aliquoties appellavit. *Chronicon Alexandrinum* ex Ar-

Digitized by Google

τῷ παραιτεῖσθαι τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου ἀπολυθῆναι, νύκτωρ ἀνοιχθέντος τοῦ δεσμωτηρίου κατὰ βούλησιν τοῦ Θεοῦ, ἐξελθόντα, καὶ εἰς τὰ βασίλεια παρελθόντα, ἐπιστῆναι κοιμωμένῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξεγεῖραι αὐτόν. Τὸν δὲ, καταπλαγέντα τῷ γεγονότι, κελεῦσαι τῷ Μωϋσεῖ τὸ τοῦ πέμψαντος εἰπεῖν ὄνομα Θεοῦ· καὶ τὸν μὲν προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς εἰπεῖν· ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα, ἄφωνον πεσεῖν· διακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μωϋσέως, πάλιν ἀναβιῶναι. » Περὶ δὲ τῆς ἀνατροφῆς τοῦ Μωϋσέως συνάσεται ἡμῖν καὶ ὁ Ἐζεκίηλος, ὁ τῶν Ἰουδαϊκῶν τραγῳδιῶν ποιητής, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι « Ἐξαγωγὴ, » γράφων ὧδε ἐκ προσώπου Μωϋσέως·

A Ægyptiorum rege, quod peteret ut populus ex Ægypto dimitteretur, noctu Dei voluntate aperto carcere egressum fuisse, et ad regiam profectum, dormienti regi astitisse, eumque excitasse. Tum illum eo, quod factum fuerat, perculsum, jussisse, ut Moyses Dei, a quo erat missus, nomen diceret, et hunc quidem inclinatum dixisse ei in aurem : quo audito, regem statim quidem exanimem cecidisse ; verum a Moyse erectum, ad vitam rediisse. »✠ Quinetiam de Moysis educatione Ezechielus nobiscum consentiet, Judaicarum tragœdiarum scriptor, qui in fabula, quæ *Eductio* dicitur, ex persona Moysis sic scribit :

Ἰδὼν (12*) *γὰρ ἡμῶν γένναν ἄλις ηὐξημένην,*
Δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
Βασιλεὺς Φαραὼ· τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν
Οἰκοδομίας (13) *τε βάρεσιν αἰκίζων βροτούς,*
Πόλεσί (14) *τε πύργους σφῶν ἔκητι δυσμόρων.*
Ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει
Τἄρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν ἐς βαθύῤῥοον.
Ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
Τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν· οὐ λαθοῦσα δὲ,
Ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι,
Παρ' ἄκρα (15) *ποταμοῦ, λάσιον* (16) *εἰς ἕλος βαθύ·*
Μαριὰμ δ' ἀδελφή μου (17) *κατώπτευεν πέλας.*
Κἄπειτα θυγάτηρ (18) *βασιλέως ἄβραις ὁμοῦ*
Κατῆλθε (19) *λουτροῖς χρῶτα φαιδρῦναι νέον.*
Ἰδοῦσά μ' εὐθὺς, καὶ λαβοῦσ', ἀνείλετο.
Ἔγνω δ' Ἑβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε·
Μαριὰμ δ' (20) *ἀδελφὴ, προσδραμοῦσα βασιλίδι,*
Θέλεις τροφόν σοι παιδὶ τῷδ' (21) *εὕρω ταχύ*
Ἐκ τῶν Ἑβραίων; Ἡ δὲ ἐπένευσεν κόρῃ (22).
Μολοῦσα δ' εἶπε μητρὶ· καὶ παρῆν ταχὺ
Αὐτή τε (23) *μήτηρ, καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας.*
Εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· Τοῦτον, γύναι,
Τρόφευε· κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν.
Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
Ὑγρᾶς ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ἠόνος.
Ἐπεὶ (24) *δὲ καιρὸς ἡπίων παρῆλθέ μοι* (25),

B
Nostrum videret cum genus crescere,
Est machinatus in nos plus satis doli
Rex Pharao, laterum acribus laboribus,
Ædificiorumque opprimens nos molibus,
Et exstruendo turrium munimine.
Ejicit inde totum ut Hebræum genus,
Quos procrearat, flumini immergat mares.
Ibi miserta, casta me abscondit parens,
Quæ tertio post mense prodita, arripuit
Me rursus, atque involvit ornatu novo,
Juxtaque ripam ponit in paludibus
Quod Maria, nostra vidit eminus soror.
Dein nata regis, quæ carebat liberis,
Stipata famularum agmine, ad flumen venit
Lotura corpus, protinusque sustulit.
Utque esse Hebræum me vidit, sic incipit
Maria soror, celerem ad eam movens pedem,
Tibi ex Hebræis visne nutricem parem
Puero? puellæ nata regis annuit.
Profectu matri dixit, ipsaque advenit
Mox mater, et me suaviter comp'ectitur.

C
Tum nata regis dixit : Hunc, o femina,
Tibi educandum est : posce mercedem, feres.
Nomenque Moyses indidit, quod scilicet
Ripa repertum sustulit me fluminis.
Infantiæ at cum tempus elapsum mihi est,

✠ P. 414 ED. POTTER.

tabano eumdem vocat Χενεβρών, « Chenebren. »

(12*) *Ἰδών.* Hæc etiam, cum aliis pluribus, habemus apud Eusebium, libri memorati cap. 28, pag. 436.

(13) *Οἰκοδομίας.* Οἰκοδομαῖς βαρείαις ἀεικίζων, Euseb. At Vigerus, Eusebii interpres, repositum voluit : Βαρέαις τ' οἰκοδομαῖς.

(14) *Πόλ.* Πόλεις τε πύργους τε, σφῶν ἔκητι, Euseb. Ego, si nihil deest, hunc versum sic lego :

Πόλεις τ' ἐπύργου, σφῶν ἔκητι δυσμόρων,
Urbesque turribus instruebat, ipsorum onera infe-
[licium.

Sylburg. — Lowthio pro ἔκητι scribendum videtur ἀέκητι· ipsorum opera « ingratiis » utentes.

(15) *Παρ' ἄκρα.* Παρ' ὄχθην, Euseb.; sed ms. Eusebii codex, quo usus est Vigerus, Clementis lectionem comprobat, ut etiam codex Joan.

(16) *Λάσιον.* Λάσια, ms. Vigeri codex. Mox, ἕλος δασύ, Euseb.

(17) *Ἀδελφὴ μου.* Ἀδελφ' ὑμῶν, codex Joan.

(18) *Κἄπειτα θυγ.* Exstant hæc carmina Ezechieli apud Eusebium *Præpar.*, lib. IX, cap. 4, multaque alia ex eodem, cum quibus hæc collata si fuerint, multa corrigi in Græca editione poterunt. Ea ita Græce habet liber Clement. Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἄβραις ὁμοῦ· quod correxit Hervetus ἅπαις ὁμοῦ. Apud Eusebium legitur illud rectius. Itaque, retenta vera lectione, verte : « Dein nata regis cum suis pedissequis. » Abras vocabant ancillas Attici. Suidas, Ἄβρα, οἰκότριψ γυναικὸς, κόρη ἔντιμος. Deinde affert exempla ex Menandro in *Pseudheracle* et in *Sicyonia* : quod ideo moneo a manuscripti interpunctione monitus, quod vir doctus existimasse videatur, nomen patriæ Sicyoniam fuisse. Citatur poema illud a Stobæo, lib. LI. Usi sunt ipsi LXX Exodi cap. II : Κατέβη ἡ θυγάτηρ Φαραὼ λούσασθαι ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ αἱ ἄβραι αὐτῆς παρὰ τὸν ποταμὸν παρεπορεύοντο. Absque hoc loco esset, probari poterat emendatio interpretis, cui occasionem dedit fortean locus ille Eusebii, lib. IX *Præpar.*, cap. 4, qui ex Artabano tradit, Merrhin filiam hanc fuisse Palmanothis, uxorem Chenephris, regis terræ Memphiticæ, quæ cum sterilis esset, subjecit sibi quemdam Judæorum infantem. Collect.

D (19) *Κατῆλθε.* Hos versus sic scribit Eusebius, ex Clemente, ut videtur, corrigendus :

Κατῆλθε λουτροῖς φαιδρῦναι τὸ ἐὸν δέμας. .
Νέον δ' ἰδοῦσά μ' εὐθὺς.....

(20) Δ'. Abest ab Euseb.

(21) *Σοὶ παιδὶ τῷδ'.* Σοὶ τῷ παιδίῳ, Euseb., ex Clemente rursum corrigendus. Hunc versum sic exhibet Joan. :

Θέλεις τροφόν σοι τῷ παιδὶ εὕρω ταχύ.

(22) *Ἐπένευσε κόρῃ.* Ἐπέσπευσε κόρην, Joan. non male.

(23) *Αὐτή τε.* Αὐτή γε, Euseb.

(24) *Ἐπεί.* Hæc, aliquot versibus interjectis, apud Ezechielum sequebantur. Eusebius, Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκίηλος ἐν Τραγῳδίᾳ, τὸν Μωϋσῆν παρεισάγων λέγοντα· Ἐπεί... « Quibus

(25) *Παρῆλθέ μοι.* Flor. edit. Παρῆλθέ με nos Eusebium secuti sumus.

Digitized by Google

Ad regiam me mater adduxit domum,
Cum cuncta nobis retulisset ordine,
Genusque patrium, donaque auctoris Dei.
Dum prima puero fluxit ergo ætas mihi,
✠ *Tum victus amplus, disciplina regia*
Æque dabantur, atque si natus forem:
Plenus dierum verum ubi affuit sinus,
Egressus ædes regias sum. ....

A Ἠγέρ με (26) μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα,
Ἅπαντα μυθεύσασα καὶ λέξασά μοι,
Γένος πατρῷον καὶ Θεοῦ δωρήματα.
Ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἶχομεν χρόνον,
Τροφαῖσι βασιλικαῖσι καὶ παιδεύμασιν
Ἁπανθ' ὑπισχνεῖθ', ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐών·
Ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρῆν,
Ἐξῆλθον οἴκων βασιλικῶν.....

Deinde cum narrasset pugnam Hebræi et Ægyptii, et sepultum in arena Ægyptium, de alia pugna sic dicit:

Ἔπειτα τὴν διαμάχην τοῦ τε Ἑβραίου καὶ τοῦ Αἰγυπτίου διηγησάμενος, καὶ τὴν ταφὴν τὴν ἐν τῇ ψάμμῳ τοῦ Αἰγυπτίου, ἐπὶ τῆς ἑτέρας μάχης φησὶν οὗτος (27)·

.... Cur imparem tibi feris?
At ille: Nobis te dedit quis judicem,
Summum aut magistrum? num manum nobis pa-
tras
Inferre, ut illum nempe mactabas heri?
Hic trepidus: Ecquis fecit hoc, dixi, palam?

.... τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;
Ὁ δ' εἶπεν· Ἡμῖν τίς σ' ἀπέστειλε κριτὴν,
Ἢ πιστάτην ἐνταῦθα; μὴ κτείνεις δέ (28) με,
Ὥσπερ τὸν ἐχθὲς ἄνδρα; Καὶ δείσας ἐγὼ
Ἔλεξα· Πῶς ἐγένετο συμφανὲς τόδε;

B

Deinde autem ex Ægypto fugit, et oves pascit, ad principatum prius hoc modo eruditus. Ei enim, qui mansuetissimo hominum gregi est præfuturus, præexercitatio quædam est ars pastoralis, sicut iis, qui sunt natura bellicosi, venandi ars. Hinc autem eum ducit Deus, ut esset dux Hebræorum exercitus. Deinde sæpe quidem admonentur Ægyptii, qui sæpe fuere insipientes. Fuerunt autem Hebræi spectatores malorum quæ patiebantur alii, Dei potentiam citra ullum discentes periculum. Quoniam vero Ægyptii divinæ potentiæ effectis per suam insipientiam stulti fidem derogabant, ideo « stulti » ut in proverbio est, experiundo « cognoverunt; » et postea exeuntes Hebræi, magna Ægyptiorum præda exportata, recesserunt: non propter avaritiam, ut dicunt accusatores (neque enim Deus eis aliena persuasit concupiscere); sed primum quidem, earum, quas toto tempore Ægyptiis præbuerunt, operarum ac servitiorum necessariam mercedem refe-

Φεύγει δὴ ἐντεῦθεν, καὶ ποιμαίνει πρόβατα, προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικήν (29)· προγυμνασία γὰρ βασιλείας, τῷ μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης ἡ ποιμενική, καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τῇ φύσει ἡ θηρευτική· Ἄγει δὲ αὐτὸν ἐντεῦθεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν τῶν Ἑβραίων στρατηγίαν. Ἔπειτα νουθετοῦνται μὲν Αἰγύπτιοι πολλάκις ἀσύνετοι· θεαταὶ δὲ Ἑβραῖοι ἐγίνοντο ὧν ἕτεροι κακῶν ὑπέμενον, ἀκινδύνως ἐκμανθάνοντες τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ Αἰγύπτιοι ἀκοῇ μὴ παραδεχόμενοι τὰ τῆς δυνάμεως ἀποτελέσματα, δι' ἀφροσύνην οἱ νήπιοι ἀπιστοῦντες (30)· τότε, ὡς εἴρηται, ῥεχθὲν δέ τε « οἱ νήπιοι (31) ἔγνωσαν· » ὕστερόν τε ἐξιόντες (32) οἱ Ἑβραῖοι, πολλὴν λείαν τῶν Αἰγυπτίων ἐκφορήσαντες, ἀπῆσαν, οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ὡς οἱ κατήγοροί φασιν· οὐδὲ γὰρ ἀλλοτρίων αὐτοὺς ἀνέπειθεν ἐπιθυμεῖν ὁ Θεός. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν τοῖς Αἰγυπτίοις, μισθὸν ἀνα-

✠ P. 415 ED. POTTER, 545 ED. PARIS.

« Quibus idem Ezechielus Moysis ipsius de eis rebus, quæ sequitur, orationem post alia quædam subjungit: Infantiæ at cum, » etc.

(26) Ἠγέρ με. Ἤγαγε Joan.

(27) Οὗτος. Si quis malit adverb. οὕτως, vel οὑτωσί, non repugnabo. SYLBURG.

(28) Κτείνεις δέ. Legi potest etiam fut. temp. κτενεῖς, « occides. » SYLBURG. —Κτείνεις σύ, Euseb., κτενεῖς σύ, cod. Joan.

(29) Προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικήν. Absurdum est προδιδάσκεσθαι εἰς ἡγ. ποιμενικήν· siquidem vult Auctor, ποιμενικήν, « artem pastoralem, » esse προδίδαγμα quoddam, seu « præviam institutionem, » ad artem imperandi. Vel igitur delenda est vox ποιμενικήν, vel scribendum προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν· ποιμενικὴ γὰρ προγυμνασία βασιλείας, et delendum ἡ ποιμενική, quod mox sequitur. Quod Latine expressimus. Hanc emendationem firmant Philonis verba, quæ Clemens præ oculis habuit, hæc scribens: Μετὰ δὲ τὸν γάμον παραλαβὼν τὰς ἀγέλας ἐποίμαινε, προδιδασκόμενος εἰς τὴν ἡγεμονίαν. Ποιμενικὴ γὰρ μελέτη καὶ προγυμνασία βασιλείας μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης, καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τὰς φυσεις τὰ κυνηγέσια· « Post eas nuptias præfuit gregibus, ad principatum se præparans. Nam pastoralis ars ad regnum est præexercitatio, hoc est ad hominum, mansuetissimi gregis, præfecturam, quemadmodum bellicosis ingenis venatio. »

(30) Ἀπιστοῦντες. Sensus postulat διαπίστουν, vel ἀπιστοῦντες διετέλουν, aut simile quid. SYLBURG.

(31) Οἱ νήπιοι. Respicit proverbiale illud Hesiodi effatum, Ἔργ. A. 216:

.... *Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.*
.... *Passus vero stultus etiam novit.*

Philo: Καὶ πληγῶν ἐσμῷ οἱ ἄφρονες νουθετοῦνται, οὓς λόγος οὐκ ἐπαίδευσε. « Afflictionibus agminatim irruentibus castigantur stolidi, quos ratio non erudivit. » Paulo post: Παθόντες δ' ἀνεδιδάσκοντο νηπίων παίδων τρόπον· « More autem puerorum per ætatem nondum sapientium, suo malo edocti sunt. »

(32) Ὕστερόν τε ἐξιόντες. Philo: Πολλὴν γὰρ λείαν ἐκφορήσαντες, τὴν μὲν αὐτοὶ διεκόμιζον ἐπηχθισμένοι, τὴν δὲ τοῖς ὑποζυγίοις ὑπέθεσαν, οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἤ, ὡς ἄν τις κατηγορῶν εἴποι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίαν (πόθεν;) ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν, ἀναγκαῖον μισθὸν κομιζόμενοι· εἶτα δὲ, ὑπὲρ ὧν κατεδουλώθησαν, ἐν ἐλάττοσι καὶ οὐχὶ τοῖς ἴσοις ἀντιλυποῦντες· « Multum enim prædæ nacti, sarcinas partim suis humeris, partim jumentis imposuerunt: non præ avaritia, ut obtrectatores dicerent, aut alienarum fortunarum concupiscentia: quæ enim esse poterat? sed primum, ut diuturni laboris necessariam mercedem reciperent; deinde, ut pro acceptis tempore, quo servierant, injuriis, si non pro merito, aliquid tamen damni reponerent. »

Digitized by Google

καῖον κομιζόμενοι· ἔπειτα δὲ καὶ τρόπον τινὰ ἠμύναντο, ἀντιλυποῦντες ὡς φιλαργύρους, Αἰγυπτίους, τῇ τῆς λείας ἐκφορήσει, καθάπερ ἐκεῖνοι τοὺς Ἑβραίους τῇ καταδουλώσει· εἶτ' οὖν (33), ὥς ἐν πολέμῳ φαίη τις τοῦτο γεγονέναι, τὰ τῶν ἐχθρῶν φέρειν ἠξίουν νόμῳ τῶν κεκρατηκότων, ὡς κρείττονες ἡττόνων (καὶ τοῦ πολέμου ἡ αἰτία δικαία. Ἱκέται διὰ λιμὸν Ἑβραῖοι ἦκον πρὸς Αἰγυπτίους· οἱ δὲ, τοὺς ξένους καταδουλωσάμενοι, τρόπον αἰχμαλώτων ὑπηρετεῖν ἠνάγκασαν σφίσι, μηδὲ τὸν μισθὸν ἀποδιδόντες)· εἴτε, ὡς ἐν εἰρήνῃ, μισθὸν ἔλαβον τὴν λείαν παρὰ ἀκόντων τῶν πολὺν χρόνον οὐκ ἀποδιδόντων, ἀλλὰ ἀποστερούντων.

A rentes; deinde etiam quodammodo ulti sunt Ægyptios, ut avaris par pari referentes prædæ exportatione, sicut illi Hebræis prius molestiam attulerant, redigendo eos in servitutem. Sive ✠ ergo ut in bello quis hoc factum esse dixerit, res hostium victoriæ jure auferre volebant, ut potentiores inferiorum (belli autem justa erat causa : supplices enim propter famem Hebræi venerunt ad Ægyptios; illi autem hospites redactos in servitutem, instar mancipiorum servire coegerunt, ne mercedem quidem eis solventes) : sive ut in pace, mercedem prædam ab invitis acceperunt, qui longo tempore non solvissent, sed ipsos ea privassent.

CAPUT XXIV.

Quomodo Moyses ducis partes absolverit aliisque ad id munus exsequendum exemplo suo præiverit.

Ἔστιν οὖν ὁ Μωϋσῆς (34) ἡμῖν προφητικὸς, νομοθετικὸς, τακτικὸς, στρατηγικὸς, πολιτικὸς, φιλόσοφος. Ὅπως μὲν οὖν ἦν προφητικὸς, μετὰ ταῦτα ἐκθήσεται, ὁπηνίκα ἂν περὶ προφητείας διαλαμβάνωμεν· τὸ τακτικὸν δὲ μέρος ἂν εἴη τοῦ στρατηγικοῦ· τὸ στρατηγικὸν δὲ, τοῦ βασιλικοῦ. Πάλιν τε αὖ τὸ νομοθετικὸν μέρος ἂν εἴη τοῦ βασιλικοῦ, καθάπερ καὶ τὸ δικαστικόν. Τοῦ δὲ βασιλικοῦ τὸ μὲν θεῖον μέρος ἐστὶν, οἷον τὸ κατὰ τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἅγιον Υἱὸν αὐτοῦ, παρ' ὧν τά τε ἀπὸ γῆς ἀγαθὰ καὶ τὰ ἐκτὸς, καὶ ἡ τελεία εὐδαιμονία χορηγεῖται· « Αἰτεῖσθε (35) » γάρ, φησὶ, « τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται. » Δεύτερον δέ ἐστιν εἶδος βασιλείας, μετὰ τὴν ἀκραιφνῶς λογικὴν καὶ θείαν διοίκησιν, τὸ μόνον τῷ θυμοειδεῖ τῆς ψυχῆς εἰς βασιλείαν συγχρώμενον· καθ' ὃ εἶδος Ἡρακλῆς μὲν Ἄργους, Ἀλέξανδρος δὲ Μακεδόνων, ἐβασίλευσε. Τρίτον δὲ, τὸ ἐνὸς ἐφιέμενον, τοῦ νικῆσαι μόνον καὶ καταστρέψασθαι· τὸ δὲ πρὸς κακὸν ἢ ἀγαθὸν τὴν νίκην ποιεῖσθαι, τῷ τοιού-

B Est itaque noster Moyses propheticus, legum ferendarum peritus, ordinandæ et instruendæ aciei guarus, exercitus ducendi artem tenens, politicus, et philosophus. Ac quomodo quidem fuerit propheticus, post hæc dicetur, quando de prophetia tractabimus. Ordinandæ autem aciei peritia fuerit pars artis imperatoriæ, seu ducendi exercitus. Ars autem ducendi exercitus est pars regnandi scientiæ. Et rursus legum ferendarum peritia regnandi scientiæ pars fuerit, sicut etiam judicandi facultas. Regii autem officii una quidem species est divina, ut quæ sit secundum Deum et sanctum ejus Filium, a quibus cum quæ ex terra bona sunt, et quæ externa, tum etiam perfecta **150** felicitas suppeditatur. « Petite » enim, inquit, « magna, et parva vobis adjicientur. » Secunda est autem regni speC cies, post eam administrationem, quæ rationalis pure est ac divina, ea, quæ irascibili animæ parte solum in regnando utitur : qua Hercules quidem

✠ P. 416 ED. POTTER, 346 ED. PARIS.

(33) *Εἴτ' οὖν.* Philo paulo post : Ἐν ἑκατέρῳ δὴ κατώρθουν, εἴθ' ὡς ἐν εἰρήνῃ μισθὸν λαμβάνοντες, ὃν παρ' ἀκόντων πολὺν χρόνον οὐκ ἀποδιδόντων ἀπεστεροῦντο· εἴθ' ὡς ἐν πολέμῳ τὰ τῶν ἐχθρῶν φέρειν ἀξιοῦντες νόμῳ τῶν κεκρατηκότων· οἱ μὲν γὰρ χειρῶν ἦρξαν ἀδίκων, ξένους καὶ ἱκέτας, ὡς ἔφην, πρότερον καταδουλωσάμενοι τρόπον αἰχμαλώτων· οἱ δὲ, καιροῦ παραπεσόντος, ἠμύναντο δίχα τῆς ἐν ὅπλοις παρασκευῆς· « Itaque utrumque factum jure tueri possunt, sive ut in pace mercedem receperunt, qua tamen diu fraudati fuerant : sive ut bello victos bonis spoliaverunt : ab illis enim orta fuerat injuria, qui hospites supplicesque suos, ut antea dixi, quasi captivos in servitutem redegerant. Tandem, ubi se D obtulit meliorum temporum opportunitas, populus inermis illatam sibi vim ultus est. »

(34) *Ἔστιν οὖν ὁ M.* Philo lib. II *De vita Moysis*, pag. 654 : Ὑπέλαβον γὰρ τῷ αὐτῷ πάντ' ἐφαρμόττειν, εἰ ἐγένετο προνοίᾳ Θεοῦ βασιλεύς τε καὶ νομοθέτης, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ προφήτης, καὶ ἐν ἑκάστῳ τὰ πρωτεῖα ἠνέγκατο· « Compertum enim habeo, hæc omnia in unum hominem competere : siquidem hic factus divina providentia rex, et legislator, et pontifex, et propheta : et in his functionibus ita se gessit, ut omnes alios a tergo reliquerit. »

(35) *Αἰτεῖσθε.* Allusio est ad dictum Christi Matth. VI. SYLBURG. — Hoc dictum Christi nullibi memorant evangelistæ. Id vero cum additamento recitat Origenes, lib. *De oratione*, sect. 2 : Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται· καὶ αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται· « Petite magna, et parva vobis adjicientur. Petite cœlestia, et terrestria vobis adjicientur. » Eodem allusit Origenes *Contra Celsum* lib. VII, p. 362 edit. Cantabrig., ubi de homine Christiano hæc dicit : Ἀναπέμπει οὐ περὶ τῶν τυχόντων τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ· ἔμαθε γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ μηδὲν μικρὸν, τουτέστιν αἰσθητὸν, ζητεῖν, ἀλλὰ μόνα τὰ μεγάλα καὶ ἀληθῶς θεῖα, ὅσα συμβάλλεται διδόμενα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ ὁδῶσαι ἐπὶ τὴν παρ' αὐτῷ διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Λόγου ὄντος Θεοῦ, μακαριότητα· « Non offert Deo preces de rebus vulgaribus : didicit enim a Jesu nihil parvum, hoc est sensibile, petere, sed sola magna et revera divina, quæcunque a Deo concessa, perducunt ad eam, quæ apud ipsum est, per Logon Deum, ejus Filium, beatitudinem. » Quibus par est, quod profert Christus Matth. VI, 33, cum quo conjuncte, et perinde ac si alterius interpretamentum esset, Clemens hoc Christi effatum infra etiam retulit, *Strom.* IV, p. 488 : Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ τὴν δικαιοσύνην· ταῦτα γὰρ τὰ μεγάλα· τὰ δὲ μικρὰ καὶ περὶ τὸν βίον, ταῦτα προστεθήσεται ὑμῖν. « Quærite autem primum regnum cœlorum, et justitiam : ea enim magna sunt. Parva autem, et quæ ad vitam pertinent, ea adjicientur vobis. »

Digitized by Google

Argivorum, Alexander vero rex fuit Macedonum. Tertia est, quæ unum solum concupiscit, nempe ut vincat et evertat; in malum autem vel bonum finem victoria uti, ei minime inest : qua quidem usi sunt Persæ, cum bellum gererent adversus Græciam. Nam irascibilis appetitus alias quidem prorsus est contentiosus, qui imperium quærit solius dominationis gratia, alias vero boni studiosus, quo anima ad id, quod bonum est et honestum, utitur. Quarta autem regnandi species est omnium pessima, quæ prout fert libido ordinatur : quale fuit regnum Sardanapali et eorum, qui hunc finem sibi proponunt, ut quamplurimum indulgeant suis cupiditatibus. Regnandi autem scientiæ, tam quæ ✠ virtute vincit, quam quæ vi, instrumentum est ordinandi scientia. Ea vero pro objecti sui diversitate varia est. Nam arma quidem et pugnacia animalia, ope cum animatorum, tum etiam inanimatorum, anima et mens ordinat; animæ autem affectus, in quos ope virtutis imperium obtinemus, ordinat ratio, ut quæ continentiam et temperantiam cum sanctitate, et bonam cognitionem cum veritate obsiguet, omnia demum ad pietatem Deique cultum referens : sic enim virtute utentibus prudentia est, quæ res ordinat; ac divinas quidem, sapientia; humanas vero, politica; universas autem, scientia regnandi. Rex itaque is est, qui imperat secundum leges, et præditus est scientia imperandi volentibus : cujusmodi est Dominus, qui eos, qui in ipsum et per ipsum credunt, admittit. Omnia enim tradidit Deus, et omnia Christo subjecit regi nostro, « ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum; et omnis lingua confiteatur, quod Dominus Jesus Christus in gloriam Dei Patris [a]. » Ars porro imperatoria tribus continetur speciebus : cautione, audacia, et tertia, quæ ex utrisque mista est. Unaquæque autem earum componitur ex tribus, et vel per orationem, vel per facta, vel per utraque simul exercetur. Hæc autem omnia licebit efficere, vel persuadendo, vel cogendo, vel injuria afficiendo, quos ulcisci expedit; et hæc, vel faciendo id quod justum est; vel mentiendo, vel vera dicendo; vel etiam harum artium pluribus eodem tempore utendo. Hæc autem omnia, et quomodo oporteat uti unoquoque corum, cum Græci accepissent a Moyse, non parvam accepere utilitatem. Verbi autem gratia, unius aut alterius imperatorii exempli meminero. Moyses, cum populum eduxisset, suspicatus fore ut persequerentur Ægyptii, brevi et compendiosa via relicta, conversus est in solitudinem, et maxima ex parte iter noctu faciebat. Nam quod Hebræi diuturno per ingentem solitudinem transitu ad unum Deum credendum erudirentur, et ad prudentem tolerantiam

τῳ οὐ πρόσεστιν· ᾧ Πέρσαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντες συνεχρήσαντο. Τοῦ γὰρ θυμοῦ τὸ μὲν φιλόνεικον (36) μόνον ἐστὶν, αὐτοῦ τοῦ κρατεῖν ἕνεκα τὴν δυναστείαν πεποιημένον· τὸ δὲ φιλόκαλον, εἰς καλὴν καταχρωμένης τῆς ψυχῆς τῷ θυμῷ. Τετάρτη δὲ, ἡ πασῶν κακίστη, ἡ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τάττεται βασιλεία· ὡς ἡ Σαρδαναπάλου, καὶ τῶν τὸ τέλος ποιουμένων, ταῖς ἐπιθυμίαις ὡς πλεῖστα χαρίζεσθαι. Τοῦ δὲ βασιλικοῦ, τοῦ τε κατ' ἀρετὴν νικῶντος καὶ τοῦ κατὰ βίαν, ὄργανον τὸ τακτικόν. Ἄλλο δὲ κατ' ἄλλην φύσιν τε καὶ ὕλην· ἐν μέν γε ὅπλοις, καὶ τοῖς μαχίμοις ζώοις, δι' ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, ψυχὴ τὸ τάττον ἐστὶ καὶ νοῦς· ἐν δὲ τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσιν, ὧν ἐπικρατοῦμεν τῇ ἀρετῇ, λογισμός ἐστι τὸ τακτικὸν, ἐπισφραγιζόμενος ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην μεθ' ὁσιότητος, καὶ γνῶσιν ἀγαθὴν μετ' ἀληθείας, τὸ τέλος εἰς εὐσέβειαν ἀναφέρων Θεοῦ· οὕτω γὰρ τῇ ἀρετῇ χρωμένοις φρόνησις ἡ τάττουσά ἐστι· τὰ δὲ θεῖα ἡ σοφία· τὰ ἀνθρώπεια δὲ ἡ πολιτικὴ· σύμπαντα δὲ ἡ βασιλική. Βασιλεὺς τοίνυν ἐστὶν ὁ ἄρχων κατὰ νόμους, ὁ τὴν τοῦ ἄρχειν ἑκόντων ἐπιστήμην ἔχων· οἷός ἐστιν ὁ Κύριος, τοὺς εἰς αὐτὸν καὶ δι' αὐτοῦ πιστεύοντας προϊέμενος (37). Πάντα (38) γὰρ παρέδωκεν ὁ Θεὸς, καὶ πάντα ὑπέταξε Χριστῷ, τῷ βασιλεῖ ἡμῶν· « ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Ἰδέαις δὲ ἐνέχεται τὸ στρατήγημα τρισὶν, ἀσφαλεῖ, παραβόλῳ, καὶ τῷ ἐκ τούτων μικτῷ· συντίθεται δὲ τούτων ἕκαστον ἐκ τριῶν, ἢ διὰ λόγου, ἢ δι' ἔργων, ἢ καὶ δι' ἀμφοτέρων ἅμα τούτων. Ταῦτα δὲ ὑπάρξει πάντα ἐπιτελεῖν, ἢ πείθοντας, ἢ βιαζομένους, ἢ ἀδικοῦντας, ἐν τῷ ἀμύνασθαι, οἷς ἐμπεριέχεται· ἢ τὰ δίκαια ποιοῦντας, ἢ ψευδομένους, ἢ ἀληθεύοντας, ἢ καὶ τούτων ἅμα τισὶ χρωμένους κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Ταῦτα δὲ σύμπαντα, καὶ τὸ πῶς δεῖ χρῆσθαι τούτων ἑκάστῳ, παρὰ Μωϋσέως λαβόντες, Ἕλληνες, ὠφέλημνται. Τύπου δὲ ἕνεκεν, ἑνὸς ἢ καὶ δευτέρου ἐπιμνησθήσομαι παραδείγματος στρατηγικοῦ. Μωϋσῆς, τὸν λαὸν ἐξαγαγὼν, ὑποπτεύσας ἐπιδιώξειν τοὺς Αἰγυπτίους, τὴν ὀλίγην καὶ σύντομον ἀπολιπὼν ὁδὸν, ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐτρέπετο· καὶ νύκτωρ τὰ πολλὰ τῇ πορείᾳ ἐχέχρητο. Ἑτέρα γὰρ ἦν οἰκονομία, καθ' ἣν ἐπαιδεύοντο Ἑβραῖοι, δι' ἐρημίας πολλῆς καὶ χρόνου μακροῦ, εἰς μόνον τὸ πιστεύειν τὸν Θεὸν εἶναι, δι' ὑπομονῆς ἐθιζόμενοι σώφρονος. Τὸ γοῦν στρατήγημα τοῦ Μωϋσέως διδάσκει πρὸ τῶν κινδύνων δεῖν τὰ χρήσιμα συνιδεῖν, καὶ οὕτως ἐπιβαλεῖν. Ἀμέλει γέγονεν ὅπερ καὶ ὑπώπτευσεν· ἐπεδίωξαν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι ἐφ' ἵπποις καὶ ὀχήμασιν· ἀλλ' ἀπώλοντο θᾶττον, ῥαγείσης τῆς θαλάσσης, καὶ σὺν ἵπποις καὶ ἅρμασιν αὐτοὺς κατακλυσάσης, ὡς μηδὲ λείψανον αὐτῶν ἀπολειφθῆναι. Μετὰ δὲ ταῦτα στύλος πυρὸς ἑπόμενος

✠ P. 417 ED. POTTER, 347 ED. PARIS.

[a] Philip. II, 10, 11.

(36) *Τὸ μὲν φ.* Hanc sententiam priores editiones sic distinguunt : Τὸ μὲν φιλόνεικον μόνον ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦ κρατεῖν ἕν.

(37) *Προϊέμενος.* Convenientius προσιέμενος, *admittens*, inquiunt Sylburg., Lowth.

(38) *Πάντα.* Respicit Luc. x, 22 : Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· et I Cor. xv, 27 : Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Digitized by Google

(ὡδήγει γὰρ ἔμπροσθεν αὐτῶν) ἦγε νύκτωρ τοὺς Ἑβραίους δι' ἀβάτου, ἐν πόνοις καὶ ὁδοιπορίαις εἰς τε ἀνδρείαν εἰς τε καρτερίαν γυμνάζων καὶ συμβιβάζων αὐτούς· ἵνα καὶ χρηστὰ τὰ τῆς χώρας μετὰ τὴν πεῖραν τῶν δοκούντων δεινῶν φανῇ, εἰς ἣν ἐξ ἀνοδίας παρέπεμπεν αὐτούς. Ναὶ μὴν καὶ τοὺς πολεμίους, τοὺς τῆς χώρας προκαθεζομένους, τροπωσάμενος, ἀπέκτεινεν, ἐξ ἐρήμου καὶ τραχείας ὁδοῦ (τοιαύτη γὰρ ἡ ἀρετὴ τοῦ στρατηγικοῦ) ἐπιθέμενος αὐτοῖς. Ἐμπειρίας γὰρ καὶ στρατηγίας ἔργον ἦν τὸ τὴν χώραν τῶν πολεμίων λαβεῖν. Τοῦτο συνιδὼν Μιλτιάδης, ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγός, ὁ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ νικήσας τοὺς Πέρσας, ἐμιμήσατο τόνδε τὸν τρόπον· ἦγαγε τοὺς Ἀθηναίους νύκτωρ, δι' ἀνοδίας βαδίσας, καὶ πλανήσας τοὺς τηροῦντας αὐτὸν τῶν βαρβάρων· ὁ γὰρ Ἱππίας, ὁ τῶν Ἀθηναίων ἀποστάς, ἐπήγαγε τοὺς βαρβάρους εἰς τὴν Ἀττικήν, καὶ τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων προκαταλαβόμενος ἐφύλαττε, διὰ τὸ τῆς χώρας ἔχειν τὴν ἐμπειρίαν. Ἔργον μὲν οὖν ἦν τὸν Ἱππίαν λαθεῖν· ὅθεν εἰκότως ὁ Μιλτιάδης συγχρησάμενος ἀνοδίᾳ τε, καὶ νυκτὶ ἐπιθέμενος τοῖς Πέρσαις, ὧν Δάτις ἡγεῖτο, τὰ κατὰ τὸν ἀγῶνα, μετ' ἐκείνων ὧν αὐτὸς ἡγεῖτο, κατώρθωσεν. Ἀλλὰ καὶ Θρασυβούλῳ τοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ Φυλῆς (39) καταγαγόντι καὶ βουλομένῳ λαθεῖν στύλος ὁδηγὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι· τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ, ἀσελήνου καὶ δυσχειμερίου τοῦ καταστήματος γεγονότος, πῦρ ἐωρᾶτο προηγούμενον, ὅπερ αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν, κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπεν· ἔνθα νῦν ὁ τῆς Φωσφόρου βωμός ἐστι. Πιστὰ τοίνυν τὰ ἡμέτερα κἂν ἐντεῦθεν γενέσθω τοῖς Ἕλλησιν· ὅτι ἄρα δυνατὸν τῷ παντοκράτορι Θεῷ, προηγεῖσθαι ποιῆσαι τοῖς Ἑβραίοις νύκτωρ στῦλον πυρὸς, τὸν καὶ καθηγησάμενον αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ. Λέγεται δὲ καὶ ἐν χρησμῷ τινι·

A assuefierent, id alterius dispensationis fuit. Moysis ergo docet stratagema, tum demum aggredienda esse pericula, cum ea, quæ sunt iis repellendis utilia, provisa fuerint. Et certe evenit id, quod suspicatus est. In equis enim et curribus persecuti sunt Ægyptii; sed cito perierunt, cum mare disruptum esset, et ipsos cum equis et curribus obruisset, adeo ut eorum nullæ remanserint reliquiæ. Post hæc autem sequens et comitans columna ignis (eos enim ✠ præcedebat) duxit noctu Hebræos per regionem inaccessam, laboribus et itineribus ad robur et fortitudinem eos exercens ac inducens: ut postquam eorum, quæ videbantur gravia, periculum fecissent, quam bona esset appareret regio, ad quam eos ex via invia transmittebat. Quinetiam hostes. B qui prius eam regionem insidebant, in fugam versos occidit, eos ex solitudine et via aspera (ea enim ars fuit imperatoria) aggressus. Hoc enim erat peritiæ et imperatoriæ scientiæ opus, hostium regionem occupasse. Quod cum animadvertisset Miltiades, imperator Atheniensis, qui Marathonia pugna vicit Persas, hoc modo est imitatus: noctu duxit Athenienses per loca invia iter faciens, et eos qui ipsum observabant, barbaros decipiens. Hippias enim, qui defecerat ab Atheniensibus, barbaros in Atticam induxerat, et opportuniora loca cum istius regionis esset peritus, præoccupaverat. Ac difficile quidem erat latere Hippiam: unde merito Miltiades et locis inviis usus, et nocte aggressus Persas, quibus præerat Datis, cum suis militibus superior C evasit. Quinetiam Thrasybulo, cum exsules ex Phyla reducens, latere cupiebat, dux fuit columna, per loca non trita ingredienti; et noctu cum nec luceret luna, hibernumque cœlum esset et caliginosum, apparebat ignis præcedens, qui cum eos tutos deduxisset, prope Munychiam defecit, uti nunc est ara Luciferæ. Vel ex hoc ergo fiant nostra Græcis credibilia, nempe quod facere potest Deus omnipotens, ut columna ignis Hebræos noctu præcedat, quæ etiam dux sit eorum itineris. Porro autem dicitur etiam in quodam responso:

Στύλος Θηβαίοισι Διώνυσσος πολυγηθὴς,

Exhilarans Bacchus Thebanis esse columna,

ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις ἱστορίας. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φησίν·

151 ex Hebræorum historia. Quinetiam Euripides dicit in *Antiopa*:

.... Ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον
Κομῶντα κισσῷ, στύλον Εὐΐου θεοῦ.

.... Bubulcum hic in cubilibus
Hedera comantem, columnam Evii dei.

Σημαίνει δὲ ὁ στύλος τὸ ἀνεικόνιστον τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ πεφωτισμένος στύλος, πρὸς τῷ τὸ ἀνεικόνιστον σημαίνειν, δῆλοι τὸ ἑστὼς καὶ μόνιμον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ φῶς, καὶ ἀσχημάτιστον. Πρὶν γοῦν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας (40) ἱστάντες οἱ παλαιοὶ, ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ Θεοῦ. Γράφει γοῦν ὁ τὴν *Φορωνίδα* ποιήσας·

Significat autem columna, non posse effingi Dei D imaginem. Illuminata autem columna, præter hoc quod significat, non posse effingi imaginem, Dei quoque stabilitatem significat ac firmitatem, et immutabilem ejus lucem, quæque non potest figurari. Prius itaque quam reperta est ars varias simulacrorum formas effingendi, veteres columnas erigentes, eas colebant tanquam Dei statuas. Atque idcirco sic scribit *Phoronidis* auctor:

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι

Callithoe clavem reginæ gestat Olympi,
A qua Junonis serto pulchraque corolla

✠ P. 418 ED. POTTER, 348 ED. PARIS.

(39) Ἀπὸ Φυλῆς. H., ἀπὸ φυλακῆς, « a custodia. » Sed Φυλὴν, dæmon Atticum, agnoscit etiam Æschines *De falsa leg.* cum ait: Ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν. Vide et Stephani *Ethnica*. SYLBURG.

(40) *Κίονας*. Conf. Eusebius *Præparationis evangelicæ* lib. I, cap. 9, et *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. II, cap. 2.

Digitized by Google

✠ *Argivæ quondam primum exornata columna est.* Quinetiam qui fecit *Europiam*, significat eam, quæ est in Delphis, Apollinis imaginem, ésse columnam, per hæc :

Ut decimamque deo primos fructusque dicemus
Sedibus in sacrosanctis, celsuque columna.

Apollo quidem certe, qui mystice a « privatione multorum » dicitur, est unus Deus. Quinetiam ignis ille, qui columnæ erat similis, et ignis, qui ingrediebatur per loca invia, est symbolum sanctæ lucis, quæ transit ex terra, et in cœlum rursus recurrit per lignum, per quam etiam datum est nobis videre intellectualiter.

A Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν Εὐρωπίαν (41) ποιήσας ἱστορεῖ τὸ ἐν Δελφοῖς ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κίονα εἶναι διὰ τῶνδε·

Ὄφρα θεῷ δεκάτην ἀκροθινιά τε κρεμάσαιμεν
Σταθμῶν ἐκ ζαθέων καὶ κίονος ὑψηλοῖο.

Ἀπόλλων (42) μέν τοι, μυστικῶς κατὰ « στέρησιν τῶν πολλῶν » νοούμενος, ὁ εἷς ἐστι Θεός. Ἀλλ' οὖν τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἐοικὸς στύλῳ, καὶ πῦρ τὸ δι' ἀδάτου, σύμβολόν ἐστι φωτὸς ἁγίου, τοῦ διαβαίνοντος ἐκ γῆς, καὶ ἀνατρέχοντος αὖθις εἰς οὐρανὸν διὰ τοῦ ξύλου (43), δι' οὗ καὶ τὸ βλέπειν ἡμῖν νοητῶς δεδώρηται.

CAPUT XXV.

Quomodo Plato in legibus suis condendis Moysen imitatus est.

Plato autem philosophus, a Moysis scriptis in legibus ferendis adjutus, reprehendit quidem Minois et Lycurgi reipublicæ administrandæ rationem, ut quæ ad solam quidem respicerent fortitudinem; laudavit autem, ut honestiorem et magis venerandam, eam, quæ unum quid dicit, et semper ad unum dirigitur decretum. Nam et robore, et honestate, et prudentia dicit nos decere magis philosophari, si ad cœli dignitatem respicientes, immutabiliter, et citra ullam pœnitentiam, eadem sententia, et de iisdem utamur. Quin igitur interpretatur ea quæ in Lege dicuntur, ut ad unum Deum respiciamus, et ea, quæ justa sunt, agamus, præcipiens. Politici autem dicit esse duas species, unam quidem legalem; alteram vero, servato nomine, politicam. Et politicum quidem proprie significare rerum omnium Opificem, innuit in libro ejusdem nominis; quinetiam eos, qui ad ipsum respiciunt, vitamque activam et justam eligunt, et contemplationi etiam vacant, politicos appellat. Id vero politicum, quod

B Πλάτων (44) δὲ ὁ φιλόσοφος, ἐκ τῶν Μωϋσέως τὰ περὶ τὴν νομοθεσίαν ὠφεληθείς, ἐπετίμησε μὲν τῇ Μίνωος καὶ Λυκούργου πολιτείᾳ, πρὸς ἀνδρείαν μόνην ἀποβλεπομέναις· ἐπῄνεσε δὲ, ὡς σεμνοτέραν, τὴν ἕν τι λέγουσαν, καὶ πρὸς δόγμα ἓν νεύουσαν αἰεί· καὶ γὰρ ἰσχύϊ, καὶ σεμνότητι, καὶ φρονήσει πρέπειν ἂν μᾶλλον φιλοσοφεῖν ἡμᾶς λέγει, πρὸς τὸ ἀξίωμα τοῦ οὐρανοῦ ἀμετανοήτως χρωμένους γνώμῃ τῇ αὐτῇ, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. Ἆρα οὖν τὰ κατὰ τὸν Νόμον ἑρμηνεύει, πρὸς ἕνα Θεὸν ἀφορᾷν καὶ δικαιοπραγεῖν ἐντελλόμενος. Τοῦ δὲ πολιτικοῦ δύο εἴδη λέγει· τὸ μὲν νομικὸν, τὸ δὲ πολιτικὸν, ὁμωνύμως ὠνομασμένον. Καὶ πολιτικὸν μὲν κυρίως αἰνίττεται τὸν Δημιουργὸν, ἐν τῷ ὁμωνύμῳ βιβλίῳ· τούς τε εἰς αὐτὸν ἀφορῶντας καὶ βιοῦντας ἐνεργῶς καὶ δικαίως C σὺν καὶ τῇ θεωρίᾳ, καὶ αὐτοὺς πολιτικοὺς ὀνομάζει. Τὸ δὲ ἐπίσης τῷ νομικῷ κεκλημένον πολιτικὸν εἴς τε κοσμικὴν (45-46) μεγαλόνοιαν διαιρεῖ, εἴς τε ἰδιωτικὴν σύνταξιν, ἣν κοσμιότητα, καὶ ἁρμονίαν, καὶ σωφροσύνην ὠνόμασεν, ὅταν ἄρχοντες μὲν πρέπωσι τοῖς

✠ P. 419 ED. POTTER, 349 ED. PARIS.

(41) *Εὐρωπίαν*. Pausanias in *Bœoticis*, pag. 550 edit. Hanov. : Ὁ δὲ τὰ ἔπη ἐς Εὐρώπην ποιήσας· « Qui carmina in Europam fecit. » Eumelum, *Europiæ* auctorem vocat Eusebius in *Chronico* Olymp. III : « Eumelus poeta, qui *Bugoniam* et *Europiam*; et Arctinus, qui *Æthiopiam* composuit. » Ubi conf. quæ adnotavit Jos. Scaliger.

(42) *Ἀπόλλων*. In Apollinis etymologia consentit cum Plutarcho, qui et ipse pag. 205 : Ἀπόλλων μὲν γὰρ, οἷον ἀρνούμενος τὰ πολλὰ, καὶ τὸ πλῆθος D ἀποφάσκων ἐστίν· ἔτ pag. 202 : Τὴν μὲν εἰς πῦρ μεταβολὴν Ἀπόλλωνά τε, τῇ μονώσει, Φοῖβόν τε, τῷ καθαρῷ καὶ ἀμιάντῳ, καλοῦσι. H. Sylburg.

(43) *Ξύλου*. Crucis lignum forte respicit auctor.

(44) *Πλάτων*. Perperam refert Clemens, Platonem « laudasse » legislatores πρὸς ἕν τι βλέποντας, « unum quid spectantes. » Nam econtra, Plato cum *De legibus* lib. I, pag. 772, dixisset : Οἰώμεθα πάντα τά τ' ἐν Λακεδαίμονι καὶ τὰ τῇδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα βλέποντας Λυκοῦργόν τε καὶ Μίνω τίθεσθαι τὰ νόμιμα. « Putemus, et hic, et apud Lacedæmonios Lycurgum et Minoem ad bellum præcipue respicientes, leges condidisse; » addit alia multa a legislatore præter belli peritiam procurari debere, nempe prudentiam, temperantiam, justitiam, et his similia; ac proinde reprehendit legislatores πρὸς ἕν τι βλέποντας, « qui ad unum aliquod respiciunt, » reliquis posthabitis. Idem statim a principio lib. IV *De legibus*, pag. 825, hæc dicit : Ὦ δαιμόνιε, φύλαττέ με, εἰς τὸ κατ' ἀρχὰς ἀποβλέπων, τὸ περὶ τῶν Κρητικῶν νόμων, ὡς πρὸς ἕν τι βλέποιεν· καὶ δὴ καὶ τοῦτ' ἐλέγετον, αὐτὸ εἶναι σφῷν τὸ πρὸς τὸν πόλεμον. Ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν εἶπον, ὡς ὅτι μὲν εἰς ἀρετήν ποι βλέποι τὰ τοιαῦτα νόμιμα κείμενα, καλῶς ἔχοι· τὸ δ' ὅτι πρὸς μέρος, ἀλλ' οὐ πρὸς πᾶσαν, σχεδὸν οὐ πάνυ ξυνεχώρουν. « Observa me, vir præclare, nempe illius gratia, quod est ab initio de Cretensium legibus dictum, quas vos ad unum aliquid, id est bellum, respicere dicebatis. Eas ego quoniam ad virtutem quodammodo referrentur, probe positas esse dixi : quoniam vero non ad universam, sed ad virtutis partem ferme, equidem non valde laudabam. »

(45-46) *Κοσμικήν*. Malim κοσμητικήν, « ordinatricem : » vel κομικήν, « curatricem; » nam Plato *Politici* pag. 541, τέχνην ἀγελαιοκομικήν, « artem curandi greges, » politicæ similem esse ostendit. Hujus loci sensus est, « hanc politicæ speciem ad duo hominum genera spectare : 1° ad imperantes, quibus aliorum regendorum cura incumbit; 2° ad subditos, ἰδιωτικὴν τάξιν, quorum est imperantibus parere. »

Digitized by Google

ἀρχομένοις, πειθήνιοι δὲ οἱ ἀρχόμενοι τοῖς ἄρχουσι γίγνωνται· ὅπερ ἡ κατὰ Μωϋσέα πραγματεία διὰ σπουδῆς ἔχει γενέσθαι. Ἔτι τὸ μὲν νομικὸν (47) πρὸς γενέσεως εἶναι, τὸ πολιτικὸν δὲ πρὸς φιλίας καὶ ὁμονοίας, ὁ Πλάτων ὠφεληθείς, τοῖς μὲν *Νόμοις* τὸν φιλόσοφον τὸν ἐν τῇ *Ἐπινομίδι* (48) συνέταξε, τὸν τὴν διέξοδον πάσης γενέσεως, τῆς διὰ τῶν πλανωμένων, εἰδότα· φιλόσοφον δὲ ἄλλον τὸν *Τίμαιον* (49), ὄντα ἀστρονομικὸν καὶ θεωρητικὸν τῆς ἐκείνων φορᾶς, συμπαθείας τε καὶ κοινωνίας τῆς πρὸς ἄλληλα, ἑπομένους (50) τῇ *Πολιτείᾳ* συνάπτει· ἔπειτα· τέλος γὰρ (51), οἶμαι, τοῦ τε πολιτικοῦ, τοῦ τε κατὰ νόμον βιοῦντος ἡ θεωρία· ἀναγκαῖον γοῦν τὸ πολιτεύεσθαι ὀρθῶς· ἄριστον δὲ τὸ φιλοσοφεῖν. Ὁ γὰρ νοῦν ἔχων πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς γνῶσιν συντείνας, βιώσεται, κατευθύνας μὲν τὸν βίον ἔργοις ἀγαθοῖς, ἀτιμάσας δὲ τὰ ἐναντία, τά τε πρὸς ἀλήθειαν συλλαμβανόμενα μεθέπων μαθήματα. Νόμος δέ ἐστιν οὐ τὰ νομιζόμενα, (οὐδὲ γὰρ τὰ ὁρώμενα ὅρασις·) οὐδὲ δόξα πᾶσα· (οὐ γὰρ καὶ ἡ πονηρά·) ἀλλὰ νόμος ἐστὶ χρηστὴ δόξα, χρηστὴ δὲ ἡ ἀληθής. ἀληθὴς δὲ ἡ « τὸ ὂν » εὑρίσκουσα, καὶ τούτου τυγχάνουσα. « Ὁ ὢν δὲ ἐξαπέσταλκέ (52) με, » φησὶν ὁ Μωϋσῆς. Ἦ τινες (53) ἀκολούθως, δηλονότι τῇ χρηστῇ δόξῃ, λόγον ὀρθὸν τὸν νόμον ἔφασαν· προστακτικὸν μέν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον.

A legale dicitur, in mundanam dividit mentis magnitudinem, et in privatum ordinem, quem moderationem et concinnitatem vocavit, et temperantiam, quando magistratus quidem convenientes fuerint iis, quibus imperant, ii autem, quibus imperatur, ✠ parueriut magistratibus. Quod quidem ut fiat, Moysis scripta contendunt. Præterea legale quidem ad generationem, politicum autem ad amicitiam et concordiam pertinere, dicit adjutus Plato; unde *Legibus* quidem eum, qui est in *Epinomide*, philosophum conjunxit, qui novit transitus omnis generationis, quæ fit per errantia; philosophum autem alium *Timæum*, qui est et astronomiæ peritus, et illorum motuum, et eam, quæ est inter se, consensionem et societatem contemplatur, conjungit libris *De republica*. Finis enim est, ut existimo, et politici, et ejus qui ex lege vivit, contemplatio. Necesse est ergo civitatem recte administrare: optimum est autem philosophari. Qui enim sapit, omnia sua ad cognitionem vivet referens, vitam quidem suam bonis factis dirigens, quæ autem sunt contraria despiciens, et, quæ ad veritatem conferunt, disciplinas persequens. Lex autem est, non ea, quæ lege decernuntur (nam nec sunt ea, quæ videntur, visus), neque quævis opinio (non enim ea quoque quæ est mala), sed lex est opinio bona, bona est autem quæ est vera; vera est autem, quæ id « quod est » invenit, et id assequitur : « Qui est autem, misit me[a], » inquit Moyses. Cui consequenter, bonæ scilicet opinioni, quidam dixerunt legem esse rectam rationem, quæ jubet quidem ea quæ sunt facienda, prohibet autem quæ non sunt facienda.

B

✠ P. 420 ED. POTTER, 350 ED. PARIS. [a] Exod. III, 13.

(47) *Ἔτι τὸ μὲν κ.τ.λ.* Eorum, quæ jam dicit, sensus sic se habet : « Præterea a Moyse edoctus Plato, « legalem » quidem scientiam ad humanæ societatis « generationem » et institutionem, « politicam » vero ad ejusdem amorem et concordiam spectare, libris *De legibus* philosophum in *Epinomidis* libro totius generationis, quæ per errantia in cœlo corpora fit, peritum adjecit : et alterum philosophum *Timæum*, astronomiæ et cœlestium corporum motus, consensionis ac communionis inter se invicem studiosum, libris *De republica* comitem dedit. »

C

(48) *Ἐν τῇ Ἐπινομίδι.* Intelligit Platonis librum, qui libros *De legibus* sequitur : in quo viro sapienti necessarium esse docet, ut sciat qua ratione cœlestia corpora, quæ deos esse putabat, rerum in hoc mundo omnium causæ sint, eumque gubernent, et quomodo adoranda sint : unde ejus titulus est *Ἐπινομὶς ἢ Φιλόσοφος*.

(49) *Τίμαιον*. Alius hic Platonis liber est, *Timæi Locri* nomen inscriptus, philosophi Pythagorici, qui *De natura universi* tractatum ediderat. Hujusce libri materiam ac scopum ibi explicat auctor pag. 1046 : Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ μετὰ τοῦτον, ὡς παρὰ τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους τῷ λόγῳ γεγονότας, παρὰ σοῦ δὲ πεπαιδευμένους διαφερόντως αὐτῶν τινας, κατὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον εἰσαγαγόντα αὐτοὺς ὡς εἰς δικαστὰς ὑμᾶς, ποιῆσαι πολίτας τῆς πόλεως τῆσδε, ὡς ὄντας τοὺς τότε Ἀθηναίους, οὓς ἐμήνυσεν ἀφανεῖς ὄντας ἡ τῶν ἱερῶν γραμμάτων φήμη. « Visum nobis est, ut Timæus, tanquam in astronomia nostrorum omnium peritissimus, maximeque in rerum natura cognoscenda versatus, primus edisserat, ita ut a mundi generatione exordiens, usque ad generis humani naturam deveniat. Atque ego deinde suscipiens homines a Timæo quidem genitos, a Critia vero ut plurimum institutos, secundum Solonis sermonem legemque in judicium vestrum adducam, civitatisque istius cives efficiam eos, qui prisci illi Athenienses fuerunt, quos jam exstinctos sacræ Ægyptiorum litteræ in lucem e tenebris eruerunt. » Quod *Timæum* libris *De republica* subjecit Plato, indicat ibid. p. 1040 : Χθές, που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων Περὶ πολιτείας, ἦν τὸ κεφάλαιον, οἷά τε, καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι· « Summa disputationis hesternæ de republica erat, qualis mihi, et ex qualibus viris optima posse fieri videretur. » Hinc patet *Timæum* libros *De republica*, *ut Epinomidem* libros *De legibus*, statim sequi debere : quamvis in vulg. Platonis editionibus alio jam ordine collocati sint.

D

(50) *Ἑπομένους*. Legendum ἑπομένως, « similiter : » qua voce alibi etiam usus est. Vide *Indicem Græcum*. LOWTH.

(51) *Ἔπειτα· τέλος γ.* Ἔπειτα τέλος γ. conjuncte Flor. edit. Præsens lectio, quæ Sylburgii est, indicat ea, quæ sequuntur, Platonis esse.

(52) *Ἐξαπέσταλκε*. Ἀπέσταλκε, Exod.

(53) *Τινές*. Nempe Stoici. Stobæus, *Eclog. ethic.* c. 4, p. 179, Stoicorum moralem doctrinam describens, ait : Τοῦ δὲ ὄντως σπουδαίου, καθάπερ εἴπομεν, ἐπειδὴ λόγος ὀρθός ἐστι μὲν, προστακτικὸς ὢν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον, μόνον τὸν σοφὸν εἶναι λέγουσι νόμιμον. Clemens Philonis verba præ oculis habuisse videtur, quæ exstant

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Moysem recte dici divinum legislatorem, licet Christo inferiorem, et longe potiori jure quam Græcorum legislatores Minoem et Lycurgum.

Unde merito dictum est legem datam esse per Moysem, ut quæ sit regula justorum et injustorum : et eam propterea θεσμὸν dixerimus, quæ a Deo per Moysem est tradita. Ea itaque ad Deum deducit. ✠ Dicit autem Paulus quoque : « Lex propter prævaricationes est posita, donec veniret semen, cui promissum est. » Quam sententiam ut plenius explicaret, statim infert : « Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi, » timore scilicet ex peccatis, « in eam fidem quæ erat revelanda : quare lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide justificemur[a]. » Est autem legis ferendæ peritus, qui id, quod convenit, unicuique animæ parti, et ejus factis tribuit. Moyses autem, ut summatim dicam, erat lex animata, quæ Logo bono gubernabatur. Subministravit itaque bonam reipublicæ administrandæ rationem. Ea autem est bona educatio hominum in societate. Jam vero facultatem tractavit judiciariam, quæ est scientia peccatores corrigendi, ut justitiam discant. Ejusdem autem cum ea ordinis, est puniens facultas, quæ tenet modum in puniendo. Ea vero, dum punit, animam corrigit. Versatur autem, ut ita dicam, tota Moysis institutio, et in docendis iis, qui possunt esse boni et honesti, et in iis venandis, qui sunt his similes : quæ quidem fuerit ars imperatoria. Quæ autem versatur in recte utendo iis, quæ Logo cápta sunt, ea fuerit legum ferendarum sapientia. Ejus enim, ut quæ sit maxime regia, est proprium et possidere, et uti. Solum itaque sapientem philosophi, regem, legislatorem, **152** imperatorem, justum, sanctum, Deo amicum prædicant. Si hæc autem in Moyse invenerimus, ut ex ipsis ostenditur Scripturis, recte persuasi dixerimus, sapientem revera esse Moysem. Quemadmodum ergo pastoralem artem ovium curam gerere dicimus : inde enim dicitur, quod « pastor bonus animam ponit pro ovibus[b] : » ita etiam legum ferendarum artem, cum hominum gregis curam gerat, eorum virtutem astruere, et quod in illis bonum est, suscitare dicemus. Quod si gregis allegoria gregem hominum innuit, Dominus idem erit bonus et pastor et le-

A Ὅθεν ὁ νόμος εἰκότως εἴρηται διὰ Μωϋσέως δεδόσθαι, κανὼν τυγχάνων δικαίων τε καὶ ἀδίκων· καὶ τοῦτον κυρίως θεσμὸν (54) ἂν εἴποιμεν, τὸν ὑπὸ Θεοῦ διὰ Μωϋσέως παραδεδομένον. Ἔχει γοῦν τὴν ἀγωγὴν εἰς τὸ Θεῖον. Λέγει δὲ καὶ ὁ Παῦλος· « Ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν ἐτέθη, ἄχρις ἂν (55) ἔλθῃ τὸ σπέρμα, ᾧ ἐπήγγελται. » Εἶτα, οἱονεὶ ἐπεξηγούμενος τὴν διάνοιαν, ἐπιφέρει· « Πρὸ τοῦ δὲ (56) ἐλθεῖν τὴν πίστιν ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι, » φόβῳ δηλαδὴ ἀπὸ ἁμαρτιῶν, « εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθήσεσθαι· ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν ἐγένετο εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. » Ὁ νομοθετικὸς δέ ἐστιν ὁ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ μέρει τῆς ψυχῆς καὶ ταῖς τούτων ἔργοις ἀπονέμων. Μωϋσῆς δὲ, συνελόντι εἰπεῖν, νόμος B ἔμψυχος ἦν, τῷ χρηστῷ Λόγῳ κυβερνώμενος. Πολιτείαν γοῦν διηκόνησεν ἀγαθήν· ἡ δέ ἐστι τροφὴ ἀνθρώπων καλὴ κατὰ κοινωνίαν. Αὐτίκα τὴν δικαστικὴν μετεχειρίζετο, ἐπιστήμην οὖσαν διορθωτικὴν τῶν ἁμαρτανομένων, ἕνεκεν τοῦ δικαίου. Σύστοιχος δὲ αὐτῇ ἡ κολαστικὴ, τοῦ κατὰ τὰς κολάσεις μέτρου ἐπιστημονική τις οὖσα. Κόλασις δὲ οὖσα, διόρθωσίς ἐστι ψυχῆς. Ἔστι δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῷ Μωϋσεῖ ἡ πᾶσα ἀγωγὴ, παιδευτικὴ μὲν τῶν οἵων τε γενέσθαι καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, θηρευτικὴ δὲ τῶν ὁμοίων τούτοις· ἥτις ἂν εἴη στρατηγική· ἡ δὲ χρηστικὴ τοῖς θηρευθεῖσι Λόγῳ κατὰ τρόπον σοφία εἴη ἂν νομοθετική· κτᾶσθαί τε γὰρ καὶ χρῆσθαι ταύτης ἴδιον, βασιλικωτάτης οὔσης. Μόνον γοῦν τὸν σοφὸν οἱ φιλόσοφοι βα- C σιλέα, νομοθέτην, στρατηγὸν, δίκαιον, ὅσιον, θεοφιλῆ κηρύττουσιν. Εἰ δὲ ταῦτα περὶ τὸν Μωϋσέα εὑροιμεν, ὡς ἐξ αὐτῶν δείκνυται τῶν Γραφῶν, εὖ μάλα πεπεισμένως ἂν ἀγορεύοιμεν σοφὸν τῷ ὄντι τὸν Μωϋσέα. Καθάπερ οὖν τὴν ποιμενικὴν τῶν προβάτων προνοεῖν φαμεν· οὕτω γὰρ « ὁ ἀγαθὸς (57) ποιμὴν (58) τὴν ψυχὴν τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· » οὕτω γε καὶ τὴν νομοθετικὴν τὴν ἀνθρώπων ἀρετὴν κατασκευάζειν ἐροῦμεν, τὸ ἀνθρώπινον κατὰ δύναμιν ἀγαθὸν ἀναζωπυροῦσαν, ἐπιστατικὴν οὖσαν καὶ κηδεμονικὴν τῆς ἀνθρώπων ἀγέλης. Εἰ δὲ ἡ ποίμνη ἡ ἀλληγορουμένη πρὸς τοῦ Κυρίου οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀγέλη τις ἀνθρώπων ἐστὶν, ὁ αὐτὸς (59) ἔσται ποιμήν τε καὶ νομοθέτης

✠ P. 421 ED. POTTER, 551 ED. PARIS.

[a] Galat. III, 19, 23, 24. [b] Joan. X, 11.

paulo a principio lib. II *De vita Moysis* : Βασιλεῖ προσήκει προστάττειν ἃ χρὴ, καὶ ἀπαγορεύειν ἃ μὴ χρή· πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων, καὶ ἀπαγόρευσις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου· ὡς εὐθὺς εἶναι τὸν μὲν βασιλέα νόμον ἔμψυχον, τὸν δὲ νόμον βασιλέα δίκαιον· « Regis officium est, jubere quæ oportet fieri : et vetare, a quibus abstinere decet. Cæterum jussio faciendorum, et interdictio cavendorum proprie ad legem spectat. Atque ita sequitur, ut rex animata lex sit, lex vero rex justissimus. » Idem *De migratione Abrahami* p. 408 : Νόμος δὲ οὐδὲν ἄρα ἢ λόγος θεῖος, προστάσσων ἃ δεῖ, καὶ ἀπαγορεύων ἃ μὴ χρή· « Lex porro nil aliud est, quam divinum eloquium, facienda præcipiens, vitanda prohibens. » Eamdem legis definitionem respicit Clemens *Strom.* III, p. 462.

(54) *Θεσμόν*. Alludit ad etymon τοῦ θεσμοῦ, D quod a θεός duci solet. Hesychius, θεσμῶν, θείων νόμων. Philo libri jam dicti pag. 408 ait : Τέλος οὖν ἐστι, κατὰ τὸν ἱερώτατον Μωϋσῆν, τὸ ἕπεσθαι Θεῷ· « Finis igitur est, juxta sacratissimum Moysem, sequi Deum. » Hinc illud Clementis, quod sequitur : Ἔχει γοῦν τὴν ἀγωγὴν εἰς τὸ Θεῖον.

(55) *Ἄχρις ἄν*. Ἄχρις οὗ Galat.

(56) *Πρὸ τοῦ δέ*. Πρὸ δὲ τοῦ Galat. Dein, ἀποκαλυφθῆναι pro ἀποκαλυφθήσεσθαι, et γέγονεν pro ἐγένετο. Ibid.

(57) *Οὕτω γὰρ ὁ ἀγαθός*. Legendum ὁ γὰρ ἀγαθός. Vox οὕτω ex sequentibus irrepsit. Lowth.

(58) *Ποιμήν*. Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων, Joan. X, 11.

(59) *Ὁ αὐτός*. Respicit Joan. X, 16 : Καὶ ἄλλα

Digitized by Google

runtur ad scopum veritatis, ut dicit Philo Pythagoreus, Moysis res gestas describens), sive etiam doctus ab aliquibus, quæ tunc erant, divinis eloquiis, ut qui doctrinæ siti semper teneretur. Dicit enim lex : *Post Dominum Deum vestrum ambulate, et mandata mea servate* [a]. Assimilationem enim lex nominat consectationem. Talis autem consectatio, quoad fieri potest, assimilat. *Estote*, inquit Dominus, *misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est* [b]. Hinc Stoici quoque, naturæ consequenter vivere, finem esse statuerunt, eleganter Dei nomine transmutato in naturam : quoniam natura et ad plantas, et ad ea quæ seminantur, et ad arbores, et ad lapides extenditur. Aperte ergo dictum est : *Viri mali legem non intelligunt : qui autem legem diligunt, sibi muri propugnaculum muniunt* [c]. *Astutorum* enim *sapientia agnoscet vias suas : ignorantia autem sapientum erit in errore* [d]. *Super* ✠ *quem enim respiciam, nisi super mitem et mansuetum et trementem verba mea* [e]? ait prophetia. Docemur autem, esse triplex genus amicitiæ : et eorum primum quidem est, idque optimum ac præstantissimum, id quod virtute conciliatur : valida enim est, quæ ex ratione oritur, dilectio. Secundum autem ac medium, ex remuneratione : est autem hoc genus aptum ad societatem ac communicationem, lubenter impertiens, et vitæ conducibile. Communis enim est, quæ ex gratia oritur, amicitia. Ultimum autem ac tertium, nos quidem dicimus id quod est ex consuetudine : illi vero id, quod propter voluptatem vertitur ac mutatur. Ac mihi quidem pulcherrime Hippodamus Pythagoreus vi-

✠ P. 483 ED. POTTER, 404-405 ED. PARIS. [a] Deut. XIII, 4. [b] Luc. VI, 36. [c] Prov. XXVIII, 4, 5. [d] Prov. XIV, 8. [e] Isa. LXVI, 2.

cum dicendi genus, quo Pythagorei inclaruerunt, tantopere secutus sit. Conf. quæ dicta sunt ad *Strom.* I, p. 305 edit. Paris.

(40) *Ὀπίσω.* Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξατε, *Strom.* V, p. 594 edit. Paris. Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε (πορεύσεσθε Vulg. Bibl.) καὶ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξεσθε, Cod. Alex. Deut. XIII, 4.

(41) *Ἐλεήμονες καὶ.* Clementis interpretamentum.

(42) *Ὡς ὁ Π.* Ὡς καὶ ὁ Π. Luc. Ὁ οὐράνιος e Matthæo additum videtur.

(43) *Ἀκολούθως τῇ φύσει.* Conf. quæ superius adnotata sunt in illud adagium, quo jubemur *Deum sequi*, p. 590, edit. Paris.

(44) *Ἄνδρες κακοί.* Prov. XXVIII, 4, 5 : Οἱ ἐγκαταλείποντες τὸν νόμον ἐγκωμιάζουσιν ἀσέβειαν· οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸν νόμον, περιβάλλουσιν ἑαυτοῖς τεῖχος. Ἄνδρες κακοὶ οὐ συνήσουσι (al. νοήσουσι) κρῖμα. Sed auctor superius eodem modo, quo hic, hanc sententiam recitavit, *Strom.* I, p. 353, edit. Paris.

(45) *Σοφία.* Sic penitus legimus Proverb. XIV, v. 8, excepto illo τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Aquila et Theodotio ἀφρόνων ἐπίθεσις, Symmachus ἀφρόνων λόγος. Latina Vulg. *Sapientia callidi est intelligere viam suam, et imprudentia stultorum errans.* Hanc enim potius lectionem postulant et Græca et Hebræa. Chaldaicæ paraphrasis interpretatio : *Sapientia callidi est intelligentia viæ suæ, et stultitia stultorum fraudulenta.* Itaque sic potes hæc vertere : *Ignorantia autem insipientium in deceptione ;* id est nihil aliud cogitant, quam quomodo imponere aliis possint. Præcedenti sententiæ non absimilis est illa Proverb. XXVIII, 5 : Ἄνδρες κακοὶ οὐ νοήσουσι κρίσιν· οἱ δὲ ζητοῦντες τὸν Κύριον συνήσουσιν ἐν παντί, vel, ut alibi, συνήσουσι πάντα. Latina : *Viri mali non cogitant judicium ; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.* Cæterum quamvis in malam partem sumatur vox πανοῦργος, tamen, ut docet Suidas, significat et τὸν πάνυ φρόνιμον καὶ πάντα ἐπιστάμενον. Quo loco et manuscripti opemendum sustuleris, si legas, καλεῖ δὲ οὕτως ἀπὸ Διομείων τοῦ δήμου. Collect.

(46) *Πρᾶον.* Ταπεινόν, Isa., ubi mox, τοὺς λόγους μου.

(47) *Τριττά.* Similiter Aristoteles *Ethicorum* ad Nicomachum lib. VIII, cap. 3, docet, τρία εἶναι εἴδη τῆς φιλίας, *tres esse amicitiæ species.* Quarum primam eorum esse ait, οἳ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦσιν ἀλλήλους, *qui se invicem amant propter utilitatem* Secundam, quæ contrahi solet διὰ τὴν ἡδονήν, *propter voluptatem :* qualem plerumque dicit esse τὴν τῶν νέων φιλίαν, *juvenum amicitiam.* Tertio autem loco ei est τελεία ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων· *perfecta, quæ bonorum est et secundum virtutem similium, amicitia. Isti enim*, inquit, *benevoli invicem sunt, quatenus boni.* Brevius dixeris amicitiam utilem, jucundam ac honestam.

(48) *Γράφειν τὰς φιλίας· Ἀ μέν.* Rectius, γράφειν, Τᾶς φιλίας ἀ μέν.... quod vidit etiam H. Sylburg.

Digitized by Google

detur describere amicitias : *Una quidem est*, inquit, *ex scientia deorum ; altera vero, ex hominum suppeditatione ; tertia vero, ex voluptate animantium.* Est ergo una quidem philosophi amicitia, altera vero hominis, tertia autem animalis. Revera enim Dei est imago homo benefaciens : qua in re ipse etiam beneficio afficitur ; nam, sicut gubernator, simul servat et servatur. Et ideo cum quis petens fuerit consecutus, non dicit danti, Recte dedisti, sed, Recte accepisti. Ita accipit quidem, qui dat ; dat autem, qui accipit. *Justi autem miserentur* [a] *; benigni autem erunt habitatores terræ ; innocentes autem relinquentur in ea ; qui autem inique se gerunt, exterminabuntur ab ea* [b]. Ac mihi videtur Homerus fidelem prædivinans, dixisse : *Da amico. Inimico autem ferendum est auxilium, ne maneat inimicus.* Auxilio enim vincitur quidem benevolentia, dissolvuntur vero inimicitiæ. Sed *si adsit quidem promptitudo animi, quatenus habet, est accepta, non quatenus non habet. Non enim ut aliis remissio, vobis autem afflictio, sed ex æqualitate in præsenti tempore* [c], et quæ sequuntur. *Dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi* [d], ait Scriptura. Quod enim est ad imaginem et similitudinem, sicut etiam prius diximus, non elucet corpore (nefas enim est, mortale assimilari immortali), sed mente ac ratione : qua et eam, quæ est in benefaciendo, et eam, quæ in imperando, obsignat Dominus similitudinem. Non enim principatus corporum qualitatibus, sed judicio mentis recte geruntur. Sanctorum enim virorum consiliis ✠ civitates recte administrantur, et recte domus.

A οὗ φησι τῷ διδόντι, Καλῶς ἔδωκας, ἀλλά, Καλῶς εἴληφας. Οὕτω λαμβάνει μὲν ὁ διδούς, δίδωσι δὲ ὁ λαμβάνων. *Δίκαιοι* (49) *δὲ οἰκτείρουσι, καὶ ἐλεοῦσι· χρηστοὶ δὲ ἔσονται οἰκήτορες γῆς· ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολοθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς.* Καί μοι δοκεῖ τὸν πιστὸν προμαντευόμενος (50) Ὅμηρος εἰρηκέναι, *Δὸς φίλῳ·* ἐχθρῷ δὲ ἐπικουρητέον, ἵνα μὴ μείνῃ ἐχθρός· ἐπικουρία γὰρ (51) εὐνοίᾳ μὲν συνδεῖται, λύεται δὲ ἔχθρα. Ἀλλ' *εἰ καὶ προθυμία πρόκειται καθὸ ἐάν ἔχῃ, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει· οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ·* καὶ τὰ ἑξῆς· *Ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα*, ἡ Γραφὴ λέγει. Τὸ γὰρ B κατ' εἰκόνα (52) καὶ ὁμοίωσιν, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, οὐ τὸ κατὰ σῶμα μηνύεται (οὐ γὰρ θέμις θνητὸν ἀθανάτῳ ἐξομοιοῦσθαι), ἀλλ' ἡ κατὰ νοῦν καὶ λογισμόν· ᾧ καὶ τὴν πρὸς τὸ εὐεργετεῖν καὶ τὴν πρὸς τὸ ἄρχειν ὁμοιότητα προσηκόντως ὁ Κύριος ἐνσφραγίζεται· οὐ γὰρ αἱ ἡγεμονίαι σωμάτων ποιότησιν, ἀλλὰ διανοίας κρίσεσι κατορθοῦνται· βουλαῖς γὰρ ἀνδρῶν ὁσίων εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις, εὖ δ' οἶκος.

CAPUT XX.

Verum Gnosticum tolerantiam et abstinentiam exercere

Porro autem tolerantia ipsa quoque contendit ad divinam similitudinem, ut quæ impatibilitate quodammodo fruatur per patientiam, si quis in memoria teneat ea, quæ narrantur de Anania : quorum unus quoque fuit Daniel propheta, divina fide plenus. Babylonem habitabat Daniel, sicut Lot quidem Sodoma, Chaldæorum autem terram Abraham, qui paulo post fuit Dei amicus. In antrum feris plenum adduxit Danielem rex Babyloniorum : ipsum autem eduxit illæsum rex universorum, fidelis Dominus. Hanc possidebit tolerantiam gnosticus, quatenus est ejusmodi. Si tentatur, benedicet, ut generosus Job ; si devoretur a cete, ut Jonas precabitur, et fides eum restituet prædicentem Ninivitis ; et si inclusus fuerit cum leonibus, feras mansuefaciet ; et si in ignem fuerit injectus, rore recreabitur, non igne exuretur. Noctu erit martyr, interdiu martyr, in sermone, in vita, in moribus erit

Ἡ γε μὴν καρτερία καὶ αὐτὴ εἰς τὴν θείαν ἐξομοίωσιν βιάζεται, δι' ὑπομονῆς ἀπάθειαν (53) καρπουμένη, εἴ τῳ ἔναυλα τὰ ἐπὶ τὸν Ἀνανίαν (54) ἱστορούμενα· ὧν εἷς καὶ Δανιὴλ ὁ προφήτης ἦν, θείας πίστεως πεπληρωμένος. Βαβυλῶνα ᾤκει Δανιήλ, καθάπερ ὁ μὲν Λὼτ τὰ Σόδομα, τὴν Χαλδαίων δὲ γῆν ὁ Ἀβραάμ, ὁ μετ' ὀλίγον φίλος τοῦ Θεοῦ. Κατήγαγεν οὖν εἰς δρυγμα θηρίων ἔμπλεων τὸν Δανιὴλ ὁ Βαβυλωνίων βασιλεύς· ἀνήγαγε δὲ αὐτὸν ἀβλαβῆ ὁ ἁπάντων βασιλεὺς, ὁ πιστὸς Κύριος. Ταύτην κτήσεται τὴν ὑπομονὴν ὁ γνωστικὸς, ᾗ γνωστικός· εὐλογήσει πειραζόμενος, ὡς ὁ γενναῖος Ἰὼβ, ὡς Ἰωνᾶς εὔξεται καταπινόμενος ὑπὸ κήτους, καὶ ἡ D πίστις αὐτὸν ἀποκαταστήσει Νινευίταις προφητεύοντα· κἂν μετὰ λεόντων καθειρχθῇ, ἡμερώσει τὰ θηρία· κἂν εἰς πῦρ ἐμβληθῇ, δροσισθήσεται, ἀλλ' οὐκ ἐκπυρωθήσεται· μαρτυρήσει νύκτωρ, μαρτυρήσει μεθ' ἡμέραν· ἐν λόγῳ, ἐν βίῳ, ἐν τρόπῳ μαρτυρήσει·

✠ P. 484 ED. POTTER, 405 ED. PARIS. [a] Prov. xxi, 26. [b] Prov. ii, 21, 22. [c] II Cor. viii, 12, 13. [d] Psal. cxi, 9.

(49) *Δίκαιοι.* Proverb. xxi, 26 : Ὁ δίκαιος ἐλεεῖ καὶ οἰκτείρει ἀφειδῶς. Proverb. ii, 21, 22 : Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ. (Ὅτι εὐθεῖς κατασκηνώσουσι γῆν, καὶ ὅσιοι ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ.) Ὁδοὶ δὲ ἀσεβῶν ἐκ γῆς ὀλοῦνται· οἱ δὲ παράνομοι ἐξωσθήσονται ἐξ αὐτῆς.

(50) *Προμαντευόμενος.* H. ms., πραγματευόμενος. SYLBURG.

(51) *Ἐπικουρία γ.* Inversis casibus, legendum, Ἐπικουρίᾳ γὰρ εὔνοια μὲν συνδεῖται, λύεται δὲ ἔχθρα. Quod cum interpreti, tum etiam Sylburgio placuit.

(52) *Τὸ γὰρ κατ' εἰκόνα.* Conf. p. 133, 266, 418, 645, ed. Paris.

(53) *Ἀπάθειαν.* Stoicorum more loquitur, qui sapientem esse ἀπαθῆ dicebant. Conf. quæ superius dicta sunt ad pag. 80 edit. Paris.

(54) *Ἀναρίαν.* Similia superius dixit *Strom.* i, p. 329 edit. Paris.

Digitized by Google

σύνοικος ἐν τῷ Κυρίῳ (55) ὁαριστής τε καὶ συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα διαμένει· καθαρὸς μὲν τὴν σάρκα, καθαρὸς δὲ τὴν καρδίαν· ἡγιασμένος τὸν λόγον. *Ὁ κόσμος τούτῳ, φησὶν, ἐσταύρωται, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ.* Οὗτος, τὸν σταυρὸν τοῦ Σωτῆρος περιφέρων, ἕπεται Κυρίῳ μετ' ἰσχνιον, ὥστε Θεὸς (56), ἅγιος ἁγίων γενόμενος. Πάσης τοίνυν ἀρετῆς μεμνημένος ὁ θεῖος νόμος, ἀλείφει μάλιστα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, θεμέλιον ἀρετῶν κατατιθέμενος ταύτην· καὶ δὴ προπαιδεύει ἡμᾶς εἰς τὴν περιποίησιν τῆς ἐγκρατείας, ἀπὸ τῆς τῶν ζώων χρήσεως ἀπαγορεύων μεταλαμβάνειν τῶν ὅσα φύσει πίονα, καθάπερ τὸ τῶν συῶν γένος, εὐσαρκότατον τυγχάνον· τρυφητιῶσι γὰρ ἡ τοιαύτη χρῆσις χορηγεῖται. Λέγεται γοῦν, τινὰ τῶν φιλοσοφούντων (57) ἐτυμολογοῦντα τὴν ὖν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον (58) ἐπιτήδειον· δεδόσθαι γὰρ τῷδε τῷ ζώῳ ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾶν. Τῶν τε ἰχθύων ὁμοίως ἀπηγόρευσε μεταλαμβάνειν, στέλλων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας, ἐκείνων οἷς μήτε πτερύγια μήτε λεπίδες εἰσὶν· εὐσαρκίᾳ γὰρ καὶ πιότητι τῶν ἄλλων ἰχθύων οὗτοι διαφέρουσιν. Ἐντεῦθεν οἶμαι καὶ τὰς τελετὰς οὐ μόνων τινῶν ζώων ἀπαγορεύειν ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ τῶν καταθυομένων ὑπεξεῖλετο τῆς χρήσεως μέρη (59), δι' αἰτίας ἃς ἴσασιν οἱ μύσται. Εἰ δὴ γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα κρατητέον, δῆλον ὡς ἄνωθεν παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ νόμου τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκόπτειν. Γένοιτο δ' ἂν τελείως τοῦτο, εἰ τοῦ ὑπεκκαύματος τῆς ἐπιθυμίας, τῆς ἡδονῆς λέγω, ἀνυποκρίτως κατεγνοίημεν. Φασὶ δὲ αὐτῆς εἶναι τὴν ἔννοιαν, κίνησιν λείαν (60) καὶ προσηνῆ μετά τινος αἰσθήσεως. Ταύτῃ δουλεύοντα τὸν Μενέλεων, μετὰ τὴν Ἴλιον ἁλωσιν, φασὶν ὁρμήσαντα τὴν Ἑλένην ἀνελεῖν, ὡς κακῶν τοσούτων αἰτίαν γενομένην, ὅμως οὐ κατισχῦσαι πρᾶξαι, ἡττηθέντα τῷ κάλλει, δι' οὗ ἐπὶ τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἡδονῆς ἀφίκετο. Ὅθεν ἐπισκώπτοντες οἱ τραγῳδοποιοὶ, ὀνειδιστικῶς ἐπεβόησαν αὐτῷ·

martyr. Cum Domino cohabitans, eoque familiariter utens, in spiritu permanet; mundus quidem carne, mundus autem corde, sanctificatus sermone. *Mundus*, inquit, *ei crucifixus est, et ipse mundo* [a]. Is crucem Servatoris circumferens, Domini sequitur vestigia, tanquam Deus, effectus sanctus sanctorum. Omnis ergo virtutis cum meminerit lex divina, hominem maxime exercet ad continentiam, eam statuens fundamentum virtutum : atque adeo nos præerudit ad continentiam acquirendam, ex usu animantium, iis vesci prohibens, quæ sunt natura pinguia, quemadmodum genus suum, quod carnis habet plurimum. Delicatis enim ac luxuriosis suppeditatur talis usus. Dicitur itaque quidam philosophus suis afferens etymologiam, qui ὖς dicitur, ὖν dixisse quasi θῦν, ut qui ad θύσιν, hoc est *mactationem*, aptus esset solummodo : datam enim esse huic animali ad nihil aliud animam, quam ut carnes luxuriarent. Et similiter nostras cupiditates reprimens, prohibuit illis vesci piscibus, qui nec pinnas habent, nec squamas. **175** Carnium enim bonitate et pinguedine hi aliis piscibus antecellunt. Hinc existimo mysteria quoque non solum prohibere ✠ aliqua tangere animalia, sed etiam nonnullas eorum, quæ sacrificantur, eximere ab usu partes, propter eas, quas mystæ sciunt, causas. Si est itaque venter continendus, et ea, quæ sunt sub ventre, clarum est, quod jam olim a Domino accepimus, per legem exscindere debere nos cupiditatem. Id autem perfecte fiet, si cupiditatis fomitem, voluptatem, inquam, non ficte damnaverimus. Dicunt ejus hanc esse notionem, ut sit lenis et blandus motus cum aliquo sensu. Ei servientem Menelaum post Trojam captam dicunt, cum impetu ferretur ad occidendam Helenam, quod tot et tantorum fuisset causa malorum, id tamen non potuisse efficere victum pulchritudine, per quam in mentem venit recordatio pristinæ voluptatis. Unde ludificantes tragici, cum probro ac dedecore in eum exclamant :

Σὺ (61) δ', ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,
Φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα.

At tu papillam conluens gladium abjicis,
Et proditrici figis osculum cani.

✠ P. 485 ED. POTTER, 406 ED. PARIS. [a] Galat. VI, 14.

(55) *Σύνοικος ἐν τῷ Κ.* Hæc sic scribere et distinguere malim : Σύνοικος ὢν τῷ Κυρίῳ, ὁαριστής τε καὶ συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα, διαμένει καθ. *Cum Domini sit cohabitator, et consabulator, et convictor quoad spiritum, permanet mundus carne*, etc. Illud ὁαριστής, quod perperam ὁ ἀριστής est in Flor. edit., ex Homero sumptum est qui Minoem Cretensem vocavit Διὸς μεγάλου ὁαριστήν, *Jovis magni consabulatorem*. Συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα contradistinguitur ei, qui est συνέστιος κατὰ τὸ σῶμα. Vir enim bonus, licet corpore distans, quoad spiritum cum Christo conjunctus est.

(56) *Ὥστε Θεός.* Sic superius dixit θεοποιεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, *hominem Deum fieri*, *Protrept.* p. 71, ubi conf. adnotata.

(57) *Τινὰ τῶν φιλοσοφ.* Is Cleanthes est infra pag. 304. Sylburg. — Varro lib. II *De re rustica*, cap. 4 : « Sus Græce dicitur ὖς, olim thysus ab illo verbo, quod dicitur θύειν, quod est *immolare*. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur : cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur. » P. Victorinus in Varronem, hunc citat Clementis locum, et Jos. Scaliger legit θῦς ὖς, quod Latine Varro scripsit thysus. Vide libro VII *Strom.*, p. 707, Cleanthis, Philemonis et Æsopi dicta in hanc sententiam. Collect. — Porro de præcepto quo Judæi suillæ carnis esu interdicebantur, conf. Lactantius lib. IV, cap. 17, p. 367 edit. Oxon.

(58) *Μόνον.* Μόνην mavult Rittershusius in Notis ad Porphyrii librum *De vita Pythagoræ*, p. 8.

(59) *Μέρη.* Scilicet adipem, et quasdam alias partes, quas comedere nefas habebatur.

(60) *Κίνησιν λείαν.* Aristippus definivit τὴν ἡδονὴν λείαν κίνησιν· τὸν πόνον τραχεῖαν κίνησιν. *Voluptatem, lenem motum : dolorem, asperum motum.* Cicero lib. *De finib.*, c. 65 : *Omnes jucundum motum, quo sensus hilarentur, Græce* ἡδονήν, *Latine voluptatem appellant.*

(61) *Σύ.* Eurip.des in *Andromach.*, v. 627, Peleum

Digitized by Google

Et rursus:

Hebescit ensis ergo pulchritudine?

Ego vero Antistheni assentior qui dicit : *Ego Venerem si acciperem, jaculis confoderem : quia hæc nobis honestas probasque mulieres multas corrupit.* Cupidinem vero *naturæ vitium* appellabat, *cui succumbentes miseri, ægritudinem deum vocant.* Per hæc enim ostenditur vinci imperitiores, propter ignorationem voluptatis, quæ non est admittenda, etsi dea dicatur, hoc est, etsi divinitus data sit ad usum liberorum procreationis. Et Xenophon voluptatem aperte vitium dicens, inquit : « O misera, quid vero tu bonum nosti, aut quid honestum consideras? quæ ne eorum quidem, quæ sunt jucunda, appetitum exspectas, sed priusquam esurias quidem, comedis priusquam autem sitias, bibis : et ut jucunde vescaris, obsoniorum conditores excogitas : ut autem suaviter bibas, magno sumptu vina comparas, et per æstatem nivis quærendæ causa circumcursas : ut autem ✠ jucunde dormias, non solum molles lectos, sed etiam, quæ lectis supponantur, fulcra paras. » Unde, ut dicebat Aristo, ad *totum tetrachordon, voluptatem*, inquam, *et dolorem, et metum, et cupiditatem, et multa exercitatione et pugna opus est.*

Hi namque ad intima usque penetrant viscera,
Fluctusque in animo concitant mortalium.

✠ P. 486 ED. POTTER, 406-407 ED. PARIS.

introducit his verbis Menelaum alloquentem :

Ἑλὼν δὲ Τροίαν (εἶμι γὰρ κἀνταῦθά σοι),
Οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών·
Ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος,
Φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,
Ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ.

Capta autem Troja (nam et huc tua causa veniam)
Non interfecisti uxorem reductam in tuam potestatem :
Sed postquam vidisti ubera, abjecto gladio,
Osculum accepisti, adulans canem proditricem,
Factus inferior Venere, o ignavissime tu.

(62) Ἆρ'. Non minus aptum ἄρ', *igitur*, inquit Sylburg. Sed ἆρ' interrogat. retinet Euripides *Orest.* v. 1287.

(63) Ἐκκεκώφηνται. Alii scribunt ἐκκεκώφται, ut etiam ἐκκεκώφωνται et ἐκκεκώφωται.

(64) Ἀντισθένη. Theodoretus *De curat. aff. Græc.*, lib. III : *Antisthenes quidem, Socratis familiaris Diogenisque præceptor, qui temperantiam dicitur fecisse quam maximi, hæc de Venere olim dixit : Ego, si Venerem capere mihi liceat, jaculis, nihil moratus, transfigam ; quando hæc nobis honestas probasque mulieres una corrupit. Idem Antisthènes Cupidinem naturæ vitium appellabat, cui vitio miseri homines succumbentes, pessimam ægritudinem deum vocant.* Stobæus, tit. 29, ait, eum dixisse, *voluptates esse venandas, quæ labores sequuntur, non quæ præcedunt.* COLLECT.

(65) Τὴν Ἀφροδ. Ἐγὼ δὲ τὴν Ἀφροδίτην κατατοξ. Theodoret., qui hæc, pro more suo, e Clemente nostro sumpsit, Θεραπευτ. γ', p. 519.

(66) Ὦ τλῆμ. Verba sunt hæc Virtutis ad Vitium apud Xenophontem lib. II *Memorabil.*, pag. 739 edit. Francofurt.

(67) Τί δὲ σὺ δῆ. Xenophon plenius : Τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα ; *Quid boni habes, aut quam delectationem nosti, cum nihil horum causa facere velis ?*

(68) Ἀναμένεις. Post hoc verbum addit Xenophon : Ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι. *Sed prius, quam appetas, omnibus repleris.*

(69) Οἴνους. Mellus Xenoph., οἴνους τε.

(70) Κατακοιμηθῇς. Καθυπνώσῃς, Xenoph.

(71) Οὐ μόνον τὰς κλ. Xenophon plenius et melius : Οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. *Non tantum stragula mollia, sed etiam lectulos, lectulorumque fulcra paras.*

(72) Πρὸς ὅλον. H. Grotius in *Excerptis e trag.*, p. 437, hæc ad metri leges redacta Agathoni tribuit :

. . . . *Πρὸς τὸ τετράχορδον δ' ὅλον,*
Τὴν ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φόβον,
Ἀσκήσεώς τε καὶ μάχης πολλῆς δέει·
Οὗτοι γὰρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω
Χωροῦσι, καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ.

. . . . *Hos in quadrijuges,*
Metum, dolorem, cupiditatem, gaudia,
Meditatione maxima et pugna est opus :
Hi namque sunt, hi, nostra qui sub viscera
Intrant, et imo corde qui fluctus cient.

Dein hæc adnotat : « Ascribitur hæc sententia in Clemente Aristoni. Ego Agathoni ex conjectura ascripsi, quod Aristonem inter tragicos non invenirem. Priores duo versus confusi ibidem exstant. » Sed Gatakerus *Advers.* c. 9, postquam integrum Clementis locum attulisset, hæc dicit : Hæc omnia Agathoni in *Excerptis* ascribit vir clarissimus Hugo Grotius, quod Aristonem inter tragicos nullum inveniret. Itaque ad metri leges reducere conatur. Haud est difficile multa sermone soluto scripta ad iambi etiam puri leges traducere : quod et alibi virum clarissimum fecisse deprehendimus. Cæterum mihi priora illa Aristonis philosophi omnino videntur ; novissima tantum distichon comprehensa esse poetæ, et tragici forsan, sed incerti.

Digitized by Google

Καὶ γὰρ (73) τῶν σεμνῶν ὀλομέρων εἶναι τοὺς θυμοὺς ἡ ἡδονὴ κηρίνους ποιεῖ, κατὰ Πλάτωνα· ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ (74) τε καὶ λύπη προσπασσαλοῖ τῷ σώματι ψυχὴν τοῦ γε μὴ ἀφορίζοντος καὶ ἀποσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν (75). Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ, φησὶν ὁ Κύριος, σώσει αὐτήν· ἤτοι ῥιψοκινδύνως ὑπὲρ τοῦ Σωτῆρος, αὐτὴν ἐπιδιδοὺς, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν, ἢ ἀπολέσας αὐτὴν ἐκ τῆς πρὸς τὸν συνήθη βίον κοινωνίας. Ἐὰν γὰρ ἀπολῦσαι, καὶ ἀποστῆσαι, καὶ ἀφορίσαι (τοῦτο γὰρ ὁ σταυρὸς σημαίνει) τὴν ψυχὴν ἐθελήσῃς τῆς ἐν τούτῳ τῷ ζῆν τέρψεώς τε καὶ ἡδονῆς, ἕξεις αὐτὴν ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ προσδοκωμένῃ, εὑρημένην καὶ ἀναπεπαυμένην. Εἴη (76) δ' ἂν τοῦτο μελέτη θανάτου, εἰ μόναις ταῖς κατὰ φύσιν μεμετρημέναις ὀρέξεσι, μηδὲν ὑπεροριζούσαις τῶν κατὰ φύσιν, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ παρὰ φύσιν, ἔνθα τὸ ἁμαρτητικὸν φύεται, ἀρκεῖσθαι βουλοίμεθα. Ἐνδύσασθαι οὖν δεῖ τὴν παροπλίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου· ἐπεὶ τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, ὁ θεῖος φησὶν Ἀπόστολος. Ἀνδρὸς δὴ χρεία, ὅστις θαυμαστῶς καὶ ἀσυγχύτως τοῖς πράγμασι χρήσεται, ἀφ' ὧν τὰ πάθη ὁρμᾶται· οἷον πλούτῳ καὶ πενίᾳ, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, ὑγείᾳ καὶ νόσῳ, ζωῇ καὶ θανάτῳ, πόνῳ καὶ ἡδονῇ. Ἵνα γὰρ ἀδιαφόρως τοῖς διαφόροις χρήσωμαι, πολλῆς ἡμῖν δεῖ διαφορᾶς, ἅτε προκεκακωμένοις ἀσθενείᾳ πολλῇ, καὶ προδιαστροφῇ κακῆς ἀγωγῆς τε καὶ τροφῆς, μετὰ ἀμαθίας προαπολελαυκόσιν. Ὁ μὲν οὖν ἁπλοῦς λόγος τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας τὰ πάθη πάντα ἐναπερείσματα τῆς ψυχῆς φησὶν εἶναι, τῆς μαλθακῆς καὶ εἰκούσης, καὶ οἷον ἐναποσφραγίσματα τῶν πνευματικῶν δυνάμεων, πρὸς ἃς ἡ πάλη ἡμῖν. Ἔργον γάρ, οἶμαι, ταῖς κακούργοις δυνάμεσιν ἐνεργεῖν τι τῆς ἰδίας ἕξεως παρ' ἕκαστα πειρᾶσθαι, εἰς τὸ καταγωνίσασθαι καὶ ἐξιδιοποιήσασθαι τοὺς ἀπειπαμένους (77) αὐτάς. Ἕπεται δ' εἰκότως τοὺς μὲν καταπαλαίεσθαι, ὅσοι δὲ ἀθλητικώτερον τὸν ἀγῶνα μεταχειρίζονται, πάμμαχον ἀγωνισάμεναι, καὶ μέχρι τοῦ στεφάνου χωρήσασαι (78) αἱ προειρημέναι δυνά-

A *Eorum enim, qui graves existimantur, animos voluptas facit cereos*, ex sententia Platonis: quoniam *unaquæque voluptas, et unusquisque dolor corpori affigit animam* ejus, qui non se separat ab affectibus, eosque cruci affigit. *Qui perdiderit animam suam*, inquit Dominus, *servabit ipsam* [a]: scilicet aut eam lubenter pro Domino periculis exponens, sicut ille se nostri gratia exposuit: aut eam perdens ex ea, quæ est ei cum hac vita, consuetudine. Si enim solvere, abducere, et segregare (id enim crux significat) animam volueris ab ea, quæ est in hac vita, voluptate et delectatione, habebis eam, in ea, quæ exspectatur, spe inventam et conquiescentem. Hoc enim fuerit meditatio mortis, si solis iis, B quæ sunt secundum naturam dimensæ, appetitionibus, et quæ ea quæ sunt secundum naturam, non excedunt, declinando ad id, quod exsuperat, vel quod est præter naturam, in quo peccandi enascitur occasio, contenti esse velimus. *Oportet ergo nos Dei induere armaturam, ad hoc ut possimus resistere insidiis diaboli* [b]: *quoniam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed Deo potentia, ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, et omnem altitudinem se extollentem adversus Dei cognitionem, et captivantes omnem intellectum ad obediendum fidei* [c], ait divinus Apostolus. Viro utique opus est, qui admirabiliter et inconfuse iis rebus sit usurus, a quibus oriuntur affectus: quemadmodum ✠ divitiis et paupertate, gloria et ignominia, sanitate et morbo, vita et morte, labore et voluptate. Ut enim indifferenter utamur differentibus, magna nobis opus est differentia, ut qui multa imbecillitate prius male affecti simus, et in mala educatione et institutione prius versati cum ignoratione. Simplex ergo ratio nostræ philosophiæ, dicit omnes affectus esse impressiones mollis et cedentis animæ, et veluti obsignationes potestatum spiritualium, adversus quas nobis est colluctatio. Malefi carum enim, ut puto, potestatum est opus, proprii habitus aliquid conari singulis rebus imprimere, ut nos, qui iis abrenuntiavimus, in certamine superent, et suos efficiant. Est ergo jure consequens, ut aliqui quidem in lucta prosternantur. Quicunque autem certamen magis athletice aggrediuntur, omni contentione decertan-

✠ P. 487 ED. POTTER, 407-408 ED. PARIS. [a] Matth. x, 39; Marc. viii, 35. [b] Ephes. vi, 11. [c] II Cor. x, 4, 5.

Qualia multa laudat Clemens, tacito etiam auctoris nomine. Et Agathonis quidem tragici nomine citat Jo. Pricæus noster *Adnotat. ad Jac.* cap. iv, v. 1. Quanquam et Aristonis nomine quædam adducit iambica Theophilus *ad Autolyc.* lib. iii, sed quæ Aristophanis comici suspicetur esse Grotius. Verum istud inter conjectanea locum habet. »

(73) *Καὶ γάρ.* Platonis locus est in *Phædone*, Basil. edit. p. 33. SYLBURG.

(74) *Ἑκάστη ἡδονή.* Plato in *Phædone*, p. 63 edit. Francofurt. qua in hoc opere semper usi sumus, ait: Ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν, καὶ λυπῶν, καὶ φόβων, καθ' ὅσον δύναται. *Veri philosophi animus a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, et timoribus, pro viribus abstinet.* Dein paulo post hæc addit: Ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσ-

D ηλοῖ αὐτὴν (ψυχὴν) πρὸς σῶμα, καὶ προσπερονᾷ· *Omnis voluptas atque dolor, quasi clavum tenens, animam corpori affigit atque connectit.*

(75) *Ἀποσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν.* Legendum videtur ἀποσταυροῦντος ἑαυτῷ τὰ πάθη, Vid. p. 405. LOWTH. — Sed nil muto.

(76) *Εἴη.* Plato in *Phædone*, p. 6, cum dixisset animam a corporis communione ac voluptatibus quam maxime abstrahendam esse, hæc adjicit: Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; *Quod quidem nihil aliud est, quam recte philosophari, mortem revera facile meditari. Annon hoc est meditatio mortis?*

(77) *Ἀπειπαμένους.* Nempe in voto baptismali.

(78) *Ἀγωνισάμεναι . . . χωρήσασαι.* Lege ἀγωνισάμενοι . . . χωρήσαντες. LOWTH. — Sed, retenta

Digitized by Google

tes, ad coronam usque perveniunt; prædictæ autem potestates in multo sudore et cruore tunc deficiunt, victores admirantes. Eorum enim, quæ moventur, alia quidem ex appetitione moventur et imaginatione, sicut animalia; alia autem per translationem, sicut inanimata; ex inanimis autem plantas quoque quidam dicunt moveri transeundo ad augmentum, si quis eis esse plantas inanimas concesserit. Et habitum quidem lapides; naturam plantæ; appetitionem vero et imaginationem, et ea præterea duo, quæ prius dicta sunt, bruta quoque participant. Ratiocinandi autem potestas, quæ est propria humanæ animæ, non debet similiter impelli atque animantia ratione carentia, sed imaginatione percepta discernere, et non ab eis abduci. Hæ ergo, **176** de quibus diximus, potestates, pulchritudines et glorias, et adulteria et voluptates, et tales ejusmodi inescantes imagines, iis, quæ facile seduci possunt, animabus protendunt, quemadmodum qui pecora abigunt, eis frondes porrigunt. Deinde cum eos astu circumvenerint, qui non possunt veram voluptatem a falsa discernere, fluxamque ac caducam injuriæque obnoxiam a sancta pulchritudine, ducunt in servitutem. Unaquæque autem deceptio assidue premens animam, in ea imprimit imaginem: et imprudens insciensque anima affectus circumfert imaginem, quæ ex inescatione et nostra assensione oritur. Basilidis ✠ autem sectatores affectus consueverunt vocare προσαρτήματα, id est, appendices: et ea esse quoad essentiam spiritus appensos animæ ratione præditæ, per quamdam conturbationem et confusionem primigeniam: et alias rursus spirituum adulterinas et diversi generis naturas iis adnasci, utpote lupi, simiæ, leonis, ursi, quorum proprietates animæ subinde occurrentes, ejus cupiditates animantibus dicunt assimilare. Quarum enim ferunt proprietates, earum opera factaque imitantur. Et non solum cum rationis expertium animantium appetitionibus et imaginibus accommodantur, sed etiam plantarum æmulantur motus et pulchritudines, propterea quod plantarum quoque adjunctas habeant

μεις ἐν πολλῷ τῷ λύθρῳ, τότε δὴ ἀπαυδῶσι, θαυμάζουσαι τοὺς νικηφόρους. Τῶν γὰρ κινουμένων ἃ μὲν καθ' ὁρμὴν καὶ φαντασίαν κινεῖται, ὡς τὰ ζῶα· τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν, ὡς τὰ ἄψυχα. Κινεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ φυτὰ μεταβατικῶς φασὶν εἰς αὔξησιν, εἴ τις αὐτοῖς ἄψυχα εἶναι συγχωρήσει τὰ φυτά. Ἕξεως (79) μὲν οὖν οἱ λίθοι, φύσεως δὲ τὰ φυτά, ὁρμῆς τε καὶ φαντασίας, πῶν τε αὖ δυεῖν τῶν προειρημένων (80), καὶ τὰ ἄλογα μετέχει ζῶα. Ἡ λογικὴ δὲ δύναμις, ἰδία οὖσα τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς, οὐχ ὡσαύτως τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁρμᾷν ὀφείλει, ἀλλὰ καὶ διακρίνειν τὰς φαντασίας, καὶ μὴ συναποφέρεσθαι αὐταῖς. Αἱ τοίνυν δυνάμεις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, κάλλη, καὶ δόξας, καὶ μοιχείας, καὶ ἡδονάς, καὶ τοιαύτας τινὰς φαντασίας δελεαστικὰς περιτείνουσι ταῖς εὐεπιφόροις ψυχαῖς, καθάπερ οἱ ἀπελαύνοντες τὰ θρέμματα, θαλλοὺς προσιέντες· εἶτα κατασοφισάμενοι τοὺς μὴ διακρίνειν δυνηθέντας τὴν ἀληθῆ ἀπὸ ψεύδους (81) ἡδονήν, καὶ τὸ ἐπίκηρόν τε καὶ ἐφύβριστον ἀπὸ τοῦ ἁγίου κάλλους, ἄγουσιν δουλωσάμενοι. Ἑκάστη δὲ ἀπάτη συνεχῶς ἐναπερειδομένη τῇ ψυχῇ, τὴν φαντασίαν ἐν αὐτῇ τυποῦται· καὶ δὴ τὴν εἰκόνα ἔλαθεν περιφέρουσα τοῦ πάθους ἡ ψυχὴ τῆς αἰτίας, ἀπό τε τοῦ δελέατος, καὶ τῆς ἡμῶν συγκαταθέσεως γινομένης. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν· πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ, κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν· ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσεπιφύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου· ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσιν. Ὧν γὰρ ἰδιώματα φέρουσι, τούτων τὰ ἔργα μιμοῦνται· καὶ οὐ μόνον ταῖς ὁρμαῖς καὶ φαντασίαις τῶν ἀλόγων ζώων προσοικειοῦνται, ἀλλὰ καὶ φυτῶν κινήματα καὶ κάλλη ζηλοῦσι, διὰ τὸ καὶ φυτῶν ἰδιώματα προσηρτημένα φέρειν. Ἔχει δὲ καὶ ἕξεως ἰδιώματα, οἷον ἀδάμαντος σκληρίαν. Ἀλλὰ μὲν πρὸς τὸ δόγμα τοῦτο διελεξόμεθα ὕστερον, ὁπηνίκα περὶ ψυχῆς διαλαμβάνομεν· νῦν δὲ τοῦτο μόνον παρασημειωτέον, ὡς Δουρείου τινὸς ἵππου (82), κατὰ

✠ P. 488 ED. POTTER, 408-409 ED. PARIS.

veteri lectione, hoc modo poterint hæc explicari: *Quicunque vero athletice ac fortiter certamen ineunt, hos prædicti spiritus omni genere pugnæ adorti, et ad ipsam usque coronam, non sine multo sudore ac cruore, persequentes, tandem deficiunt, et victores admirantur.*

(79) Ἕξεως. Philo *Legis allegoriarum* lib. III, p. 1091: Ἡ μὲν ἕξις κοινὴ καὶ τῶν ἀψύχων ἐστὶ λίθων καὶ ξύλων, ἧς μετέχει καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ἐοικότα λίθοις ὀστέα· ἡ δὲ φύσις διατείνει καὶ ἐπὶ τὰ φυτά· καὶ ἐν ἡμῖν δέ ἐστιν ἐοικότα φυτοῖς, ὄνυχές τε καὶ τρίχες. Ἔστι δὲ ἡ φύσις ἕξις ἤδη κινουμένη. Ψυχὴ δέ ἐστι φύσις προσειληφυῖα φαντασίαν καὶ ὁρμήν· αὕτη κοινὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἐστίν. Ἔχει δὲ καὶ ἡμέτερος νοῦς ἀναλογοῦν τι ἀλόγῳ ψυχῇ. Πάλιν ἡ διανοητικὴ δύναμις ἰδία τοῦ νοῦ ἐστι, καὶ ἡ λογική. *Habitus quidem communis est et inanimatis, lapidibus et lignis, cujus participant, quæ in nobis similia sunt lapidibus, ossa: natura autem extendit sese ad plantas; et in nobis similia sunt plantis, ungues et capilli. Est vero natura, habitus jam motus. Anima autem est natura, quæ assumit imaginationem et impetum; ipsa communis et irrationalium est. Habet autem et mens nostra analogum quid irrationali animæ.* Idem latius persequitur lib. *Quod Deus sit immut.*, pag. 299. Conf. etiam ejusdem lib. *Quod mundus sit incorruptibilis.*

(80) Δυεῖν τῶν πρ. Nempe ἕξεως et φύσεως.

(81) Τὴν ἀληθῆ ἀπὸ ψεύδους. Concinnius, τὴν ἀληθῆ ἀπὸ τῆς ψευδοῦς· ut mox, τὸ ἐφύβριστον ἀπὸ τοῦ ἁγίου. SYLBURG.

(82) Δουρείου τινὸς ἵππου. *Durei cujusdam equi speciem præbet.* Heer potest de homine multifariis et diversis inter se vitiis obnoxio. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato multos Græcorum proceres fuisse inclusos, notum est. Hen. Junius cent. 3, proverb. 77. Hominem ergo quemvis intelligit qualem describebat Basilides, ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος: Suidas, Δούρειος ὁ ξύλινος. Ἵππος τῶν Ἑλλήνων dicitur, et δουράτεος, et δούριος. Epiphanius hæresi 21, Simonianorum: Διὰ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ Δούριον ἵππον μεμηχανημένον, ὃν νο-

Digitized by Google

τὸν ποιητικὸν μῦθον, εἰκόνα σώζει ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος, ἐν ἑνὶ σώματι τοσούτων πνευμάτων διαφόρων στρατὸν ἐγκεκολπισμένος. Αὐτὸς γοῦν ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς Ἰσίδωρος (83) ἐν τῷ *Περὶ προσφυοῦς ψυχῆς*, συναισθόμενος τοῦ δόγματος, οἷον ἑαυτοῦ κατηγορῶν, γράφει κατὰ λέξιν· « Ἐὰν γάρ τινι πεῖσμα δῷς, ὅτι μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ μονομερής, τῇ δὲ τῶν προσαρτημάτων βίᾳ τὰ τῶν χειρόνων γίνεται πάθη, πρόφασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐξουσίαν οἱ μοχθηροὶ τῶν ἀνθρώπων λέγειν· Ἐβιάσθην, ἀπηνέχθην, ἄκων ἔδρασα, μὴ βουλόμενος ἐνήργησα· τῆς τῶν κακῶν ἐπιθυμίας αὐτὸς ἡγησάμενος, καὶ οὐ μαχεσάμενος ταῖς τῶν προσαρτημάτων βίαις. Δεῖ δὲ, τῷ λογιστικῷ κρείττονας γενομένους, τῆς ἐλάττονος ἐν ἡμῖν κτίσεως φανῆναι κρατοῦντας. » Δύο γὰρ δὴ ψυχὰς ὑποτίθεται καὶ οὗτος ἐν ἡμῖν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι, περὶ ὧν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα. Ἀλλὰ καὶ Οὐαλεντῖνος, πρός τινας ἐπιστέλλων, αὐταῖς λέξεσι γράφει περὶ τῶν προσαρτημάτων· « Εἷς δέ ἐστιν ἀγαθὸς, οὗ παῤῥησίᾳ (84) ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ φανέρωσις, καὶ δι' αὐτοῦ μόνου δύναιτο ἂν ἡ καρδία καθαρὰ γενέσθαι, παντὸς πονηροῦ πνεύματος ἐξωθουμένου τῆς καρδίας· πολλὰ γὰρ ἐνοικοῦντα αὐτῇ πνεύματα οὐκ ἐᾷ καθαρεύειν· ἕκαστον δὲ αὐτῶν, τὰ ἴδια ἐκτελεῖ ἔργα, πολλαχῶς ἐνυβριζόντων ἐπιθυμίαις οὐ προσηκούσαις. Καί μοι δοκεῖ ὅμοιόν τι πάσχειν τῷ πανδοχείῳ ἡ καρδία· καὶ γὰρ ἐκεῖνο κατατιτρᾶται τε καὶ ὀρύττεται, καὶ πολλάκις κόπρου πίμπλαται, ἀνθρώπων ἀσελγῶς ἐμμενόντων, καὶ μηδεμίαν πρόνοιαν ποιουμένων τοῦ χωρίου, καθάπερ ἀλλοτρίου καθεστῶτος. Τὸν τρόπον τοῦτον καὶ ἡ καρδία μέχρι μὴ προνοίας τυγχάνει, ἀκάθαρτος οὖσα, πολλῶν οὖσα δαιμόνων οἰκητήριον (85)· ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς Πατὴρ, ἡγίασται καὶ φωτὶ διαλάμπει· καὶ οὕτω μακαρίζεται (86) ὁ ἔχων τὴν τοιαύτην καρδίαν, ὅτι

A proprietates: habent autem etiam habitus proprietates, utpote duritiem adamantis. Sed adversus hoc dogma quidem postea disseremus, quando de anima tractabimus. nunc autem hoc solum adnotandum est, quod Durii equi, ut est in poeticis fabulis, imaginem servat homo ex sententia Basilidis, ut qui in uno corpore tot diversorum spirituum exercitum habeat inclusum. Ipse itaque filius Basilidis Isidorus, in lib. *De adnata anima*, ejusdem dogmatis particeps, scribit his verbis, veluti seipsum accusans: « Si enim alicui persuaseris non esse animam unius partis, vi autem appendicum fieri deteriorum affectus, non levem prætextum habebunt homines scelerati, dicendi: Coactus sum, abductus sum, coactus feci, non volens operatus sum: cum ipse dux fuerit malorum B cupiditatis, et cum appendicum violentia non depugnarit. Oportet autem, ope partis rationalis factos superiores, minorem, quæ est in nobis creaturam, superasse apparere. » Is enim duas quoque in nobis ponit animas, sicut Pythagorei, quas postea considerabimus. Quin etiam Valentinus scribens ad aliquos, his verbis utitur de appendicibus: « Est ✠ autem unus bonus, cujus fiducia est ea, quæ fit per Filium manifestatio, et per eum solum potest cor fieri mundum, ejecto ex corde omni maligno spiritu. Multi enim in eo habitantes spiritus, id mundum esse non sinunt. Unusquisque autem eorum propria efficit opera, sæpe non convenientibus insultans cupiditatibus. Ac mihi quidem videtur C cor non esse absimile diversorio: illud enim perforatur et effoditur, et stercore sæpe repletur, cum homines se petulanter gerant, et locum nihil omnino curent, ut qui sit alienus. Eodem modo cor quoque: cum, quandiu nulla ejus providentia geritur, sit immundum et multorum dæmonum habita-

✠ P. 489 ED. POTTER, 409-410 ED. PARIS.

μίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης, ὅτι ἀγνοία ἐστὶ τῶν ἐθνῶν. Cæterum eadem ratione Athenæus lib. IX ex Diphilo dixit: Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι. *Dureum anserem adduco magna inflatum mole*; aut: *Vobis fero anserem tumore Durium*; quod scilicet farcimine distentus esset. Macrobius lib. III *Saturnal.*, cap. 13, refert Cincium in oratione, qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, objecisse suo sæculo, quod porcum Trojanum mensis inferrent, hoc est differtum variis animantium generibus. Vide *Proverbia Chil.* IV, cent. 10, 70. COLLECT.

(83) *Ἰσίδωρος.* Theodoretus *Hæretic. fabul.* lib. I, cap. 4: Ἰσίδωρος, ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς, μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε. *Isidorus, Basilidæ filius, fabulosa patris dicta cum aliquo etiam additamento confirmavit.*

(84) *Εἷς δέ ἐστιν ἀγαθὸς· οὗ παῤῥησίᾳ.* Clarissimus Grabius in *Spicilegio* sæc. II in Valentini verba, hæc adnotavit: « Hæc iterum emendatione aliqua egent, et pro illis, οὗ παῤῥησίᾳ ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ φανέρωσις (ut in omnibus editionibus legunter) ponenda, οὗ παρουσίᾳ, etc., *cujus præsentiam nobis exhibuit ea, quæ per Filium facta est, manifestatio.* Patet ex sequentibus: Ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς Πατὴρ, etc. Quod autem προσαρτήματα attinet, de quibus Valentinus hæc scripsisse dicitur, ea declaranda sunt ex præcedentibus pag. 408 edit. Paris., Clementis verbis: Οἱ ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν· πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν. Ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσεπιφύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου· ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσι. *Basilidis autem sectatores perturbationes animæ vocare* D *solent* προσαρτήματα (id est, *appendices*), *eaque esse quosdam spiritus, secundum essentiam adhærentes animæ rationali per quamdam conturbationem et confusionem in principio factam. Et alias rursus adulterinas ac diversi generis spirituum naturas iis adnasci, utpote lupi, simiæ, leonis, ursi: quarum proprietatibus animæ per phantasiam obversantibus, cupiditates animæ animantibus plane similes reddi dicunt.* Ridiculam hanc opinionem breviter in sequentibus perstringit Clemens, et ubi Isidori atque Valentini verba adduxit, orthodoxam sententiam ex Barnabæ epistola declarat, ubi etiam cor infidelium οἶκος δαιμόνων dicitur quidem, sed de vi atque operationibus, non natura vel substantiis dæmonum intelligitur. »

(85) *Δαιμόνων οἰκητήριον.* Conf. *Recognitiones* S. Clementis sub finem lib. II, et lib. IV, cap. 15 et seq.

(86) *Μακαρίζεται.* Respicit Matth. V, 8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

Digitized by Google

culum : postquam autem id inviserit, qui solus est bonus Pater, sanctificatum est, et luce resplendet : et sic qui tali corde est præditus, beatur, quoniam Deum videbit. » Quænam est ergo causa, quod non ab initio talis animæ cura ac providentia geratur, dicant nobis. Aut enim non est digna, et quodammodo sicut ex pœnitentia accedit ad eam providentia, vel natura, ut ipse vult, servatur? et necesse est eam, cum ab initio ejus cura geratur propter cognationem, immundis spiritibus nullum dare aditum, nisi ei vis afferatur, et imbecilla probetur. Si enim dederit, eam pœnitentia ductam, eligere quæ sunt meliora, invitus dicet id, quod decernit, quæ est apud nos, veritas : nempe ex obediente mutatione, non autem ex natura, esse salutem. Quemadmodum enim exhalationes, cum e terra, tum e paludibus ortæ, in caliginem et nimbos conglobantur : ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem, voluptatis species ante animam undique spargentes. Intelligentiæ itaque luci tenebras offundunt, attrahente anima vapores concupiscentiæ, et condensante affectuum globos, ex perpetuo voluptatum usu. Gleba e terra sublata non est aurum, sed coquitur et percolatur, deinde pura evadens, aurum vocatur, quod est terra purificata. *Petite* enim, *et dabitur vobis* [a], iis, qui ex seipsis possunt ea, quæ sunt optima, eligere, dicitur. Quomodo autem nos diaboli operationes, et spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est, si adduxero testem Barnabam apostolicum (erat autem is ex septuaginta, et Pauli adjutor) ✠ his verbis sic dicentem : « Antequam nos Deo crederemus, erat nostrum cordis habitaculum interitui obnoxium et imbecillum, vere templum manu ædificatum : quia erat quidem plenum cultu idolorum **177**, et erat domus dæmonum, quod faceret quæcunque Deo sunt contraria. » Operationes ergo dæmonibus convenientes dicit peccatores efficere : non autem ait ipsos spiritus habitare in anima infidelis. Et ideo subjungit : « Attendite ut templum Domini gloriose ædificetur. Discite vos accepisse remissionem pec-

A ὄψεται τὸν Θεόν. » Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ μὴ προνοεῖσθαι ἐξ ἀρχῆς τὴν τοιαύτην ψυχὴν, εἰπάτωσαν ἡμῖν. Ἤτοι (87) γὰρ οὐκ ἔστιν ἀξία (καὶ πῶς ὥσπερ ἐκ μετανοίας ἡ πρόνοια πρόσεισιν αὐτῇ;) ἢ φύσις σωζομένη, ὡς αὐτὸς βούλεται, τυγχάνει· καὶ ἀνάγκη ταύτην, ἐξ ἀρχῆς διὰ συγγένειαν προνοουμένην, μηδεμίαν παρείσδυσιν τοῖς ἀκαθάρτοις παρέχειν πνεύμασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ βιασθείη, καὶ ἀσθενὴς ἐλεγχθείη. Ἐὰν γὰρ δῷ μετανοήσασαν αὐτὴν ἐλέσθαι τὰ κρείττω, τοῦτ' ἐκεῖνος ἄκων ἐρεῖ, ὅπερ ἡ παρ' ἡμῖν ἀλήθεια δογματίζει, ἐκ μεταβολῆς πειθηνίου, ἀλλ' οὐκ ἐκ φύσεως, τὴν σωτηρίαν. Ὥσπερ γὰρ αἱ ἀναθυμιάσεις, αἵ τε γῆθεν αἵ τε ἀπὸ τελμάτων, εἰς ὁμίχλας συνίστανται καὶ νεφελώδεις συστροφάς· οὕτως αἱ τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν ἀναδόσεις κακεξίαν πρυστρίβονται ψυχῇ, κατασκεδαννύουσαι τὰ εἴδωλα τῆς ἡδονῆς ἐπίπροσθεν τῆς ψυχῆς. Ἐπισκοτοῦσι γοῦν τῷ φωτὶ τῷ νοερῷ, ἐπισπωμένης τῆς ψυχῆς τὰς ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἀναδόσεις, καὶ παχυνούσης τὰς συστροφὰς τῶν παθῶν, ἐνδελεχείᾳ ἡδονῶν. Χρυσὸς δὲ ἀπὸ γῆς οὐκ αἴρεται βῶλος (88), ἀλλ' ἀφεψόμενος διυλίζεται· ἔπειτα καθαρὸς γενόμενος, χρυσὸς ἀκούει, γῆ κεκαθαρμένη. *Αἰτεῖσθε* (89) γὰρ, *καὶ δοθήσεται ὑμῖν*, τοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἐλέσθαι τὰ κάλλιστα δυναμένοις λέγεται. Ὅπως δ' ἡμεῖς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπισπείρειν φαμὲν, οὗ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ, τῶν ἑβδομήκοντα (90) ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου), κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα (91)· « Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ οἰκητήριον (92) τῆς καρδίας καὶ ἀσθενὲς, ἀληθῶς (93) οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας, καὶ ἦν οἶκος δαιμόνων (94), διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. » Τὰς ἐνεργείας οὖν τὰς τοῖς δαιμονίοις καταλλήλους ἐπιτελεῖν φησὶ τοὺς ἁμαρτωλούς· οὐχὶ δὲ αὐτὰ τὰ πνεύματα ἐν τῇ τοῦ ἀπίστου κατοικεῖν ψυχῇ λέγει. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπιφέρει (95)· « Προσέχετε ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Κυρίου ἐνδόξως (96) οἰκοδομηθῇ πως· μάθετε λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τὸ ὄνομα, γενώμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. Οὐ γὰρ οἱ δαίμονες (97) ἡμῶν ἀπ-

[a] Matth. VII, 7. ✠ P. 490 ED. POTTER, 410-411 ED. PARIS.

(87) *Ἤτοι*. Hæc sententia sic scribenda et explicanda videtur : Ἤτοι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀξία, καὶ πως ὥσπερ ἐκ μετανοίας ἡ πρόνοια πρόσεισιν αὐτῇ· ἢ φύσει σωζομένη, ὡς αὐτὸς βούλεται, τυγχάνει : *Aut enim talis anima non est digna, et quodammodo acta veluti pœnitentia accedit ad eam providentia : aut natura, ut ille vult, servatur.* Putavit enim hæreticus ille, sui suorumque animas natura esse ad salutem comparatas. Quod cum superius, tum etiam paulo infra latius explicatum est.

(88) *Χρυσὸς δὲ.... βῶλος*. Non inconvenienter legeris : Χρυσοῦ δὲ ἀπὸ γῆς οὐκ αἴρεται βῶλος, *auri gleba*. SYLBURG.

(89) *Αἰτεῖσθε*. Sic *Strom.* I, p. 346 edit. Paris.

(90) *Τῶν ἑβδομήκοντα*. Conf. quæ adnotavit Cotelerius ad *Recognitionum* S. Clementis lib. I, cap. 7.

(91) *Ὧδέ πως λέγοντα*. Quæ sequuntur, occurrunt in Epist. S. Barnabæ cap. 16.

(92) *Οἰκητήριον*. Κατοικητήριον, Barnab

(93) *Ἀληθῶς*. Barnabas, melius ὡς ἀληθῶς.

(94) *Ὅτι ἦν πλ... δαιμόνων*. Ex hoc loco corrigenda sunt illa Barnabæ : Ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος, εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος δαιμονίων.

(95) *Ἐπιφέρει*. Nempe, hac sententia interjacente : Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου· *ædificabitur autem in nomine Domini.*

(96) *Ἐνδόξως*. Ἔνδοξος, Barnab. Porro hæc sententia S. Barnabæ auctoritate hoc modo scribenda et explicanda est : Προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Κυρίου ἐνδόξως (vel Ἔνδοξος) οἰκοδομηθῇ. Πῶς; Μάθετε· Λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἐγενόμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. *Attendite, ut templum Domini magnifice ædificetur. Quomodo? Discite : Accepta remissione peccatorum, et spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati.*

(97) *Οὐ γὰρ οἱ δ . . . πρὶν ἢ πιστεῦσαι*. Perperam Menardus, in suis ad S. Barnabam notis,

λαύνονται, ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι, φησὶν (98), ἀφίενται, ἃς ὁμοίως ἐκείνοις ἐπιτελοῦμεν πρὶν ἢ πιστεῦσαι. Εἰκότως οὖν ἀντέθηκε τὰ ἐπιφερόμενα· « Διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ (99) ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεός· κατοικεῖ ἐν ἡμῖν πως ὁ Λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς. » Οἶδα ἐγὼ αἱρέσει τινὶ ἐντυχών· καὶ ὁ ταύτης προϊστάμενος διὰ τῆς χρήσεως ἔφασκε τῆς ἡδονῆς ἡδονῇ μάχεσθαι, αὐτομολῶν πρὸς ἡδονὴν διὰ προσποιητοῦ μάχης ὁ γενναῖος οὗτος γνωστικός· ἔφασκε γὰρ δὴ αὐτὸν καὶ γνωστικὸν εἶναι· ἐπεὶ οὐδὲν μέγα ἔλεγεν τὸ ἀπέχεσθαι ἡδονῆς μὴ πεπειραμένον, ἐν αὐτῇ δὲ γενόμενον, μὴ κρατεῖσθαι· ὅθεν γυμνάζεσθαι δι' αὐτῆς ἐν αὐτῇ. Ἐλάνθανε δὲ ἑαυτὸν κατασοφιζόμενος ὁ ἄθλιος τῇ φιληδόνῳ τέχνῃ. Ταύτῃ δῆλον οὖν τῇ δόξῃ καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος προσέβαλε, τοῦ τὴν ἀλήθειαν αὐχοῦντος σοφιστοῦ· ὀνειδιζόμενος οὖν ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ (1), *Ἔχω γάρ*, ἔλεγεν, *Λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς*. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάῳ (2) ἕπεσθαι, ἀπομνημόνευμά τι τἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς (3), τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί (4). Ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἐδήλου τάς τε ἡδονὰς τάς τε ἐπιθυμίας, καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. Οἱ δὲ, εἰς ἡδονὴν τράγων δίκην ἐκχυθέντες, οἷον ἐφυβρίζοντες τῷ σώματι, καθηδυπαθοῦσιν· οὐκ εἰδότες, ὅτι τὸ μὲν ῥακοῦται, φύσει ῥευστὸν ὄν, ἡ ψυχὴ δὲ αὐτῶν ἐν βορβόρῳ κακίας κατορώρυκται, δόγμα ἡδονῆς αὐτῆς, οὐχὶ δὲ ἀνδρὸς ἀποστολικοῦ, μεταδιωκόντων. Τίνι γὰρ οὗτοι Σαρδαναπάλου διαφέρουσιν; οὗ τὸν βίον δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα·

A catorum, et postquam speravimus in illud nomen, efficiamur novi, creati rursus ab initio. » Non enim dæmones a nobis expelluntur, sed peccata, inquit, remittuntur, quæ similiter atque illi faciebamus, priusquam crederemus. Merito ergo contra opposuit ea, quæ subjunguntur: « Quare in nostro habitaculo vere Deus inhabitat: in nobis est quodammodo Verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia justificationum, mandata doctrinæ. » Scio me in quamdam incidisse hæresim: cujus princeps dicebat se per usum voluptatis pugnare cum voluptate, adeoque per simulatam pugnam ad voluptatem transfugit præclarus hic gnosticus. Se enim dicebat esse gnosticum: dicebat enim, nil magnum facere, si quis abstineret a voluptate, qui eam non B esset expertus; sed cum, qui in ea versatus, non vinceretur: ideoque per eam dicebat se in ea exerceri. Seipsum autem miser imprudens decipiebat arte voluptaria. In eandem ergo, ut patet, venit sententiam Aristippus quoque Cyrenæus cum sophista, qui se jactat tenere veritatem. Cui cum probro daretur, quod cum meretrice Corinthia assidue versaretur: *Habeo*, inquiebat, *Laidem, sed ab ipsa non habeor.* Tales autem sunt etiam, qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes quoddam ejus viri adagium, sed ✠ ab eis detortum, nempe oportere carne abuti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere et cupiditates, et hac exercitatione marcidas flaccidasque reddere C carnis appetitiones et insultus. Hi autem instar hircorum effusi in voluptatem, quodammodo corpus contumelia afficientes, in luxu et deliciis vitam agunt; nescientes quod id quidem, cum sit natura fluxum, deteritur; ipsorum autem infossa est anima in cœno vitii, ut qui decretum ipsius voluptatis, non autem viri apostolici, sequantur. Quid hi enim differunt a Sardanapalo? cujus vitam significat epigramma:

Ταῦτ' ἔχω (5) *ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ [μετ' ἔρωτος*
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα, [λέλειπται.

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit, at illa jacent multa et præclara re- [licta.

✠ P. 491 ED. POTTER, 411-412 ED. PARIS.

hæc ipsius Barnabæ verba esse asseruit, quæ nec in Græco ejus textu, nec in veteri Latina versione exstant; et præterea hæreticos respiciunt, qui post Barnabæ tempora exorti sunt. D

(98) *Φησίν*. Scilicet in iis, quæ modo citata sunt, ubi nos λαβεῖν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, *peccatorum remissionem accipere*, dixit.

(99) *Διὸ ἐν τῷ κ.* Hæc ipsius Barnabæ auctoritate sic distinguenda et explicanda sunt: Διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεός· κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; Ὁ λόγος αὐτ. *Quare in domicilio nostro vere Deus exsistit: habitat in nobis. Quomodo? Verbum ejus fidei, voc.* Idem Lowthio visum est.

καὶ κακίζοντες τὸ σῶμα· οὐ συνορῶντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ἀνθρώπου ὀρθὴν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θέαν (92) γενομένην, καὶ τὴν τῶν αἰσθήσεων ὀργανοποιΐαν πρὸς γνῶσιν συντείνουσαν, τά τε μέλη καὶ μέρη πρὸς τὸ καλὸν, οὐ πρὸς ἡδονὴν εὖθετα. Ὅθεν ἐπιδεκτικὸν γίνεται τῆς τιμιωτάτης τῷ Θεῷ ψυχῆς τὸ οἰκητήριον τοῦτο· καὶ Πνεύματος ἁγίου κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς τε καὶ σώματος ἁγιασμὸν καταξιοῦται, τῷ τοῦ Σωτῆρος καταρτισμῷ τελειούμενον. Καὶ δὴ ἡ ἀντακολουθία τῶν τριῶν ἀρετῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον εὑρίσκεται τὸν γνωστικὸν, ἠθικῶς τε καὶ φυσικῶς, καὶ λογικῶς περὶ τὸ Θεῖον πραγματευόμενον. Σοφί[α] (93) μὲν γὰρ, ἐπιστήμη τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων· δικαιοσύνη δὲ συμφωνία (94) τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν· ὁσιότης δὲ θεραπεία τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ τις διαβάλλεσθαι τὴν σάρκα καὶ δι' αὐτῆς τὴν γένεσιν φάσκοι, παραθεὶς Ἡσαΐαν λέγοντα· « Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου (95) μένει εἰς τὸν αἰῶνα· » ἀκουσάτω ἑρμηνεύοντος τὸ ζητούμενον διὰ Ἱερεμίου τοῦ Πνεύματος· « Καὶ διέσπειρα αὐτοὺς ὡς φρύγανα πετώμενα ὑπὸ ἀνέμου εἰς ἔρημον· οὗτος ὁ κλῆρος καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς, λέγει Κύριος. Ὡς ἐπελάθου μου, καὶ ἤλπισας ἐπὶ ψεύδεσι· κἀγὼ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ πρόσωπόν σου· καὶ ὀφθήσεται ἡ ἀτιμία σου, μοιχεία σου, καὶ χρεμετισμός σου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ « τὸ ἄνθος (96) τοῦ χόρτου, » καὶ « τὸ κατὰ σάρκα περιπατεῖν, » καὶ « σαρκικοὺς εἶναι » κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐν ἁμαρτίαις ὄντας. Κρεῖττον μὲν τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήται ἡ ψυχὴ, ἧττον δὲ τὸ σῶμα· ἀλλ' οὔτε ἀγαθὸν ἡ ψυχὴ φύσει, οὔτε αὖ κακὸν φύσει τὸ σῶμα· οὐδὲ μὴν, ὃ μή ἐστιν ἀγαθὸν, τοῦτο εὐθέως κακόν. Εἰσὶ γὰρ οὖν καὶ μεσότητές τινες καὶ προηγμένα, καὶ ἀποπροηγμένα (97) ἐν τοῖς μέσοις. Ἐχρῆν δὴ

A tur, et corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad cœlum contemplandum; et organa sensuum sic effecta esse, ut tendant ad cognitionem, et membra et partes apte esse compositas ad honestum, non ad voluptatem. Unde suscipit hoc habitaculum animam Deo pretiosissimam, et Spiritu sancto dignum censetur per animæ et corporis sanctificationem, ut quod perfectione Servatoris perficiatur. Quinetiam mutua trium virtutum consequentia invenitur in homine gnostico, qui moraliter, naturaliter et logice circa Deum versatur. Sapientia enim est scientia rerum divinarum et humanarum. Justitia autem est concentus partium animæ. Sanctitas autem est Dei cultus. Si quis autem dicat se infamare carnem, et
B propter ipsam generationem, adducens Isaiam dicentem: « Omnis caro fenum, et omnis gratia hominis tanquam flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos ✠ cecidit, verbum autem Domini manet in æternum [a]: » audiat Spiritum per Jeremiam interpretantem id, quod quæritur: « Et dispersi ipsos, tanquam paleas, quæ a vento agitatæ volant in solitudinem. Hæc est sors et pars vestræ incredulitatis, dicit Dominus. Sicut oblitus es mei, et sperasti in falsis; ego quoque revelabo posteriora tua super faciem tuam, et videbitur ignominia tua, adulterium tuum, et hinnitus tuus [b], » et quæ deinceps consequuntur. Hic est enim « flos feni [c], et secundum carnem ambulare [d], et carnales esse [e] » ex Apostoli sententia, eos, qui sunt in peccatis. Præ-
C stantiorem quidem hominis partem esse animam, est extra controversiam, corpus autem deteriorem. Sed neque anima bonum est natura, neque rursus malum natura corpus. Neque vero quod non est bonum hoc est protinus malum; sunt enim quædam, quæ medium locum obtinent, et in mediis sunt

✠ P. 639 ED. POTTER, 540-541 ED. PARIS.

[a] Isa. XL, 6, 8. [b] Jer. XIII, 24, 25, 26, 27. [c] Jac. I, 10; I Pet. I, 24. [d] II Cor. X, 2. [e] I Cor. III, 3.

(92) *Ὀρθὴν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θ.* Ovidius *Metamorph.* lib. I:

Pronaque cum spectent animalia cætera terras,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri.

(93) *Σοφία.* Hæc sapientiæ definitio superius tradita est *Pædagog.* lib. II, cap. 2, p. 181, ubi conf. not. 5.

(94) *Δικαιοσύνη δὲ συμφ.* Platonici interdum duas animæ partes statuunt, τὸ λογικόν, et τὸ ἄλογον, interdum tres, τὸ λογιστικὸν, θυμικόν, et ἐπιθυμητικόν· ut referunt Aristoteles *De anima* lib. III, c. 9, Plutarchus, aliique. Unde, secundum Platonem, singulæ virtutes certarum animæ partium perfectiones sunt; justitia vero totius animæ perfectio est; qua scilicet fit, ut reliquæ partes inter se concordent, et cum tota anima universæ, unaquaque quod suum est agente, nec alienum munus occupante; imperante nimirum ratione, reliquis vero ei parentibus. Erat igitur Platoni δικαιοσύνη δύναμίς τις, καθ' ἣν ὁμολογεῖ καὶ συμφωνεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς, καὶ ἕκαστον πρὸς τῷ οἰκείῳ γίνεται, καὶ ἐπιβάλλοντι κατ' ἀξίαν. Quinetiam Stoici in octo partes animam dividebant. Laertius lib. VII, seg. 157: Μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτὼ, τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους, καὶ τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ λογιστικόν. Quod Varro Latine sic exprimit lib. VIII *De lingua Latina*: « Quid ergo, cum omnes animæ hominum sint divisæ in octonas partes, inter se non proportione similes? quinque, quibus sentimus: sexta, qua cogitamus; septima, qua progeneramus; octava, qua voces mittimus. » Conf. Plutarchus *De placitis philosoph.* lib. IV, cap. 4.

(95) *Κυρίου.* Isa. τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Mox apud Jerem. φρύγανα φερόμενα· dein, οὕτως ὁ κλῆρός σου καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί. Paulo post, ἐπὶ τὸ πρόσωπ. dein, καὶ ἡ μοιχεία σ.

(96) *Τὸ ἄνθ.* Respicit Jac. I, 10, vel I Pet. I, 24; II Cor. X, 11; I Cor. III, 3.

(97) *Προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα.* Ex Stoicorum mente hæc dicit. Nam illi, ut in *Zenone* refert Diogenes Laertius lib. VII, seg. 105: Τῶν ἀδιαφόρων τὰ μὲν λέγουσι προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα· προηγμένα μὲν τὰ ἔχοντα ἀξίαν, ἀποπροηγμένα δὲ τὰ ἀναξίαν ἔχοντα. « Porro indifferentium alia quidem præposita vocant, alia vero rejecta. Præposita quidem quæ habent existimationem: rejecta vero, quæ existimatione carent. » Porro, exempli causa, τὰ προηγμένα ab illis dici refert, « ingenium, sanitatem, gloriam, » et his similia: ἀποπροηγμένα vero, « hebetudinem, imbecillitatem, ignobilitatem. » et alia hujus generis; quæ « bona » quidem, et « mala » non vocant, ea scilicet nomina solis virtutibus ac vitiis tribuentes, sed tantum « præposita » et « re-

Digitized by Google

« præposita et rejecta. » Oportuit ergo hominem, qui inter sensibilia numeratur, consistere quidem ex diversis, sed non ex contrariis, corpore et anima. Semper ergo bonæ actiones, ut meliores, attribuuntur ei quod est præstantius, nempe spiritui principali; voluptariæ autem et peccantes ei quod est deterius, nempe peccanti spiritui. Jam vero sapientis et gnostici anima, ut quæ in corpore peregrinetur, eo severe et austere utitur, non in ipsum nimiam affectionem ostendens aut indulgentiam; ut quæ sit e vestigio relictura tabernaculum, si excedendi et migrandi tempus eam vocaverit: « Advena, inquit, sum in terra, et peregrina sum ego vobiscum [a]. » Et hinc hospitem mundi electionem Basilides eam dicit accepisse, ut quæ sit natura supramundana. Hoc autem non ita se habet: unius enim Dei sunt omnia; neque erit aliquis natura mundi hospes, cum sit una quidem essentia, unus autem Deus. Sed electus vitam agit tanquam hospes, sciens omnia esse possidenda, et dein rejicienda; quæcunque autem bona triplicia esse volunt Peripatetici, eis utitur; quinetiam corpore, sicut aliquis qui procul peregre proficiscitur, diversoriis et habitaculis, quæ ei in via occurrunt; curam quidem gerens etiam rerum mundanarum et loci, in quo diversatur ✠; habitationem autem et possessionem, sicut etiam usum, relinquens, nulla motus perturbatione; prompto et alacri animo eum sequens, qui e vita abducit, nulla occasione se unquam retro convertens; ob incolatum quidem agens gratias, benedicens autem propter exitum, cœlestem amplectens mansionem. « Scimus enim, quod si terrena nostra habitatio tabernaculi dissoluta fuerit, ædificium a Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum, quod est ex cœlo, superindui cupientes; siquidem etiam induti, non nudi inveniemur. Per fidem enim ambulamus, non per speciem, » ut ait Apostolus [b]. « Magis autem volumus peregrinari a corpore, et apud Deum versari [c]. » **232** Magis autem est in comparatione; comparatio autem est in iis, quæ cadunt in similitudinem; ut fortior fortibus fortior, tinfidorum autem fortissimus. Unde subjunxit: « Quamobrem contendimus, sive peregrinantes, sive apud eum

A οὖν τὴν σύνθεσιν τοῦ ἀνθρώπου, ἐν αἰσθητοῖς γενομένην, ἐκ διαφόρων συνεστάναι, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐναντίων, σώματός τε καὶ ψυχῆς. Ἀεὶ τοίνυν αἱ ἀγαθαὶ πράξεις, ὡς ἀμείνους, τῷ κρείττονι τῷ πνεύματι κυρίῳ προσάπτονται· αἱ δὲ φιλήδονοι καὶ ἁμαρτητικαί, τῷ ἥττονι τῷ ἁμαρτητικῷ περιτίθενται. Αὐτίκα ἡ τοῦ σοφοῦ τε καὶ γνωστικοῦ ψυχή, οἷον ἐπιξενουμένη τῷ σώματι, σεμνῶς αὐτῷ καὶ τιμητικῶς προσφέρεται, οὐ προσπαθῶς, ὅσον οὐδέπω· ἐὰν ὁ καιρὸς τῆς ἀποδημίας καλῇ, ἀπολείπουσα (98) τὸ σκῆνος· « Πάροικος, φησιν, ἐν τῇ γῇ, καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν. » Καὶ ἐντεῦθεν ξένην τὴν ἐκλογὴν τοῦ κόσμου ὁ Βασιλείδης εἰληφέναι λέγει, ὡς ἂν ὑπερκόσμιον φύσει οὖσαν. Τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει· ἑνὸς γὰρ τὰ πάντα Θεοῦ· καὶ οὐκ ἄν τις εἴη φύσει τοῦ κόσμου ξένος,

B μιᾶς μὲν τῆς οὐσίας οὔσης, ἑνὸς δὲ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὁ ἐκλεκτὸς ὡς ξένος πολιτεύεται, κτητά τε καὶ ἀπόκτητα εἰδὼς πάντα· ὅσα δὲ τριττὰ (99) εἶναι ἀγαθὰ οἱ περιπατητικοὶ θέλουσι, χρῆται αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι, ὥς τις μακρὰν στελλόμενος ἀποδημίαν πανδοχείοις καὶ ταῖς παρ' ὁδὸν οἰκήσεσιν· ἐπιμελούμενος μὲν καὶ κοσμικῶν, τὸν τόπον (1) ἔνθα καταλύει· ἀπολιπὼν δὲ τὴν οἴκησιν καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τοῦ βίου συνεπόμενος, οὐδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν (2) ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, τὴν μονὴν ἀσπαζόμενος τὴν ἐν οὐρανῷ. « Οἴδαμεν γάρ, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες· εἴ γε, καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα· διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, » ὡς ὁ Ἀπόστολος φησίν. « Εὐδοκοῦμεν δὲ μᾶλλον (3) ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Θεόν. » Ἐν συγκρίσει δὲ τὸ μᾶλλον· ἡ δὲ σύγκρισις ἐπὶ τῶν καθ' ὁμοίωσιν ὑποπιπτόντων· ὡς ὁ ἀνδρειότερος ἀνδρείων ἀνδρειότερος, δειλῶν δὲ ἀνδρειότατος. Ὅθεν ἐπήγαγεν· « Διὸ φιλοτιμούμεθα (4), εἴτε ἐκδημοῦντες, εἴτε ἐνδημοῦντες, » εὐάρεστοι εἶναι αὐτῷ, τῷ ἐνὶ δηλονότι Θεῷ, οὗ τὰ πάντα ἔργον τε καὶ κτίσις, ὅ τε κόσμος καὶ τὰ ὑπερκόσμια. Ἀγαμαι τὸν Ἐπίχαρμον, σαφῶς λέγοντα·

D « Εὐσεβὴς νῷ (5) πεφυκώς, οὐ πάθοις γ' οὐδὲν κακὸν

✠ P. 610 ED. POTTER, 541-542 ED. PARIS. [a] Gen. xxiii, 4; Psal. xxxviii, 13. [b] II Cor. v, 1, 2, 3, 7. [c] Ibid. 8.

jecta; » ut Ciceronis verbis utar lib. III *De finib.*

(98) Ἀπολείπουσα. In Flor. est etiam altera lectio ἀπολιποῦσα, fut. temp. Sequentia verba Davidis sunt ex Psalm. xxxviii, pauculis mutatis. A. Sylburg. — In unum conjungit Abrahami verba ad filios Cheth, Gen. xxiii, 4: Πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν· et verba Davidis, Psal. xxxix (al. xxxviii), 12: Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.

(99) Τριττά. Nempe animi, corporis ac fortunæ. Aristoteles *Ethic.* ad Nicomach. lib. I, cap. 8: Νεμεμημένων, τῶν περὶ ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα. « Distributis vero bonis trifariam, ut alia dicantur esse extra, alia in animo, alia in corpore, » etc.

(1) Τὸν τόπον. Constructionis regula postulat gen. casu, τῶν τόπων, vel τοῦ τόπου. Sylburg. — Gentianus Hervetus legit τοῦ τόπου, F. Morellus P. R. τῶν τόπων. Collect.

(2) Ὀπίσω κατ' οὐδ. Scilicet in animo servans Christi præceptum, Luc. xvii, 32: Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

(3) Εὐδοκοῦμεν δὲ μᾶλλον. A. mavult, θαῤῥοῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκιμοῦμεν μᾶλλον, ex II Cor. v, ubi etiam mox, ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Syl.

(4) Διὸ φ. Vulg. Bibl. II Cor. v: Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴ τε ἐνδημοῦντες, εἴ τε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. A. Sylburg.

(5) Εὐσεβὴς ν. Hos Epicharmi versus H. Grotius in *Excerptis e trag. et com.*, p. 481, hoc modo

Digitized by Google

κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν· » καὶ τὸν μελοποιὸν (6) ᾄδοντα· « Ψυχαὶ δ' ἀσεβῶν ὑπουράνιοι γαίᾳ (7) πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις, ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν· εὐσεβῶν δὲ ἐπουράνιοι νάουσι μολπαῖς μάκαρα, μέγαν ἀείδουσ' (8) ἐν ὕμνοις. » Οὔκουν οὐρανόθεν καταπέμπεται δεῦρο ἐπὶ τὰ ἧττω ψυχή· ὁ Θεὸς γὰρ ἐπὶ τὰ ἀμείνω πάντα ἐργάζεται· ἀλλ' ἡ τὸν ἄριστον ἑλομένη βίον ἐκ Θεοῦ καὶ δικαιοσύνης γῆς οὐρανὸν ἀνταλλάσσεται. Εἰκότως οὖν γνώσεως ἐπίβολος ὁ Ἰὼβ γενόμενος· « Νῦν (9) οἶδα, » εἶπεν, « ὅτι πάντα δύνασαι· ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐθέν. Τίς γὰρ ἀπαγγέλλει μοι ἃ οὐκ ᾔδειν, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, ἃ οὐκ ἠπιστάμην; Ἐγὼ δὲ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, ἡγησάμενος ἐμαυτὸν εἶναι γῆν καὶ σποδόν. » Ὁ γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ ὢν ἁμαρτητικός τε ἐστι, « καὶ γῆ καὶ σποδός· » ὁ δ' ἐν γνώσει καθεστὼς, ἐξομοιούμενος Θεῷ εἰς ὅσον δύναται, ἤδη πνευματικὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεκτός. Ὅτι δὲ τοὺς ἀνοήτους καὶ ἀπειθεῖς « γῆν » καλεῖ ἡ Γραφὴ, σαφὲς ποιήσει Ἱερεμίας ὁ προφήτης κατὰ Ἰωακεὶμ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ λέγων· « Γῆ, γῆ, ἄκουε λόγον Κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον. » Ἄλλος δ' αὖ προφήτης φησίν· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ· τὴν σύνεσιν, » ἀκοὴν εἰπὼν, καὶ « οὐρανὸν » τὴν τοῦ γνωστικοῦ ψυχὴν, τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θείων θείαν ἐπανῃρημένου, καὶ ταύτῃ Ἰσραηλίτην γεγονέναι (10)· ἔμπαλιν γὰρ αὐτὸν ἑλόμενον τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν, γῆν εἴρηκεν· καὶ τὸ « Ἐνωτίζου, » ἀπὸ τῶν ὀργάνων τῆς ἀκοῆς, τῶν ὤτων, προσηγόρευσε, τὰ σαρκικὰ τοῖς προσανέχουσι τοῖς αἰσθητοῖς ἀπονείμας. Οὗτοί εἰσι περὶ ὧν Μιχαίας ὁ προφήτης λέγει· Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγον Κυρίου (11), οἱ συνοικοῦντες ὀδύναις. » Καὶ ὁ Ἀβραὰμ, « Μηδαμῶς, εἶπεν, Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν (12)· » ἐπεὶ ὁ ἀπιστήσας, κατὰ τὴν σωτήριον φωνὴν (13), « ἤδη κέκριται· » γέγραπται δὲ καὶ ταῖς « Βασιλείαις » (14) ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις τοῦ Κυρίου ὧδε ἔχουσα· Δικαίων εἰσα-

versantes, ei placere [a], » uni scilicet Deo, cujus omnia sunt opus et creatura, et mundus, et supermundana. Admiror Epicharmum, qui aperte dicit: « Si fueris mente pius, nihil mali patieris mortuus. Superius manet in cœlo spiritus. » Et poetam lyricum canentem: « Impiorum autem animæ sub cœlo volant in cruentis doloribus, sub malorum jugis inevitabilibus; piorum autem in cœlis habitant, cantibus beatorum principem canentes in hymnis. » Non ergo huc de cœlis anima ad ea, quæ sunt deteriora, demittitur: Deus enim refert omnia ad meliora; sed ea, quæ vitam elegit optimam ex Deo et justitia, cœlum terra commutat. Merito ergo Job, qui pervenit ad cognitionem: « Nunc, inquit, scio, quod omnia potes; nihil est autem, quod tu non possis. Quis enim annuntiat mihi quæ non noveram, magna et admirabilia quæ nesciebam? Ego autem meipsum vilipendi, existimans meipsum esse terram et cinerem [b]. » Nam qui est in ignoratione, est peccato obnoxius, « et terra et cinis; » qui autem ad cognitionem pervenit, Deo quantum potest assimilatus, jam est spiritalis, et ideo electus. Quod autem amentes et inobedientes « terram » vocet Scriptura, planum faciet Jeremias propheta, de Joachim et ejus fratribus dicens: « Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum hunc, hominem abdicatum [c]. » Alius autem rursus propheta dicit [d]: ✠ « Audi, cœlum, et ausculta, terra; » auditum appellans intelligentiam, et « cœlum » animam gnostici, qui cœli et rerum divinarum suscepit contemplationem, et ea ratione factus est Israelita. Contra enim eum, qui elegerat inscitiam et cordis duritiem, « terram » dixit. Et illud, « ausculta, » dixit ab auribus, quæ sunt instrumenta auditus, carnalia attribuens iis, qui rebus attendunt sensilibus. Hi sunt, de quibus dicit Michæas propheta: « Audite, populi, verbum

✠ P. 641 ED. POTTER, 542-543. ED. PARIS. [a] II Cor. v, 8, 9. [b] Job XLII, 2, 3, 6. [c] Jer. XXII, 29, 30. [d] Isa. I, 2.

emendavit ac digessit:

Εὐσεβὴς τὸν νοῦν πεφυκὼς, οὐ πάθῃς γ' οὐδὲν [*κακὸν*
Κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' οὐ- [*ρανόν.*

Si tibi mens sancta fuerit, nil feres moriens mali:
Semper in cœlo beatus permanebit spiritus.

(6) *Μελοποιόν.* Pindaro hæc vindicat Theodoretus lib. 8 *De curat. Græc.*, quæ et inter ejus fragmenta relata sunt. Paulo post, meminit alarum Euripidis, de quibus hæc Plutarchus lib. *An seni gerenda respubl.*: Αἱ δὲ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις οὐ ταῖς Εὐριπίδου χρυσαῖς πτέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνοις πτεροῖς ὅμοια τὴν ψυχὴν μέγεθος καὶ φρόνημα μετὰ γήθους λαμβάνουσαν ἀναφέρουσιν. Vide Th. Canterum lib. 1, c. 25, *Var. lect.* COLLECT.

(7) *Ὑπουράνιοι γαίᾳ.* Il. ms., ὑπ' οὖν τοι γαίᾳ, corrupte. SYLB.

(8) *Μάκαρα, μέγαν ἀείδ.* Μάκαρα vel adverbialiter accipiendum, ut μακάρια, sc. pro μακαρίως· vel, distinctione transposita, legendum. μάκαρα μέγαν, idque substantive pro Θεὸν μέγαν. ID.

(9) *Νῦν.* Abest a Job., ubi mox, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. Τίς γάρ ἐστιν ὁ κρύπτων σε βουλήν; Φειδόμενος δὲ ῥημάτων, καί σε οἴεται κρύπτειν; Τίς δὲ ἀναγγελεῖ μοι, ἃ οὐκ ᾔδ. dein, διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην· ἡγημαι δὲ ἐμαυτὸν εἶναι γ.

(10) *Καὶ ταύτῃ Ἰσραηλίτην γεγονέναι.* « Et hac ratione Israelitam factum fuisse, subintellecto φησὶν, quod paulo superius positum est.

(11) *Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγον Κ.* Mich. 1, 2, et aliis locis dicit: Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγους. Integram sententiam, quam recitat Clemens, nec in illo, nec alio quoquam sacro scriptore reperire potui.

(12) *Καὶ ὁ Ἀβραὰμ· Μηδαμῶς εἶπεν Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν.* Hæc sic distinguere et explicare malim: Καὶ ὁ Ἀβραὰμ, Μηδαμῶς, εἶπεν, Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν. Et Abraham: « Nequaquam, » dixit, « Dominus, qui judicat terram: » ut εἶπεν non ad Dominum, verum ad Abrahamum referatur. Respicit enim auctor ea quæ dicit Abrahamus Genes. XVIII, 26: Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο.... μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσει κρίσιν;

(13) *Τὴν σωτήριον φωνήν.* Hoc est, τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, « Salvatoris vocem, « Joan. III, 18: Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἤδη κέκριται.

(14) *Ταῖς Βασιλείαις.* Quæ sequuntur, non occurrunt in *libris Regum*, sed auctor varia Jobi loca

Digitized by Google

Domini, qui cohabitatis simul cum doloribus [a]. » Et Abraham : « Nequaquam, dixit, Dominus qui judicat terram [b]. » Nam « qui non credidit, » convenienter salutari voci, « jam judicatus est [c]. » Scriptum est autem in libris quoque Regum judicium et sententia Domini, quæ sic habet : « Justos exaudit Deus, impios autem non servat, eo quod ipsi nolint nosse Deum. Absurda enim non faciet Omnipotens [d]. » Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæreses, cum omnipotentem Deum esse bonum prædicet Scriptura, et vitii et injustitiæ minime esse auctorem? siquidem ignorantia quidem propterea oritur, quod aliquis non cognoscat : Deus autem « nihil facit absurdum. Hic est enim, » inquit, « Deus noster, et non est præter eum, qui servet [e]. Non est enim apud Deum injustitia [f]; » ex sententia Apostoli. Aperte autem adhuc propheta Dei consilium, et cognitionis profectum per hæc docet : « Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus a te petit, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in omnibus viis ejus? Ut et eum diligas, et illi soli servias [g], » petit a te, qui habes potestatem eligendæ salutis. Quid ergo sibi volunt Pythagorei, cum jubent « cum voce precari? » non quod, ut mihi quidem videtur, existimarent Deum non posse exaudire eos qui tacite loquuntur, sed quod justas vellent esse preces, quas non vereatur quis ita fundere, ut multi sint conscii. Nos autem de precatione quidem, paulo post suo tempore tractabimus. Debemus autem habere opera clamantia, ✠ « tanquam in die ambulantes [h]. Luceant enim opera tua [i]. Et ecce homo, et opera ejus ante faciem ejus. Ecce enim Deus, et opera ejus [k]. » Deum oportet imitari, quoad fieri potest, eum qui est

A κούει ὁ Θεός· ἀσεβεῖς δὲ οὐ σώζει, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Θεόν· ἄτοπα γὰρ οὐ συντελέσει ὁ Παντοκράτωρ. Τί πρὸς ταύτην ἔτι φθέγγονται τὴν φωνὴν αἱ αἱρέσεις, ἀγαθὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα κηρυττούσης τῆς Γραφῆς, καὶ ἀναίτιον κακίας τε καὶ ἀδικίας, εἴγε ἡ μὲν ἄγνοια διὰ τὸ μὴ γινώσκειν φύεται, ὁ Θεὸς δὲ, « οὐδὲν ἄτοπον ποιεῖ. Οὗτος (15) γάρ ἐστι, » φησὶν, « ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν αὐτοῦ σώζων. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Σαφῶς δὲ ἔτι ὁ προφήτης τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν προκοπὴν τὴν γνωστικὴν διὰ τούτων διδάσκει. « Καὶ νῦν, Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεός σου αἰτεῖται παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καὶ B λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ (16), αἰτεῖται παρὰ σοῦ, τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐλέσθαι τὴν σωτηρίαν (17). Τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι « μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι » (18) κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ὅτι τὸ Θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας (19) ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχὰς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων. Ἡμεῖς δὲ περὶ μὲν τῆς εὐχῆς κατὰ καιρὸν προϊόντος (20) τοῦ λόγου διαληψόμεθα· τὰ δὲ ἔργα κεκραγότα (21) ἔχειν ὀφείλομεν, « ὡς ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντες. Λαμψάτω γάρ σου τὰ ἔργα, καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Θεὸν χρὴ μιμεῖσθαι, εἰς ὅσον δύναμις, τῷ γνωστικῷ. Ἐμοὶ δὲ καὶ οἱ ποιηταὶ (22) C τοὺς ἐκλεκτοὺς παρὰ σφίσι « θεοειδέας » προσαγορεύειν δοκοῦσι, καὶ « δίους, » καὶ « ἀντιθέους, » καὶ « Μὴ μῆτιν ἀταλάντους, καὶ θεοῖς ἐναλίγκια μήδε' ἔχοντας, καὶ θεοεικέλους, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν (23) περιτρώγοντες. » Ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδης·

P. 642 ED. POTTER. [a] Mich. I, 2. [b] Gen. XVIII, 25. [c] Joan. III, 18. [d] Job XXXVI, 6; XXXIV, 12. [e] Isa. XLV, 21. [f] Hebr. VI, 10. [g] Deut. X, 12. [h] Rom. XIII, 13. [i] Matth. V, 16. [k] Isa. LXII, 11.

in unum conjunxit : nam cum ibi Elihu dixerat in cap. XXXVI, 7, *justos esse* μετὰ βασιλέων εἰς θρόνον· addit, v. 10 : Ἀλλὰ τοῦ δικαίου εἰσακούσεται· v. 12 : Ἀσεβεῖς δὲ οὐ διασώζει, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδέναι τὸν Κύριον. Idem cap. XXXIV, 12, id profert, quod apud Clementem, verbis aliquantum mutatis, sequitur : Οἴει δὲ τὸν Κύριον ἄτοπα ποιήσειν, ἢ ὁ Παντοκράτωρ ταράξει τὴν κρίσιν, ὃς ἐποίησε τὴν γῆν;

(15) *Οὗτος*. In unum conjungit Isa. XLV, 21 : Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ· δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ· et Rom. IX, 14 : Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο! Quæ Clemens, ut etiam paulo superius memorata S. Scripturæ loca, imperfecte et tanquam e memoria recitat.

(16) *Λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ*. Deut. X : Λατρεύειν Κυρίῳ τῷ Θεῷ. Sed λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ sumptum est ex Matth. IV, 10; Luc. IV, 8, vel alio simili loco.

(17) *Τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἑλέσθαι τὴν σωτηρίαν*. Commation istud Clementis est, enarrationis loco verbis Moysis attextum. SYLBURG.

(18) *Μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι*. Conf. secunda Persii satyra.

(19) *Δικαίας*. Persius satyræ jam dictæ v. 6 :

Haud cuivis promptum est, murmurque humi- [lesque susurros
Tollere de templis, et aperto vivere voto.
Mens bona, fama, fides, hæc clare, et ut audiat hospes.
Illa sibi introrsum, et sub lingua murmurat : [O si
Ebullit patrui præclarum funus! et, o si
Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro
Hercule! pupillumve utinam, quem proximus [hæres
Impello, expungam.....

(20) *Κατὰ καιρὸν πρ. Stromat.* VII. GRAB.

(21) *Ἔργα κεκραγότα*. Hæc verba non invenio. Malorum operum ad Deum vindicem clamantium meminit Jacobus cap. V, 4, et Abelis sanguis ad eumdem clamasse dicitur Genes. IV, 10. Porro in iis, quæ sequuntur, auctor respicere videtur Rom. XIII, 13 : Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. Matth. V, 16 : Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα· ac dein forte Isa. LXII, 11 : Ἰδοὺ ὁ Σωτήρ σοι παραγέγονεν, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.

(22) *Ποιηταί*. Homerum præcipue intelligit, qui epithetis a Clemente memoratis *Iliad.* B, v. 632, 714; A, 264; H. 47; *Odyss.* N, 89; *Iliad.* A, 131, aliisque locis passim usus est.

(23) *Τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*. Respicit Gen. I, 26 : Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

Digitized by Google

« Χρύσεαι (24) δέ μοι πτέρυγες περὶ » νώτῳ, φησὶ, « καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται· βάσομαί τ' ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς, Ζηνὶ προσμίξων. » Ἐγὼ δὲ ἂν εὐξαίμην τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ πτερῶσαί με εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν (25)· λέγουσι γὰρ καὶ οἱ Στωϊκοὶ, τὸν μὲν οὐρανὸν κυρίως πόλιν, τὰ δὲ ἐπὶ γῆς ἐνταῦθα οὐκ ἔτι πόλεις· λέγεσθαι μὲν γὰρ, οὐκ εἶναι δέ· σπουδαῖον (26) γὰρ ἡ πόλις, καὶ ὁ δῆμος ἀστεῖόν τι σύστημα, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμου διοικούμενον, καθάπερ ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ Λόγου, ἀπολιόρκητος, ἀτυράννητος πόλις ἐπὶ γῆς· θέλημα θεῖον ἐπὶ γῆς, ὡς ἐν οὐρανῷ. Εἰκόνας τῆσδε τῆς πόλεως καὶ οἱ ποιηταὶ κτίζουσι γράφοντες· αἱ γὰρ Ὑπερβόριοι (27) καὶ Ἀριμάσπιοι πόλεις, καὶ τὰ Ἠλύσια πεδία (28), δικαίων πολιτεύματα· ἴσμεν δὲ καὶ Πλάτωνος « πόλιν, παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην (29). »

A gnosticus. Mihi autem videntur poetæ quoque electos appellare « deiformes, et deos, et Deo æquales, et consilio Jovi pares, et quorum similis prudentia divis, et Deo similes, » illud : « Ad imaginem et similitudinem [a], » quasi arrodentes. Euripides itaque, « In meo, inquit, tergo sunt pennæ aureæ, et aptantur grata Sirenum talaria, iboque in immensum sublatus æthera, Jovem conventurus. » Ego autem Christi spiritum oraverim, ut me in meam sustollat Jerusalem. Dicunt enim Stoici quoque cœlum quidem proprie esse civitatem, quæ autem sunt hic in terra, non esse civitates : dici enim, sed non esse. Res enim bona est civitas, et populus, honestus aliquis cœtus, et multitudo hominum, quæ regitur lege, sicut Logo B Ecclesia; quæ est civitas, quæ non potest circumsideri, nec opprimi tyrannide; in terra divina voluntas, sicut in cœlo. Hujus autem civitatis imagines poetæ quoque condunt in suis scriptis : Hyperboreæ enim et Arimaspiæ civitates, et campi Elysii, sunt respublicæ justorum. Scimus autem Platonis quoque « civitatem esse propositam in cœlo ut exemplar. »

[a] Gen. I, 26.

(24) *Χρύσεαι.* Hi versus exstant inter fragmenta incertarum Euripidis tragœd. v. 547. Sunt autem ab H. Grotio hoc modo emendati ac digesti in *Excerptis ex tragœdiis et comœdiis Græcis*, pag. 431.

Χρύσεαι δέ μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ,
Καὶ τὰ Σειρήνων πτερόεντα πέδιλα
Ἁρμόζεται· βάσομαι δ' εἰς αἰθέρα πολὺν
Ἀερθεὶς, Ζανὶ προσμίξων.

Aurea me dorsi compagine
Penna vehet, pedibusque volucria
Sirenum nectam talaria:
Sic altum penetrabo per æthera,
Colloquioque fruar magni Jovis.

Similia sunt, quæ scribit Horatius, lib. II, od. 20:

Non usitata aut tenui ferar
Penna, biformis per liquidum æthera
Vates : neque in terris morabor
Longius : invidiaque major
Urbes relinquam.

(25) *Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν.* Nempe Jerusalem cœlestem. Nam, ut ait Paulus Gal. IV, 26 : Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἁπάντων ἡμῶν. Anaxagoras cuidam interroganti, « Nullane tibi patriæ cura est? » respondisse fertur : Εὐφήμει· ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. « Mihi vero patriæ cura, et quidem summa, est; digitum in cœlum intendens. » Conf. Diogenes Laertius in Anaxagora.

(26) *Σπουδαῖον.* Legi potest etiam σπουδαίων. SYLBURG.

(27) *Ὑπερβόριοι.* Hos Ælianus *Var. hist.* lib. III, cap. 18, refert εὐδαιμονεστάτους, « felicissimos » esse. Hac felicitate alii eos mille annis in hac terra frui fabulantur. Strabo *Geograph.* lib. XV, p. 711, edit. Paris. : Περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ, καὶ Πινδάρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθολόγοις. « De Hyperboreis mille annos viventibus eadem dicere quæ Simonides et Pindarus, et alii mythologi. » Diodorus Siculus *Bibliothecæ historicæ* lib. II, p. 130 edit. Hanov. : Ἑκαταῖος καί τινες ἕτεροί φασιν, ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν Ὠκεανὸν εἶναι νῆσον οὐκ ἐλάττω τῆς Σικελίας· ταύτην ὑπάρχειν μὲν κατὰ τοὺς Ἄρκτους, κατοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ὀνομαζομένων Ὑπερβορέων, ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω κεῖσθαι τῆς βορείου πνοῆς· οὖσαν δ' αὐτὴν εὐγειόν τε καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, διττοὺς κατ' ἔτος ἐκφέρειν καρπούς. « Hecatæus et nonnulli alii tradunt, contra Galliam in Oceano insulam esse non minorem C Sicilia, Arctis subjectam, quam Hyperborei incolunt, sic vocitati, quod sint borea vento remotiores. Solum hic optimum esse ac fructuosum, optimeque temperatum, ac propterea bis in anno messem fieri. » Dein ex fabularum auctoribus memorat: « Latonam ibi natam fuisse, ac proinde Apollini præ diis aliis cultum deferri; et quia illum quotidie perpetua laudum decantatione celebrent, et maximis honoribus prosequantur, homines illos sacerdotes Apollinis haberi : » cum multis aliis, quæ referre longum est. Addi etiam poterint, quæ de Hyperboreis commemorat Herodotus in Melpomene

(28) *Ἠλύσια πεδία.* « Elysios campos describit Homerus *Odyss.* Δ, vers. 563, et Virgilius *Æneid.* VI, v. 637.

(29) *Παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην.* F. Morello videbatur legendum, τῆς ἐν οὐρανῷ κειμένης, « cœlestis civitatis exemplar esse propositam. » D COLLECT. — Respicit Platonis lib. IX *De republica* sub finem, ubi hæc dicit: Μανθάνω, ἔφη, ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ· ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγὼ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν, καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. « Intelligo equidem, quod ea in civitate dicis, quam nos condidimus in præsentia, quæ ei verbis solum, in terris vero nusquam, ut arbitror, exstat. At forte, inquam ego, in cœlo illius exstat exemplar, conspicuum ei, qui et intueri voluerit, et seipsum ad id, cum intuitus est, instituere. »

Digitized by Google

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

Notitia historico-litteraria in Clementem Alexandrinum. 9
Monitum lectori. 27
Veterum testimonia. 33

CLEMENTIS ALEXANDRINI COHORTATIO AD GENTES.

Cap. I. — Ab orgiis et impiis idolorum mysteriis homines avocans, ad veram jubilationem Dei Verbi nomine provocat, et ad laudes Dei Patris ob revelatam veritatem celebrandas hortatur. 49
Cap. II. — Absurditatem simul ac impietatem mysteriorum ethnicorum, et fabularum de deorum suorum ortu et interitu ostendit. 67
Cap. III. — Sacrificiorum diis mactatorum crudelitatem ac feritatem perstringit. 123
Cap. IV. — Simulacra quam absurda et turpia sint quibus deos suos colunt. 135
Cap. V. — Philosophorum sententias de Deo recenset. 163
Cap. VI. — Philosophos aliquando, ipso aspirante, verum hoc in argumento attigisse. 171
Cap. VII. — Poetas etiam veritati testimonium ferre. 179
Cap. VIII. — Veram de Deo doctrinam a prophetis esse petendam. 185
Cap. IX. — Graviter illos peccare, qui benignam Dei vocationem spernunt, aut negligunt. 191
Cap. X. — Respondens objectioni gentilium, qua nefas esse aiebant morem patrium deserere, eo impensius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus istis liberentur. 201
Cap. XI. — Quanta sint Dei beneficia in homines per Christi adventum collata. 227
Cap. XII. — Hortatur ut missis erroribus et cupiditatibus pristinis, se Christo, unico veritatis magistro, instituendos præbeant. 237

PÆDAGOGUS.

Capitula libri primi. 247

LIBER PRIMUS.

Cap. I. — Quid profiteatur Pædagogus. 249
Cap. II. — Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus. 251
Cap. III. — Quod sit benignus et hominum amans Pædagogus. 257
Cap. IV. — Quod Verbum ex æquo virorum et mulierum Pædagogus sit. 259
Cap. V. — Quod omnes, qui circa veritatem versantur, sint apud Deum pueri. 262
Cap. VI. — Adversus eos qui existimant puerorum et infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam. 279
Cap. VII. — Quid sit Pædagogus, et de ejus Pædagogia. 311
Cap. VIII. — Adversus eos qui existimant non esse bonum id, quod justum est. 326
Cap. IX. — Quod ejusdem sit potestatis et benefacere, et juste punire; in quo etiam dicitur, quis sit modus pædagogiæ Verbi. 339
Cap. X. — Quod idem Deus per idem Verbum et a peccatis arceat, minans; et humanæ naturæ salutem det, adhortans. 353
Cap. XI. — Quod per legem et prophetas Verbum pædagogi functus fuerit officio. 363
Cap. XII. — Quod Pædagogus convenienter paternæ affectioni severitate et benignitate usus sit. 367
Cap. XIII. — Quod quemadmodum id, quod recte et ex virtute geritur, fit secundum rectam rationem; ita rursus peccatum, præter rationem. 371
Capitula libri secundi. 377

LIBER SECUNDUS.

Cap. I. — Quomodo circa alimenta versari oporteat. 378
Cap. II. — Quomodo in potu se gerere oporteat. 410
Cap. III. — Quod in sumptuosam vasorum supellectilem non sit studium conferendum. 431
Cap. IV. — Quomodo in conviviis se recreare oporteat. 439
Cap. V. — De risu. 445
Cap. VI. — De turpiloquio. 451
Cap. VII. — Quænam observare oporteat eos, qui honeste simul victitant. 455
Cap. VIII. — An unguentis et coronis utendum sit. 466
Cap. IX. — Quomodo se in somno gerere oporteat. 490
Cap. X. — Quænam de procreatione liberorum tractanda sint. 498
Cap. XI. — De calceamentis. 533
Cap. XII. — Quod non oporteat gemmas et aureum ornatum stupere et admirari. 539
Capitula libri tertii. 555

LIBER TERTIUS.

Cap. I. — De vera pulchritudine. 555
Cap. II. — Quod non sit cultu utendum. 559
Cap. III. — Adversus viros qui formam colunt. 578
Cap. IV. — Cum quibusnam habenda sit consuetudo. 591
Cap. V. — Quomodo in balneis se gerere oporteat. 599
Cap. VI. — Quod solus Christianus sit dives. 605
Cap. VII. — Quod pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas. 607
Cap. VIII. — Quod similitudines et exempla sint rectæ doctrinæ pars maxima. 611
Cap. IX. — Quanam de causa sit balneum accedendum. 618
Cap. X. — Quod exercitia quoque sint deligenda iis, qui vitam agunt rationi consentaneam. 619
Cap. XI. — Compendiosa optimæ vitæ pertractatio. 626
Cap. XII. — Brevis optimæ vitæ similiter pertractatio, et quot loca Scripturæ sanctæ vitam Christianorum describant. 663
Hymnus Christi Servatoris a sancto Clemente compositus 682
In Pædagogum. 683

STROMATA.

LIBER PRIMUS.

Cap. I. — Auctor propositum suum exponit quantumque utilitatis scriptores lectoribus suis conferant ostendit. 685
Cap. II. — Occurrit quorumdam objectioni, vituperantium quod tam multa e philosophia desumpta libris suis inserat. 709
Cap. III. — Contra sophistas et inutilis scientiæ jactatores. 711
Cap. IV. — Humanas artes, non minus quam rerum divinarum scientiam, a Deo esse profectas. 715

Digitized by Google

Cap. V. — Philosophiam theologiæ ancillari; quod illustrat allegorica interpretatione historiæ Saræ et Agaris. 717
Cap. VI. — Institutione plerumque, non natura bonos fieri, multumque ad eruditionem virtutem conferre. 727
Cap. VII. — Philosophiam ad divinam virtutem viam aperire, eamque non particularis alicujus sectæ, sed ecclecticam. 731
Cap. VIII. — Artem sophisticam aliasque quæ in verbis tantum versentur non perinde utiles esse habendas. 735
Cap. IX. — Scientias humaniores ad Scripturas recte intelligendas esse omnino necessarias. 739
Cap. X. — Majorem bene faciendi quam bene dicendi curam esse habendam. 745
Cap. XI. — Quænam sit sapientia mundana et philosophia quam devitare non vult Apostolus. 747
Cap. XII. — Fidei mysteria non esse cuivis propalanda, ideo quod non sint veritatis idonei auditores. 753
Cap. XIII. — Variarum philosophiæ sectarum unamquamque aliquam veritatis particulam sibi arripuisse. 755
Cap. XIV. — Philosophorum apud Græcos successio. 757
Cap. XV. — Græcorum philosophiam magna ex parte a barbaris haustam. 767
Cap. XVI. — Præter philosophiam, aliorum etiam artium inventores fere barbaros fuisse. 785
Cap. XVII. — De illo dicto Salvatoris : *Omnes qui me præcesserunt fures erant et latrones.* 795
Cap. XVIII. — Illustrat illud dictum Apostoli : *Perdam sapientiam sapientium.* 803
Cap. XIX. — Philosophos aliquam veritatis partem percepisse probat. 805
Cap. XX. — Quanam ratione philosophia conferat ad divinæ veritatis comprehensionem. 813
Cap. XXI. — Ex Moysis aliorumque prophetarum ætate, prolixe cum temporibus Græcorum comparata, ostenditur instituta et leges Judæorum multo esse antiquiora philosophia Græcorum. 819
Cap. XXII. — De Græca Veteris Testamenti interpretatione. 889
Cap. XXIII. — De Moysis ætate, ortu et vita. 895
Cap. XXIV. — Quomodo Moyses ducis partes absolverit, allisque ad id munus exsequendum exemplo suo præiverit. 905
Cap. XXV. — Quomodo Plato in legibus suis condendis Moysen imitatus est. 911
Cap. XXVI. — Moysen recte dici divinum legislatorem, licet Christo inferiorem, et longe potiori jure quam Græcorum legislatores Minoem et Lycurgum. 915
Cap. XXVII. — Legem commoda hominum spectare, etiam dum corrigit et punit. 917
Cap. XXVIII. — Quadripartitæ legis Mosaicæ divisio. 921
Cap. XXIX. — Græcos recte ab Ægyptio pueros dictos respectu ad Hebræos eorumque instituta habito. 925

LIBER SECUNDUS.

Caput primum. — Auctor res a se deinceps tractandas proponit. 929
Cap. II. — Per fidem solam ad Dei cognitionem pervenire posse. 933
Cap. III. — Contra hæreticos disputat, qui fidem ex naturæ necessitate provenire statuunt. 941
Cap. IV. — Iterum de utilitate credendi, fidemque esse omnis scientiæ fundamentum. 945
Cap. V. — Græcos e sacris scriptoribus plurima hausisse multis exemplis probat. 951
Cap. VI. — De fidei præstantia et utilitate. 959
Cap. VII. — Timoris usum ostendit eumque a vituperantium objectionibus vindicat. 967
Cap. VIII. — Basilidis et Valentini deliria de timore ut rerum causa refutat. 971
Cap. IX. — Virtutes Christianas esse inter se connexas. 975
Cap. X. — Quid sibi vindicet philosophus Christianus. 981
Cap. XI. — Cognitionem illam quæ per fidem traditur esse omnium certissimam. 983
Cap. XII. — De fide duplici. 989
Cap. XIII. — De prima et secunda pœnitentia. 993
Cap. XIV. — Quot modis fiat involuntarium. 997
Cap. XV. — De diversis voluntarii et peccatorum exinde sequentium generibus. 999
Cap. XVI. — Quomodo loca S. Scripturæ exponenda sunt quæ affectus humanos Deo tribuunt. 1011
Cap. XVII. — De variis cognitionis generibus. 1013
Cap. XVIII. — Legem Mosaicam omnis doctrinæ moralis esse fontem, atque inde Græcos ethica sua hausisse. 1015
Cap. XIX. — De Vero Gnostico, quod sit Dei imitator, præcipue in beneficia. 1039
Cap. XX. — Verum Gnosticum tolerantiam et abstinentiam exercere. 1047
Cap. XXI. — Recenset varias philosophorum de summo bono sententias. 1071
Cap. XXII. — Plato summum bonum in assimilatione cum Deo consistere ait, quocum concordant sacri scriptores. 1079
Cap. XXIII. — De matrimonii commodis et præceptis in ejus usu observandis; quæ plenius tractat libro sequenti. 1086

LIBER TERTIUS.

Caput primum. — Basilidis sententiam de continentia et nuptiis refutat. 1097
Cap. II. — Carpocratis et Epiphanis sententiam de feminarum communitate refutat. 1103
Cap. III. — Quatenus Plato aliique e veteribus præiverint Marcionitis aliisque hæreticis, qui a nuptiis ideo abstinent quia creaturam malam existimant et nasci homines in pœnam opinantur. 1113
Cap. IV. — Quibus prætextibus utantur hæretici ad omnis generis licentiam et libidinem exercendam. 1129
Cap. V. — Duo genera hæreticorum notat : prius illorum qui omnia omnibus licere pronuntiant, quos refutat. 1143
Cap. VI. — Secundum genus hæreticorum aggreditur, illorum scilicet qui ex impia de Deo omnium conditore sententia, continentiam exercent. 1147
Cap. VII. — Qua in re Christianorum continentia eam quam sibi vindicant philosophi antecellat. 1161
Cap. VIII. — Loca S. Scripturæ ab hæreticis in vituperium matrimonii adducta explicat : et primo verba Apostoli Rom. VI, 14, ab hæreticorum perversa interpretatione vindicat. 1163
Cap. IX. — Dictum Christi ad Salomen exponit, quod tanquam in vituperium nuptiarum prolatum hæretici allegabant. 1165
Cap. X. — Verba Christi Matth. XXVIII, 20, mystice exponit. 1169
Cap. XI. — Legis et Christi mandatum de non concupiscendo exponit. 1171
Cap. XII. — Verba Apostoli I Cor. VII, 5, 39, 40, aliaque S. Scripturæ loca eodem spectantia explicat 1177
Cap. XIII. — Julii Cassiani hæretici verbis respondet; item loco quem ex evangelio apocrypho idem adduxerat. 1191
Cap. XIV. — II Cor. XI, 3 et Eph. IV, 24, exponit. 1193
Cap. XV. — I Cor. VII, 1; Luc. XIV, 26; Isa. LVI, 2, 3, explicat. 1195
Cap. XVI. — Jerem. XX, 14; Job XIV, 5; Psal. L, 5; I Cor. IX, 27, exponit. 1199
Cap. XVII. — Qui nuptias et generationem malas asserunt, ii et Dei creationem et ipsam Evangelii dispensationem vituperant. 1205
Cap. XVIII. — Duas extremas opiniones esse vitandas : primam illorum qui Creatoris odio a nuptiis abstinent; alteram illorum qui hinc occasionem arripiunt nefariis libidinibus indulgendi. 1207

LIBER QUARTUS.

Caput primum. — Ordo dicendorum. 1213
Cap. II. — Cur libri isti Stromateis dicantur. 1217
Cap. III. — In quo vera hominis præstantia consistit. 1219
Cap. IV. — Martyrii laudes. 1223
Cap. V. — De doloris, paupertatis aliorumque externorum contemptu. 1231
Cap. VI. — Aliquot beatitudinum capita exponit. 1237
Cap. VII. — Beatos esse qui Dei causa sanguinem profundunt. 1253
Cap. VIII. — In Ecclesia feminas non minus quam viros, et servos pariter cum liberis martyrii esse candidatos. 1267
Cap. IX. — Quæ Christus de martyrii beneficiis dixit, colligit in unum atque illustrat. 1279
Cap. X. — Graviter reprehendit illos qui se judicibus offerebant. 1285
Cap. XI. — Respondet objectioni : *Si Deus vestri curam gerat, cur vatimini?* 1287
Cap. XII. — Basilidis sententiam, martyrium genus sup-

Digitized by Google

plicii existimantis, refutat. 1289
Cap. XIII. — Valentini nænias de mortis abolitione redarguit. 1295
Cap. XIV. — De dilectione omnium, etiam inimicorum. 1301
Cap. XV. — De vitando scandalo. 1303
Cap. XVI. — Quædam Scripturæ loca de constantia, patientia et charitate martyrum illustrat. 1305
Cap. XVII. — Citationem ex epistola S. Clementis ad Corinthios ad argumentum præcedentis capitis spectantem refert. 1311
Cap. XVIII. — De charitate et reprimendis cupiditatibus. 1319
Cap. XIX. — Tam mulieres quam viros esse perfectionis obtinendæ capaces, quod et heroinarum apud exteros exemplis confirmat. 1327
Cap. XX. — Uxoris bene moratæ officium describit. 1335
Cap. XXI. — Perfectum seu vere Gnosticum describit. 1339
Cap. XXII. — Perfectum, seu vere Gnosticum neque metu pœnæ, neque spe præmii officium facere, sed solius boni et pulchri intuitu. 1345
Cap. XXIII. — Ob quam rationem perfectis a rebus sensui jucundis, quam maxime potest, abstineat, meliorum scilicet intuitu. 1355
Cap. XXIV. — De pœnarum a Deo inflictarum ratione et fine. 1361
Cap. XXV. — In cognitione et amore Dei sitam esse veram perfectionem. 1365
Cap. XXVI. — Quomodo corpore et rebus mundanis utatur vere perfectus. 1371

FINIS TOMI OCTAVI.

Ex Typis L. Migne, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google